A 1729

VII

ACADEMIA R.S.ROMANIA FILIALA CLUJ
BIBLIOTECA

Ms. U. 3 2

Exercitium Compendiosum ...

1653

Fond unitarian.

Nr, 239

EXERCITIVM

Compendiosum sacræ Theologiæ in quo omnes loci controversi tùm Veteris tùm Novi Testamenti dilucidè explicantur et à Trinitariorum Argumentis ac eorundem resolutionibus, distinctionibus, instantijs solidè vindicantur, et ijdem rursus in eosdem retorquentur. ab anonimo quodam, et divisum in duos libros.

Huic accesserunt fragmenta quædam non minus utilia quam reliqua.

Dominum (Jesum) sanctificate in cordibus vestris, parati semp ad respondendū omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe. 1 Pet 3 to 15.

D. E. U.

Telles Philippus

Memoria hominum adeo labilis est, ut
aegre reperias duos, qui quae simul audierunt
eodem modo referant. Erasmus.

Josephus in Antiq. Judaic. Lib.

Sed quia de alijs longum esset narrare, de solo Se-
tho mentionem faciam. Hic a Patre educatus ubi eo aetatis
venit, ut jam, quod rectum est, discernere valeret, virtu-
tis studijs se totum dedidit, et cum ipse vir opti-
mus evasisset, etiam Nepotes sui similes post se
reliquit, qui quoniam erant omnes bona indole pre-
diti et Patriam absque seditione incolebant, in per-
petua feliciate vitam exegerunt. Nec a. inven-
ta ejus ex hominum notitia dilaberentur, et prius
perirent quam pernoscerentur, scientes Adamum uni-
versalem rerum interitum praeceinisse, unum incendio
alterum diluvio, excitatis duabus columnis utrique
sua inventa inscripserunt, ut si lateritiam
diluvio deleri contingeret, lapidea superstes
hominibus discendi copiam faceret, et quae continebat
scripta spectanda exhiberet. Ajunt enim lapide-
am illam ab eptis dedicatam, quae et nostris tem-
poribus extat in terra Syria. Haec Josephus.

Libelli repudij seu divortij forma haec fuit.
Mea sponte, nullius coactu te uxorem hactenus meam dimittere,
ac repudiare decreri, jamque adeo te dimitto, defero
ac repudio atque a me reijcio, ut tua sis potestatis tuae
arbitrium ac libertate quolibet discedas: atque ita dimissa
esto fuit cuivis viro nubere tibi liceat. Grot. in Matth. V.

Kz 32.

56. 1115.

1724 - est.

Pocula Janus amat, sed Februus alyco clamat.

Martius arva fodit, sed Aprilis florida prodit.

Fons et frons Nemorum Majo sunt fomes amorum.

Dat Junius fœnum, Julius resecatur Avena.

Augustus Spicas, September colligit uvas.

Terminat October, spoliat virgulta November.

Quærit habere libum, porcum macrando December.

Unum crede Deum, nec vane jura per illum.

Sabbatha Sanctifices, Tabulas in Honore Parentes

Non sis occisor, Fur, Moleus, Testis iniquus.

Alterius Nupram, nec Rem Cupias alienam.

Triginta Aprilis, Junius, Septem-
que Novemque.

Uno plus reliqui, vigiuti Fe-
bruus Octo.

Quem cernunt oculis, non cer-
nunt lumine cordis
Absque fide Christum cerne-
re nemo potest.
Cum tua non cernas, aliorum cri-
mina carpis
Est festuca alij trabs onerosa
tibi.
Panes quinque duos Pisces en quinque
virorum.
Millia, Jubent, Christo distribu-
ente cibum
Lucratur Dives, mendicat Lazarus,
Iste
Coelum Jubet: in flammae traditur
ille lacum.
Leprosis verbo Christus bis quinque
medetur.
Frates unus agit, caetera turba
perit.

Surdo aures, mutoq; sonum,
medicamina Christus.

Reddit: qui Verbo mira, ma-
nuq; facit.

Christus adest sponso, donat quoq;
munera sponso,

Mutat et in vinum nobile,
tonitis aquas.

Dum dormit Christus metuunt
adversa ministri:

Fide Deo, is ventis inspirat
atq; mari.

Redduntur claudo gressus, sic lu-
mina caeco.

Tempore quo viget haec
gratia, Caetus adest.

Nomina Dej Patris
Hæbraicc. hæc sunt.
Jehova, Elohim, El, Scad-
daj, Adonaj.
Græcc sunt.
Theos, Chireus.

D. E U. S
Deus est unus solus
I S T E N
Isten Sohul Töb Egynel Nincsen

D E U S
Deus est unus solus
I S T E N

Controversia.

In genere contra omnes locos controversos

Argumentum

Si loci tm̄ Sacræ Scripturæ afferri debent pro confirmatione articulorum fidei, ex quibus certi aliquid probari potest: atqui ex locis controversis nihil certi probari potest; E. pro confirmatione articulorum fidei loci controversi afferri non debent.

Vel sic:

Omnis certa cognitio rei inde peti debet ex quo certo probari potest; atqui ex locis controversis nihil certo probari potest. E. certa cognitio rei ex locis controversis peti nō debet.

Aliud.

Cognitio Christi et S. Sancti peti debet ex primis et indubitatis locis sacræ scripturæ; atqui loci S. Scripturæ qui adducuntur ab Adversarijs, non sunt primi et indubitati. E. Cognitio Xti et S. Sancti ex ijs peti non potest.

In specie

In specie de singulis locis ordine.

Locus primus

Gen. 1. 1. Elohim creavit &c.

Argumentum.

Quicunque locus est controversus ex eo Trinitas certò probari non potest; atqui hic locus est controversus. E. Trinitas ex eo certo probari non potest. Maior est manifesta: Minor probatur ex eo, quod etiam multi ex Trinitarijs negant hinc Trinitatem probari posse, ut Bellarminus Jesuita, Calvinus &c. Notan. in hoc loco

1 Elohim ÷ Deus est singulare, et unum tantum individuum sciat, tribuitur aliquando etiam creaturis, ut Ezech 31 v. 11 Deus gentium vocantur. Et Ps 44. 21 nabugodo

vid. Enyed. l. pag. 5. et 6.

2 Elohim ÷ Dij est plurale passim, tam Deo uni quam creaturis attribuitur, Angelis et hominibus

3 Elohim tam uni individuo quam pluribus attribuitur

4 Vox Elo.

4 Vox Elohim aliquando absolutè aliquando cum restrictione ponitur, sive hoc sive illo modo posita sit, tum Deo, tum creaturis attributum ~~legi~~ invenitur;

5. Elohim iungitur aliquando singulari, aliquando plurali voci; sive illi vox singularis, sive pluralis annectatur, æquè de Deo et de creaturis dicitur; prudentia Lectoris et diligens considerationem circumstantiarum potest discernere et iudicare, quo sensu in quovis loco accipiatur.

6. Hic modus Hebræis familiaris est, quod loco numeri singularis plurali utuntur, præsertim in vocibus, quæ imperium, potestatem, dominationem aliquam declarant, ut patet in vocibus ADON Baal &c. quæ sæpe numero plurali efferuntur, quando de uno tantum Individuo sermo est. vide passim in Thesauro Hebrææ linguæ; Talis vox est etiam Elohim, qua denotatur admirabilis omnipotentia et fortitudo; In hoc loco

Elohim creat

4 (Elohim creavit) vox Elohim licet sit pluralis numeri; unum tamen denotat Individuum. Probatur 1. Quod Prophetae uni illi Deo ubique ascribunt creationem coeli et terrae, et ideo nominant eum saepe El numero singulari Job 9 ℣ 2 Ps. 101 ℣ 25.

2 Omnes Interpretes verterunt Elohim in hoc loco per singularem numerum, etiamsi alibi vocem Elohim quandoque plurali numero interpretati sunt.

3 Apostoli uni Individuo, nempe Deo Patri creationem ascribunt Act 4.

Ex hoc loco contra Adversarios.

Hic per Elohim aut unus intelligitur, aut plures: Si unus, tum nostra sententia est vera, et sic non possunt Trinitarij hoc loco adversus nos uti: Nam dicimus Deum Patrem Creatorem esse coeli et terrae. Si plures, hic per vocem Elohim intelliguntur, sequitur quod plures sunt Dij qui crearunt coelum et terram hoc autem absurdum est. Adversa.

Act 4

Adversarij dicunt per Elohim hic tres personas denotari Trinitatis: Ad hoc respondeo.

1 Si hic per Elohim tres personae Trinitatis intelligunt, ubi dicitur Elohim creavit, non minus erunt etiam ibi tres personae intelligendae, ubi Moses postea dixit: Elohim dixit: Item Spiritus Elohim incubuit aquis, et sic non tantum tres sed plures erunt personae; sequitur etiam hoc Spiritum esse suipsius Spiritum.

2 Si plures personae per Elohim intelligunt, non constat certo quot illae sint; non enim posito numero plurali necessario ponitur ternarius, ut contra posito ternario ponitur pluralis. Si dicunt tres tantum personas esse in Trinitate. R. quod hoc sit in quaestione, an sit Trinitas? An tres personae sint in una essentia? Nos per negamus; probent igitur Adversarij primum ex Scriptura, claris expressis testimonijs tres personas esse in una essentia; deinde poterunt hoc loco pro confirmatione sententiae suae uti.

Quaerat ex Adversarijs; An personae Trinit.

Trinitatis sint veræ personæ, an non? Si respondent esse veras, sequitur plures etiam fore Deos, qui coelum et terram crearunt, quod est impium et absurdum. Si autem respondent, non esse veras, sequitur eos esse Sabellianos: Nam Sabellius statuit Deum in scriptura, nunc Patrem nunc Filium, nunc S. Sanctum appellari, et hoc modo, tot esse nomina quibus Unus ille Deus appellatur. Item; Falsa erit Adversariorum sententia; nam dicunt, Deus Pater, Deus Filius, Deus S. S. vide infra.

Geneseos 1 ℣ 2. Spiritus Elohim incubuit

Locus est controversus; nam variæ sunt eius interpretationes. vid Musc. sup hunc locum. notandum vox Spiritus, quemadmodum græca, πνεῦμα et Hebræa Ruach multas habet significationes; inter alia sciat etiam ventum cum alibi, tum in sacris l. ut Ps 147 ℣ 18 Flabit Spiritus eius et fluent aquæ. Cum Moses Exo 14 dixerat ventum vehementem eum dixit

eum dixit cap. seq. Spiritu Dei. In hoc
loco Gen. 1. 2. intelligunt Doctiores quidam
per S. Dei ventum qui incubuit aquis ut
Constat enim ex cap. 1. Gen. aquas sursum et deorsum fuisse plurimas
illas exsiccaret. Dicitur autem S. Dei, vel
ideo, quod a Deo fuit excitatus, vel ideo quod
fuit ventus magnus et vehemens. Cum
in Hebraei magnitudinem alicuius rei sanctae
volunt adjicient nomen Dei ut Ps. 68. 16.
mons Dei. Ps. 70. 11. Ps. 135. 7. Cedri Dei et ma-
gni excelsi. Non omnis ventus meretur
ita appellari; sed tamen vehementissimus quem-
admodum non omnis mons et Cedrus, sed tamen
excelsissimi; licet omnia sint Dei, tamen praesta-
tissima et nobilissima quaeque solent ita dici.

Gen. 1. v. 26. Faciamus hominem.

Hic locus quoque est controversus.
Ex hoc loco ita argumentatur adversarii:
Qui hic dicit Faciamus alloquitur aut seipsum,
aut alios; atqui seipsum non alloquitur. Er-
alios. Jam sic colligunt: Si ille,
qui dicit faciamus alios alloquitur, alloquitur
aut creaturas

8 aut Creatorē aut creaturās; atqui creaturā non alloqr̄, ē Creatorē; et pr consequens, nō pst hoc dictū de unica Persona intelligi, sed de tribus Personis Trinitatis accipiendū est.

R. In maiori primi Syllogismi committitur fallacia; nam potuit unus et idem, et seipsū, et alios simul cohortando alloqui, quemadmodū Exo in vio inqt Pharaho ad Servos suos: agite caute agamus. 2. Et sic minor Syllogismi laborat.

Quod vero secundū attinet Syllogismū, contradicit plane priori: nam quod antea negatū est, id nunc affirmatz, negabant enī Elohim seipsū esse alloquutum, nunc concludr̄, Elohim alloquutū esse Elohim id est Creatorē; siquidem praeter Elohim, qui dixit: faciamus, nullus est alius Creator.

Minor est falsa: nam potuit etiā creaturas alloqui, veluti ministros et famulos suos.

Scimus ex sacra historia Deo semp assistere sanctos Angelos. Jam vero cū Adā formaretur, extiterunt Angeli. Praeterea plus infertur in Consequentia, quā erat in Praemissis.

Notandū.

Notan. usitatum est in omnibus linguis quod numerus pluralis saepe pro singulari usurpatur, ut Cic. in fine 2. l. offi. inquit: Pergamus et reliqua persequamur. Hannibal apud Liv. Liberemus Romanos metu.

In sacris frequens est haec Enallage, ut Dan. 2. v. 26 Regi dicemus somnium. 1 Reg 12 v. 9. 2 Par. 10 v. 9. Joan 3 v. 11 inquit Chrs: Quod scimus loquimur. Mar 9 v. 5 inquit Petrus: Faciamus tria tabernacula. Ita loquitur etiam Deus in hoc loco inquiens: Faciamus. Aliter loqui etiam non potuit: Nam si dixisset, faciam in singulari, iam id futuri temporis fuisset, et decretum loquentis simpliciter scassset: Jam autem cum dicit: Faciamus, suimetipsius ad id faciendum quod decreverat cohortatio per pluralem numerum rectissime et elegantissime exprimitur.

Ex hoc loco contra Adversarios.

Aut Elohim aut Creator hic loquitur, aut alius; atqui Elohim hic loquitur. E. non alius.

Jam sic argumentor:

Si Elohim dixit, Faciamus, non potuit Creatorem

allogui

alloqui; atqui Elohim dixit: Faciamus. E. non potuit Creatorē ꝛc. Maior probatur; quia ꝓpter Elohim non est Creator, etiam Jdm Adversarior: nam ipsi ꝑ Elohim intelligunt tres ꝑsonas in una Essentia præter quas nullū aliū Deū agnoscunt.

Trinitarij dicunt, unam ꝑsonā Trinitatis aliam allocutam esse. R. quod principiū petūt, Demonstrent primo quod sint tres ꝑsonæ in una essentia. 2 contra eōr rlām est, quādo dicunt, quē una ꝑsona Trinitatis alias sit allocuta; Ea aūt hæc est: Opera Trinitatis ad extra sūt indivisa; si opera Trinitatis ad extra sūt indivisa, sequitur, quod una ꝑsona aliā alloqui nō potuit. Rāo est; nam quod una ꝑsona locuta est, reliquæ etiam idipsū sunt locutæ; atqui verū Antecedens ex ipsōr sententia. E. verū etiam Consequēs.

Gen 3 v 22. Adam quasiung 2.

Ex hoc loco sic colligunt:

Hic alloqr Deus plures sibi pares; nō aūt pares sūt

pares sunt ipsi creaturæ, nec ad imaginem creaturarum, sed ad Dei qualitatem aspirasse Adamum indicatur. E. in una essentia tres pares personæ hoc dicto indicantur. R. Nulla est connexio terminorum; nam ubi sunt plures, non statim sequitur esse tres; possunt esse plures vel pauciores, nec etiam qui pares, sunt propterea in una essentia.

2. Plus est in conclu. quam fuit in premissis.

Not. ex contextu apparet Deum respectu Angelorum ita locutum esse, quia tunc plures aderant; mox enim addit: nunc ergo ne forte mittat manum suam et sumat de ligno vitæ &c. Vatablus inquit: hic post voces: nunc ergo, subintelligi, vos Angeli, videte ne mittat: Nam ministerio Angelorum ad ~~particulam~~ curandam illam ~~cavendam~~ Deus usurus erat, quemadmodum etiam legimus eum usum fuisse. Sensus est: Adam factus est sicut unus ex nobis, nempe Elohim, non dicit unum ex Elohim, sed quasi unum.

12

Gen. 11 & 7. age descendamus 2.

Adversarij sic argumentantur ex hoc loco: Confusio linguarum est opus solius Dei; atqui hoc opus tribuitur pluribus. E. in una essentia sunt plures personae seu agentes: R. Plus est in conclusione quam fuit in premissis; in premissis nulla fit mentio, essentiae, nec personarum.

2 etiamsi conclusio iuxta rlas Dialecticorum recte illata esset, tamen maior, eatenus tantum esset vera, quatenus Deus prima causa est confusionis linguarum. Minor autem falsa; Ratio est: Quia pluralis numerus ponitur pro singulari hoc loco iuxta Hebraeorum consuetudinem, ut in loco Faciamus supra ostendimus

Praeterea in Hebr. vers. est venite, sed age ubi nulla est vel personarum vel numeri notatio. Haec verba descendamus, confundamus per Mimesim quandam opponuntur verbis hominum urbem et turrim construere volentium et dicentium, venite, faciamus, aedificemus nobis civitatem: Deus ad haec dicit: descendamus et confundamus eos.

Gen. 18

Gen 18 ℣ 2 Apparuerunt tres Viri &c.

Hic locus etiam est controversus, quemadmodum et Precedens. Lutherus, Calvinus Musculus negant ex hoc loco probari posse Trinitatem

Notan. in hoc loco:

1 Certissimum est hos fuisse Angelos. Probatur 1 ex seq. cap. 19. 2 Ex exemplis ad Hebr. 13 ubique Angeli notantur. 3 ex eo quod c. 19 de se loquentes inquiunt ℣ 14 Jehova misit nos.

2 Quod ipsis nomen Jehovae tribuitur fit ideo, quia missi erant a Jehova; Legati enim nomen et personam Legantis sustinent.

3 Quod et Abraham singulari nro compellat, id fit vel ideo, quod inter hos tres viros, unus reliquis honoratior visus est; vel ideo, quia usitatum est etiam multos coniunctos singulariter alloqui.

4 Cum Abraham putaret hos viros hoies esse civilem cultum eis exhibuit, orientalibus populis usitatum, quemadmodum etiam caetera officia humanitatis ipsis praestabat. Ad. Historiam.

12

Gen. 11 & 7. age descendamus 2.

Adversarij sic argumentantur ex hoc loco: Confusio linguarum est opus solius Dei; atqui hoc opus tribuitur pluribus. E. in una essentia sunt plures personae seu agentes: R. Plus est in conclusione quam fuit in praemissis; in praemissis nulla fit mentio, essentiae, nec personarum.

2 etiamsi conclusio iuxta rlas Dialecticorum rectè illata esset, tamen maior, quatenus tamen esset vera, quatenus Deus prima causa est confusionis linguarum. Minor autem falsa; Ratio est: Quia pluralis numerus ponitur pro singulari hoc loco iuxta Hebraeorum consuetudinem, ut in loco Faciamus supremo ostendimus

Praeterea in Hebr. vers. est venite, sed age ubi nulla est vel personarum vel numeri notatio. Haec verba descendamus, confundamus per Mimesim quandam opponuntur verbis hominum urbem et turrim construere volentium et dicentium, venite, faciamus, aedificemus nobis civitatem: Deus ad haec dicit: descendamus et confundamus eos.

Gen. 18

Gen 18 ℣ 2 Apparuerunt tres Viri.

Hic locus etiam est controversus, quemadmodum et Ꝑcedens. Lutherus, Calvinus Musculus negant ex hoc loco ꝓbari posse Trinitatem

Notan. in hoc loco:

1 Certissimum est hos fuisse Angelos. Probatur 1 ex seq. cap. 19. 2 Ex exemplis ad Hebr 13 ubique Angeli notantur. 3 ex eo quod c. 19 de se loquentes inquiunt ℣ 14 Jehova misit nos.

2 Quod ipsis nomen Jehovae tribuitur sic ideo, quia missi erant a Jehova; Legati enim nomen et Ꝑsonam Legantis sustinent.

3 Quod et Abraham singulari nro compellat, id sit vel ideo, quod inter hos tres viros, unus reliquis honoratior visus est; vel ideo, quia usitatum est etiam multos coniunctos singulare alloqui.

4 Cum Abraham putaret hos viros hoies esse civilem cultum eis exhibuit, orientalibus populis usitatum, quemadmodum etiam caetera officia humanitatis ipsis praestabat. Ibid. Historiam.

14 Invitabat eos ad requiescendū, ad lavandos pedes, ad comedendū. Si Abrahā scivisset hos Angelos esse, non dico Deū, num hoc fecisset?

Ex hoc loco contra Adversarios.

Si hæc imaginatio quam hent Trinitarij de hoc loco, esset vera, sequeretē Deū esse totum incarnatum, et quidem ante tempus. Pr̄ et S. Sanctus carnem induissent, et Filius ante Matrē fuisset hō; nam procul dubio isti viri qui apparuerunt Abrahamo nō erant phantasmata et spectra quædā inania, sed revera corpora habebant palpabilia, ambulabant, loquebantē, revera comedebant, ut etiam Calvinus fatetē; at Deus certe semper fuit et est invisibilis, nullā figurā aut formā ullius creaturæ hēns, ut tum ipse tum omnes Sacri scriptores testantē; ita sentit Tertullianus lib. 3 contra Marcionem. Deinde sequitur ex Adversariorū sententia etiam hoc absurdum:

Incomprehensibile numerū certo aliquo termino fuisse conclusum; si enī tres personas et una essentia, h. e. quicquid ipsiā Dei est,

Abrahā

Abrahæ in tribus istis viris apparuerunt.
E totus Deus conclusus fuit istis corporibus;
itaqz cum Angeli sederunt sub arbore, et
coelum et tota reliqua mundi moles Deū,
Presentem non habuit, quo quid magis stultū
et impium cogitari potest?

Gen 19 ✠ 24. Jehova pluit à Jehova 2.

Controversiē etiam de hoc loco, testibus Calvino
Musc. et Zanchio. 2.

Notan. usitatū esse in lingua Heb. quod
Author Dei ponitē loco Pronominis relativi,
quod et Beza plurimis in locis observavit
in N. Test. Exempla sūt ubiqz obvia 3 Reg 3 ✠ 1
Item 3 Reg 12 ✠ 21. Gen 1 ✠ 27. c. 5 ✠ 1. creavit
Deus hoīm ad imaginē Dei, p ad imaginē
suā. Luc 3 ✠ 19. 2 Thes 3 ✠ 5
4 Loci ex Gen. desunt. vid Enyed. p. 33, 38, 39.

1 Reg 3 ✠ 35. c. 15 ✠ 22. 1 Cor 1 ✠ 8

Exo 3 ✠ 6. Ego sum Deus Abrahæ 2.

Augusti. Luth. Zvingl. Calv. Musc. Mercer.
interpretantē hunc locum de Angelo; Cæteri
Adversarij volunt ex hoc loco duo probari:

T Hunc

T hunc qui in rubo allocutus est
Christum fuisse.

2 quia dicit, ego sum Deus Ab. et Jeho-
vadem, ex eo volunt concludere Christum es-
se unum illum Deum.

De T notandum

T quod ille qui in ardenti rubo Mosi appa-
ruit et ei locutus est, in sua essentia Angelus
fuerit, teste Stephano Act 7 ℣ 30.

2 Patet etiam ex eo, quod Deum nemo vi-
dit unquam Joan 1 ℣ 18 neque vocem eius audivit
teste Xto Joan 5 ℣ 37. Nam habitat lucem
inaccessam 1 Tim 6 ℣ 16.

3 Nullum Angelum, qui in V. Test. appa-
ruit fuisse Xtum probatur Heb 1 ℣ 2 a parte testa-
tur Apostolus Deum olim per Prophetas locutum esse
Patribus, novissimis autem diebus per Filium. Ibidem Heb
T inquit Apostolus: Cui Angelorum dixit Deus: Filius meus es
in his verbis negat A. ullum Angelum fuisse
Messiam et Xtum Dei. Ille est Christus, cui Deus di-
xit: Filius meus es tu. Sed nulli Angelorum teste
Apostolo dixit hanc Deus. E. nullus Angelorum fuit Xs. vi. infra
quod alibi

Quod alterā concernit, sdm nomē et Appellationē Jehova ppriè quidem illi uni Deo attribui; sed tā etiam rebus creatis, quāvis impropriè.

1 Arca Foederis vocatē Jehova Ex 16 33 34. Num 10 v 35. Sic et Jerusalem Jer 33 v 16. Sic Judices Sacerdotes Deut 19 v 17. Angeli personā Dei gerentes, ut Gen 16 v 13. c. 20 v 3, 4, 5, 6 Judi 6 v 15 16.

2 Apparitio Dei vel Jehovæ est duplex: Alia est mediata, alia immediata; Jehova ipse non potest immediatè hominibus in hac mortalitate apparere, quia inhabitat lucē ꝛc. et à nullo mortalium potest eius essentia videri: Apparuit igr mediate per Angelos; indedicuntē etiam Angeli nomine Dei vel Jehovæ, quia ipsius personā sustinent. Bellar. l. 1 de xto c. 5. August de civit Dei l. 5 c. 23.

Hæc possunt suffiare ad oēs locos explicandos, in quibus nomen Jehovæ hētē: ex quibus adversarij aliquid contra nos concludere volunt.

Ex hoc loco contra Adversarios.

Si Chrs fu

T hunc qui in rubo allocutus est
Christum fuisse.

2 quia dicit, ego sum Deus Ab. et Jeho-
vadi, ex eo volunt concludere Christum es-
se unum illum Deum.

De T notandum

T quod ille qui in ardenti rubo Mosi appa-
ruit et ei locutus est, in sua essentia Angelus
fuerit, teste Stephano Act 7 v 30.

2 Patet etiam ex eo, quod Deum nemo vi-
dit unquam Joan 1 v 18 neque vocem eius audivit
teste Xto Joan 5 v 37. Nam habitat lucem
inaccessam 1 Tim 6 v 16.

3 Nullum Angelum qui in V. Test. appa-
ruit fuisse Xtum probatur Heb 1 v 2 a parte testa-
tur Apostolus Deum olim per Prophetas locutum esse
Patribus, novissimis autem diebus per Filium. Ibidem Heb
T inquit Apostolus: Cui Angelorum dixit Deus: Filius meus es
in his verbis negat A. ullum Angelum fuisse
Messiam et Xtum Dei. Ille est Christus, cui Deus di-
xit: Filius meus es tu. Sed nulli Angelorum teste
Apostolo dixit hanc Deus. E. nullus Angelorum fuit Xs. vi. infra

quod alii

Quod alterā concernit, sdm nomē et Appellationē Jehova ppriè quidem illi uni Deo attribui; sed tā etiam rebus creatis, quāvis impropriè.

1 Arca Foederis vocatē Jehova Ex 16 33 34. num 10 v 35. Sic et Jerusalem Jer 33 v 16. Sic Judices Sacerdotes Deut 19 v 17. Angeli personā Dei gerentes, ut Gen 16 v 33. c. 20 v 3, 4, 5, 6 Judi 6 v 15 16.

2 Apparitio Dei vel Jehovæ est duplex: Alia est mediata, alia immediata; Jehova ipse non potest immediatè hominibus in hac mortalitate apparere, quia inhabitat lucē 2. et à nullo mortalium potest eius essentia videri: Apparuit igr mediate per Angelos; indedicuntē etiam Angeli nomine Dei vel Jehovæ, quia ipsius personā sustinent. Bellar. l. 1 de xto c. 5. August de civit Dei l. 5 c. 23.

Hæc possunt suffiare ad oēs locos explicandos, in quibus nomen Jehovæ hētē: ex quibus adversarij aliquid contra nos concludere volunt.

Ex hoc loco contra Adversarios.

Si Chrs fu

16. 1 Si Chr̃s fuit ille Angelus Exo. 3 sequitur quod minor et inferior Patre secundum Divinam naturam, quia eo tempore nondum incarnatus fuit; Atqui Primus verum secundum Adversarios igitur verum et consequens.

Consequens negatur, sed probatur sic: Omnis Legatus ut Legatus est minor et inferior est Legante; Atqui Chr̃s secundum Divinam naturam Legatus fuit Patris (secundum Adversarios) E. Chr̃s secundum Divinam naturam fuit minor et inferior Patre.

Adversarij respondent ad maiorem, distinguendo maiorem seu missionem in Propriam et in Impropriam. De propria Legatione concedunt, sed de Impropria negant, et dicunt saepe fieri quod inaequales vel etiam inferiores maiores se mittant; ut ex. causa Nobiles vulgares aliquando mittunt Magnificum suo nomine in Comitia. R. Legatus ut Legatus semper est inferior Legante hac in re, dum mittitur ab inferioribus se; est tamen eo tempore inferior ijs, a quibus mittitur. Legatus semper supponit Legantem, ad eum hec respectu,

licet aliquando sit superior tamen

qui autem

qui autem tuā sponte sibi sumit Legationis mu-
nus improprie dē is Legatus. At Angelus dū hoc
nomine appellatē, quicunq; tandē sit ex ipso innu-
itē quod sit Legatus proprie sic dictus, alioquin sic
nō appellantē; Et hoc loco dē Angelus Jhovē,
fuit igē Legatus et missus ā Jhova.

2 Si Chrs fuit ille Angelus qui Mosi locutus
est, aut idem est Deus qui Angelus fuit, aut alius.
At idem Deus non fuit; nā dē Angelus Jhovē.
E. alius. Minor probatē.

Quæcunq; persona loco movetē non pōt esse
numero eiusdem essentiæ cum ea quæ nō move-
tē; atqui 2da Persona Trinitatis loco movetē;
Nam mittitē, descendit etc. E non pōt esse eius-
dem essentiæ cum Pernia, scilicet cū Pre, quæ lo-
co nō movetē. Adversarij respondent
ad maiorē distinguendo motū in proprie di-
ctū et in improprie dictū. De motu proprie di-
cto concedunt, sed de improprio negant. Contra:

Quæcunq; distinctio rē ipsā destruit quā distin-
guit, non est admittenda, vel est nulla: atqui
hæc distinctio rem ipsā destruit quam distinguit

Ergo

E. non est admittenda. Minor negatur. Contra.
Quaecunque distinctio motus id ponit, sine quo motus
esse non potest, ea destruit motum; atqui haec dis-
tinctio ~~ponit~~ tollit id sine ~~quo~~ motus esse non potest, ergo
E. haec distinctio destruit motum. Aliter sic:
Quicquid excludit terminos motus, destruit mo-
tum; atqui haec distinctio excludit terminos motus
E. haec distinctio destruit motum.

Adversarij dicunt in motu, qui in instan-
ti fit non esse terminos motus. R. Est
tamen motus; et hinc sequitur: Si Persona 2da Trinitatis
moveretur quocunque modo, sive instanti sive
successive sive localiter, non potest eiusdem nu-
mero essentiae esse cum ea, quae non movetur.

Ex Ps. 2 Ego hodie genui te.

Hunc Psalmum litterae et historice de Da-
vide esse scriptum, testantur praeter Hebraeos Bu-
cerus Calvin. Musc. Tremel. a mystice et Spi-
ritualiter ad Christum refertur.

Ex his verbis volunt Trinitarij aeternam
Christi generationem ex essentia Patris probare;
sed cum locus sit controversus, frustra id agunt:

Chry

Chrisostomus Theoretus, Ammonius, Flaminius, Nic. Hemingius Vatablus Musc. Calv. negant hic agi de aeterna generatione Xti. Hodie interpretantes aliqui, ab aeterno.

Sed hanc interpretationem falsam esse probatur

1 quod vox hodie certum et determinatum tempus sciat ut Exo. 14 v. 3. Luc. 2 v. 11 et c. 19, 9. contrarium nullo modo probari potest.

2 Quod Apli haec verba interpretantur de resurrectione et exaltatione Xti. Ap. Paulus Act. 13, 33 dicit tunc impleta esse haec verba Psalmi, Hodie genui te, quando Deus Xtum ex mortuis excitavit, et iterum tunc quando Deus eum glorificavit ut fieret Pontifex Heb. 5 v. 5.

Ex hoc loco contra adversarios

Aeternus ille ex essentia Patris genitus filius seu λογος ut ipsi dicunt, nec maior, nec minor nec inferior ulla ex parte, sed prorsus per omnia aequalis est Deo Patri; At de quo hic sermo est, minor et inferior est Patre. E. hic sermo non est de aeterno filio seu λογος. Minor probatur tam ex Antecedentibus quam ex consequentibus

verbis

22

verbis; Nam Ps. 6 ita loquitur Jehova ad Filium:
Ego constitui te Regem, postula a me et dabo tibi
omnes gentes. Et hic Rex a Jehova constitutus dicitur;
Jehova dixit ad me: Filius meus es tu. Jam
vero qui ab alio constituitur Rex, qui petit, qui
accipit ab alio regnum, imperium, certe minor est
eo a quo constituitur, a quo petit et accipit po-
tentiam. Iste autem qui dicitur Filius esse Jehovae,
et genitus est ab eo, et constitutus Rex, petit
et accipit regnum et imperium ab illo. Et est minor
2 eo. De eo filio loquitur hic Ps. qui certo tem-
pore a Deo genitus est; dicit enim: hodie genui te.
Hodie certum et determinatum tempus sciat,
genui actionem praeteritam sciat, seu denotat;
Sed Filius ille aeternus, neque certo tempore
genitus est, fuit enim semper, initio et fine carens,
neque generatio eius transacta est, quoniam Ad-
versarii aiunt eum semper gigni, semper genitum, et
semper gignendum esse; Et hic non de eo Filio est
sermo, sed de eo qui certo tempore est genitus.

Ps. 33

Psalmo 33 v. 6. Verbo Dni firmati sunt coeli &c.

Adversarij intelligunt hic per Verbum Xtum, per Spiritum autem 3tiam personam Trinitatis; inde volunt colligere Trinitatem condidisse mundum, sed falso; nam Psalmista seipsum explicat in eodem Psalmo, quod primo dixerat: Verbo Jehovae coeli firmati sunt, postea vero sic explicat: ipse dixit, et facta sunt. Item quod antea dixerat: Spiritu oris omnis exercitus, sic explicat: Ipse mandavit et creata sunt. Hoc animadverterunt Doctores inter Trinit. qui proinde verba haec Psalmi interpretantur. Vatablus ita scribit: Verbum Dni et Spiritus oris eius idem sunt. q. d. Praecipiente Dno coeli facti sunt et eodem iubente omnis ornatus eorum. Bucerus sic: Spiritum oris et Verbum pro eodem accipit Psalmista. Item in Evang. Joan. 1 ait: Psalmographus pro eodem accipit Verbum et Spiritum oris, nimirum pro virtute et efficacia Dei, qua creata sunt omnia.

Notan. Hebraismus est dicere pro iubere, aut velle, vel

aut velle, verbum scāt iussum, vel ut alijs placet voluntatē; Deus solo iussu creavit coelū et terrā. Hinc dr̄ Apoc 4 v 11 Dignus es Dn̄e Deus nr̄ accipere gloriam et honorē et virtutē, quia tu creasti oīa et p voluntē tuā sūt et creata sūt.

Psal 68 v 19. Ascendisti in altū 2.

Adversarij ex hoc loco sic argumentantē: De quocunq; dicit Psalmista, ascendisti in altū, est unus ille Deus; atqui Psal. dicit hoc de xto E. Xs est unus ille Deus. Minorē pbant. Eph 4 v 7. R̄ T. Interpretes variant et dubitant tam Hebraei, quā Christiani, de quo verba ista Psalmi, Ascendisti, dicantē; Estigr̄ hic locus obscurus et controversus.

2 nō est inusitatum ut verba ex V. Test. desumpta aliter in N. Test. accipiantē. Hic quoq; nō est dubium, quin alio sensu David, alio etiam sensu Aplus usurpavit. Hoc ex eo patet quō verba alr̄ iacent in Psalmo quā apud Paulū leguntē.

3 Hāc

3 Hæc verba: ascendisti in altum, dupliciter cõsiderantur propriè, vt impropriè; Propriè si accipiantur Maior Syllogismi non erit vera; nã Deus propriè loquendo non ascendit; si autẽ impropriè accipiantur, tunc Minor erit falsa; nã Chrs non impropriè sed propriè ascendit in altum.

Præterea notan. quod in Psalmo distinguitur Jehova ab eo qui ascendit. Hic dr Elohim, ille Adonai et v. 17 18 dr Adonai seu Jehova opem ferre illi qui ascendit. E. qui ascẽdit nõ est ille Jehova.

Ex hoc loco contra Adversarios.

Cuicunque Jehova opẽ ferre præstat, nõ est ipse Jehova; atqui in hoc Psal. dr Jehova opem præstare ei, qui ascendit. E. ille qui ascendit non est ipse Jehova.

Psal 110 v. 1. Dixit Dominus Dño meo 2

Hic Psalmus duplicẽ hẽt sensum; Literalem et Mysticũ. Mysticè ad Messiam, literalr ad Davidem pertinet. Ex eo quod

26.

Ex eo quod idem titulus tribuitur Deo Patri, et Messiae (uterque enim vocatur Dominus) volunt Adversarij colligere aeternam Divinitatem Xti. Sed notandum quod in hebraeo diversae voces ponantur. Et ponitur vox Jehova quae Deo Patri tribuitur; posteriori loco ponitur Adonai. Vox Adonai scilicet dignitatem ut Gen. 24 n. 35 servus appellat Abrahamum Adonai.

Sed etiam si vox Jehova Christo tribuatur non sequitur eum esse illum unum Deum. Nam [illegible] vox Jehovae tribuitur quando personam ipsius sustinent, multo magis [illegible] ea Christo attribui, quamvis non sit unus ille Deus quoniam omnium excellentissimo modo [illegible] cum et Personam Dei Patris. Vide [illegible]

Ex hoc loco contra Adve[illegible]

Cuicunque dicitur sede ad dextram me[illegible] ponuntur inimici sui ab alio scabell[illegible] suorum [illegible] esse unus ille D[illegible] dicitur [illegible] ad dextram [illegible] scabellum pedum [illegible] est unus ille Deus n. 3 Ante [illegible]

genui te; Adversarij dicunt: Si Messias ante Lucifer ÷ priusquam stellae crearentur natus est, sequitur illum esse aeternum. R. in Hebraeo textu aliter leguntur haec verba, ibi nulla fit mentio Lucifer aut generationis.

Ps. 81 v 10. Non erit in te Deus recens.

In hebraeo est Sar ÷ alienus ut Ps 44 21.

Adversarij ex hoc dicto sic ratiocinantur: Si Chrs Deus est, et non est aeternus, recens Deus est; atqui Deus prohibuit, ne habeamus Deum recentem. Habere autem debemus Christum pro Deo. E. non est recens, sed aeternus. R. Vocabulum Dei est commune et multis competit. Uni illi Deo qui est Pr, attribuitur tanquam proprium, quia a seipso Deus est. Alijs etiam tribuitur vocabulum Dei. Et hi sunt duplices: quidam ex hominibus sunt facti; ut sunt ij, qui vel seipsos arte aut vi constituerunt Deos, qualis fuit Empedocles, et nonnulli alij Tyranni;

per excellentiam

vel pr

vel propter beneficia in numerum Deorum a Po-
steritate relati, statuis ornati, ac in illis adorati
sunt, quales fuerunt omnes Dij gentium.
Alij autem ab uno illo Deo facti, quales sunt
Reges Principes Judices, hi omnes, si cum illo
uno Deo comparentur dij recentes dici possunt
et sunt. Cum iam in Ps. prohibetur, ne habeamus
Deum recentem; (idem est quod Deus alienus) de illis
loquitur qui sunt ab hominibus facti, non autem de illis
qui ab uno illo Deo sunt facti; Deus vult ut
hos honoremus; Christus non est idolum, nec ab ho-
minibus factus Deus, sed a Deo Patre factus est Do-
minus et Christus Act. 2 v. 36. Atque non est alienus
ab eo, sed uni Deo subordinatus, et Deo coniunctis-
simus. vide in fr. 33, 34 et 119, 120 121. 122.

Prover. 8 v. 22. Dnus possedit me.

Hunc locum esse controversum patet ex eo
quod interpretes variant. Galatinus interpre-
tatur eum de Maria Matre Jesu; Fulgurentius
autem de nati vite Xti ex Maria. Philip. Me-
Bucerus, Luth. Merce. ostendunt haec verba non de
Xto loqui.

Sciendum

Sciendum itaque, Salomonem hic loqui per Pro- 1 29
sopopeiam de Sapientia absolute considerata
sine additione vocis Dei, et quidem de tali sapien-
tia, quae non est persona, nec esse potest, quod ex
varijs effectis apparet, quae huic Sapientiae attribuuntur.
Praeterea in hebraeo textu non est ab aeterno, 2
sed a saeculo; aliud autem est a saeculo, aliud ab
aeterno.
Notan. hic, quod haec Sapientia de se dicit 3
quod sit ordinata, formata, quemadmodum apud Si-
racid c. 24, ubi de eadem sapientia loquitur, dicit ans
quod sit creata, quod ex ore altissimi prodierit.
Haec eadem Sapientia infra c. 30 vers. 18 dicit 4
se ignorare viam viri in adolescentia; Haec autem
uni illi Deo, vel aeterno λογῶ non competunt;
Nam aeternus λόγος, secundum Adversarios non
est formatus, non ordinatus non creatus, nec pro-
cedit ex ore alicuius, nec potest aliquid igno-
rare; Haec autem omnia dicuntur de hac Sa-
pientia de qua Salomon loquitur. Ergo haec Sapientia de qua Salomon loquitur
non est ille aeternus λόγος Trinitarior.
Not. a saeculo, non sciat aeternitatem, sed magnam
alicuius

alicuius antiquitate, rei quoque primum initium declarat
vid Es. 64 & 4. Jer 2. 29. Luc 1 & 70 et alia non
pauca

Adversarij dicunt quod Salomon hic de eadem
sapientia loquatur, de qua Paulus A. 1 Cor 1 ubi vo-
cat Christum Sapientiam Dei. R. Hoc falsum esse,
nam Paulus loquitur de Jesu Crucifixo, eum vocat
Sapientiam Dei; At Jesus crucifixus Salomonis
tempore non extitit, nec fuit crucifixus.

Deinde obser. quod Salomon non vocat Sa-
pientiam Dei, illam Sapientiam de qua loquitur, sed simplicem
Sapientiam; Paulus vero addit ad Sapientiam vo-
cabulum Dei, ex quo apparet quod Salomon
de alia Sapientia, Paulus quoque de alia loquatur.

Nota. Paulus vocat Jesum Crucifixum Sa-
pientiam Dei, quod Deus per eum mundo Sapientiam suam
patefecerit; Sic vocantur Apostoli Lux mundi
per Metonymiam, et Christus à Johanne λόγος
seu Sermo. vid infra pa. 73.

Esa c. 6 v. 3 Sanctus Sanctus S.

Numerus ternarius rebus additus in S. litteris
denotat non personam Trinitatis, sed rei, de qua Ser-
mo est perfectionem et eiusdem constantem asseverationem
ut Jer 7.

ut Jere. 7 v. 4 templum Dei ter repetitur, et c. 22 v. 29 terra ter repetitur. Ezech 21 v. 27 obliquè obliquè ob iniquitatem in Vulgata; Hoc sic non ob triplicem rerum sed majoris et absolutae assertionis gratia. Ita hic Sanctus S. S. innuitur perfectio Sanctitatis, et eiusdem constans asseveratio, et praedicatio cum ter repetitur Sanctus S. S.

Esa 9 v. 6 Deus fortis, Pater aeternitatis

Nomen DEUS sua natura est appellativum et idcirco pluribus convenit; Magistratus, Reges Judicum vocantur Dij Ps. 81. Angeli quoque. Confer hos locos Ps. 8, 6. Heb 2 v. 7. Ps 41, 8. Heb 1 v. 7.

Per excellentiam tribuitur nomen Deus uni illi Summo Authori et Conditori, qui est Pater; ita ut in N. Test. cum Subiecti locum absolutè obtinet sive cum articulo sit, sive sine articulo; vel cum obtinet locum praedicati, si articulum habeat simplicem, ipsi uni Soli Deo tribuitur. vid. supp. 29, 30.

Sic ubi Christus DEUS appellatur, tunc nomen Deus non Subiecti sed praedicati locum obtinet, vel absolute ponitur, caretque articulo, vel quippiam

praeter arti

Pter articulum ad est, quod vim articuli infringit.

Notan. itaq; quod vox DEUS duplici potissimum modo in S. Lris accipit. 1 Cum scat illum unum verum Deum qui a seipso est fons et Author omnium. 2 scat eum qui ab uno illo Deo aliquo imperium, vim aut potestatem habet.

In hac altera scatione vocatur aliquando Chris in S. Lris DEUS ut hic apud Esaiam. Sed sciendum quod tunc quando vox DEUS Christo tribuitur, non absolute ponitur, nec subiecti loco, sed praedicati, ut antedictum; ut hic, fortis Deus. Quidam legunt haec verba in Hebraeo sic: fortis Heros, Pr aeternitatis Gl, futurae. Septuaginta duo interpretes vertunt etiam, Pr futuri seculi. Vatablus sic interpretatur: Messias est Pr aeternitatis, quod credentes in eum perpetuo victuri sunt.

Esa 42 vs 6. Gloriam meam alteri non dabo

1 Notandum gloriam, quae illi Summo Deo debetur et ei propria est, nemini unquam dedit, nec dabit Deus; Illa autem haec est: quod a seipso est, quia a seipso omnia habet, quod solus sit fons et Author omnium, solus independens et altissimus et ultimus finis.

2 Dezipho

2 Deus ipse explicat quomodo hæc verba: alteri nō dabo, sint intelligenda, cū addit: nec laudē meam sculptilibus. Loqr igr Deus de iis qui cum ipso Deo nihil commune habent; Quales sunt ī simulacra idola et sculptilia; 2 qui ab hominibus in numerē Deorū sunt relati, vel seipsos Deos constituerunt, ut Tyrannus quidam: talibus nō vult Deus gloriam suā dare.

3 Vox Dandi hic tantundem scat ac permittere; Nam Deus ait se nō permissurē, ut à se alieno tribuatē gloria sua, et qui id fecerit impunē nō feret.

4 Sciendum itaqz quod Deus seipsū ista authoritate non privavit, si ipsi ita visum sit, quominus possit alicui, sibi subordinato communicare suā gloriā. Hominibus posuit hanc legē, ne gloriā suā in aliud transferant.

5 Quod Deus fecit Jesum Dnm et Chrm, et ei gloriam divinam communicavit, nihil decidit gloriæ Pris, quin potius id totū cedit in gloriam Dei, qui ipsū exaltavit et gloriam illi dedit. Phil. 2 v 11 Deus extulit ipsū in

summā

summam sublimitatem et donavit ipsi nomen supra omne nomen
ut in nomine Jesu 2. Et omnis lingua confiteatur quod Jesus sit Christus
Dominus ad gloriam Dei Pris.

Jerem. 10 x. 11 Dij qui non fecerunt 2.

Hinc, aiunt adversarij, sequitur; si Christus non crea-
vit coelum et terram, aut non esse Deum, aut ex-
terminandum esse de mundo. R. 1.
Propheta non loquitur de omnibus Dijs, sed tantum de ijs
qui uni illi Deo opponuntur, et ut primi Authores
rerum, coluntur: tales sunt Dij, qui ab hominibus sunt
facti et habiti ac culti pro Dijs; Christus autem non op-
ponitur uni illi Deo, sed est ei subordinatus et ab
Act. 2. 36. illo factus est Dominus et Christus, non autem ab hominibus

Notan. Si haec verba Prophetae de omnibus Dijs
in gratiam accipi debeant, qui non fecerunt coelum et terram,
multi qui vocantur et sunt Dij exterminandi essent,
quos tamen Deus charos habet.

Deinde, haec dicta et scripta sunt ante ad-
ventum Messiae, antequam exaltaretur; tunc enim ne-
mo erat adorandus et colendus divino honore
praeter eum qui creavit coelum et terram; nunc vero
postquam Jesus Naz. a Deo in tantam sublimita-
tem evectus est, ac tanto pere ab ipso exaltatus,
omnino et

omnino et Deus merito dr, et adorari debet, ꝑ sertim ipso Deo iubente et sic statuente.

Accedit quod ex hoc ipso loco constat hanc fuisse admonitionem Jeremiae ad Judaeos qui tunc temporis in Babel degebant, ut scirent, quid sibi respondendum esset Chaldaeis illis, si ab ipsis ad idola colenda solicitati fuissent.

Jerem 23. v. 6. Et Israël habitavit securè, atq; hoc est nomen eius, Jehova 2.

Ex hoc loco volunt probare adversarij Christum vocari Jehovam iustitiam nostram, ideo esse illum unum Deum. R. Neutrum esse verum: Nam de Christo hic non dr quod sit Jehova, sed de Israële dr; Nec etiam sequitur statim Christum propterea esse illum unum verum Deum, si Jehova appellatur.

Quod hoc loco non de Christo dicatur eum esse Jehovam, patet ex eo, quod etiam infra c. 33. v. 6 hic idem locus habetur, tantum in illo variat ille ab hoc, quod loco Israelis ibi positum est Jerusalem, ac de ea dr, quod vocatur iustitia nostra,

quem admodum

quemadmodum ex priori relativo (eam) manifestum est: Nam in Hebraeo eam habet, quod Jerusalem refert. Pari ratione in hoc loco pronomen eam non Christum vel gentem sed Jerusalem refert.

Deinde etiamsi nomen Jehova Christo tribueretur non esset propterea Unus ille Deus, quoniam nomen Jehova tribuitur etiam alijs, quamvis improprie, ut Angelis qui personam Jehovae sustinent, et alijs ut supra ostensum est. Atqui nulla ratione Unus ille Deus esset pater, si nomen Jehovae aliquando Christo etiam tribuatur, sinunc tribuitur non mere, quia omnium excellentissimo modo sustinet personam Jehovae.

Baruc 3 v 36. Hic est Deus noster hic invenit omnem viam scientiae 2 Post haec in terris visus est et cum hominibus conversatus.

Ex hoc loco volunt Adversarii probare Christum esse Unum illum Deum et factum esse hominem. R

1 Quod liber Baruch est Apocryphus, ex quo articuli fidei probari non soleant, nec invenitur hebraice.

2 In graeco textu non est: visus est, conversatus est, sed visa est, quod non ad Deum, sed ad scientiam referendum

referendz est, quæ in lege Dñi continetur. Hoc
ex eo liquet quod sequens cap. sic statim incipit:
Hic liber mandatorum Dei et lex, quæ est in æternum.

Michææ 5 v 2. Ex te Bethlehem.

Ex hoc loco volunt Adver. probare æternam
generationem Xti ex Essentia Patris, sed inani co-
natu; id ex eo patet

1 Quia hic nulla fit mentio Essentiæ Divi-
næ ex qua egressus fuit Chrs, nec Patris à quo
sit genitus, sed fit mentio Bethlehem, quæ
fuit Civitas Palestinæ, et non Essentia Patris.

2 Nulla hic fit mentio æternitatis, sed Seculi;
Aliud est autem æternitas, aliud Seculum. vi. supra.
Item, hic fit mentio initij dierum, in absoluta æter-
nitate nullus est dies, nullum initium, nulla temporis
limitatio, quæ omnia hic habentur; dies sæculi sunt
dies antiqui vid. Es. 53 v 11. Mala. 3 v 4. Luc. 1. 70.
Æternitas absoluta est, quæ initio et fine caret.

3 Hic agitur de egressione eius qui Deum habet
et qui fratres habet; nam Propheta inquit: pascet
nos fratres in virtute Dei sui; λόγος æternus
nullum habet

nullum hec Deum, quia est ipse Deus (ut aiunt Adver.)
nec hec fre. Sensus huius loci est: Dux qui
in Beth. nascetur, oriundus est ex Regibus antiquissimis,
et primis in omni populo Dei, ab illis, per quos Deus
olim regnum in populo suo stabilivit, quod vere accep-
tum est fieri in persona Davidis, qui et ipse Beth
lehemita fuit et Author stirpis et familiae Christi.

Contra Adversarios.

Quicunque locus est limitatus ille non agit de ab-
solutâ aeternitate: atqui hic locus est limitatus. E.
non agit de abso. aeternitate. Minor probatur ex iis
quae antea dicta sunt.

Zach. 12 v. 10 Aspiciunt ad me quem transfixerunt.

Ex hoc loco sic argumentum Advers.
De quocunque dixit Zacharias, aspiciunt quem transfi-
xerunt unus ille Deus; atqui Zacharias dixit hoc
de Xto, E. Christus est unus ille Deus. Minorem pro-
bare intuentem ex Joh 19 v. 37 nam ibi de hanc
Prophetiam impletam fuisse, quando Christus in cruce
lanceâ fuit perforatus.
R. Maior non est simpliciter vera, quia hec
locutio

locutio: aspiciunt quem transfixerunt. Potest non tantum de uno intelligi, sed de duobus vel pluribus de eo modo. Potest intelligi de uno Deo, sed improprie, quia Deus proprie loquendo transfigi non potest. Proprie autem potest intelligi de Christo, qui non transfixus est eo modo quo Deus transfigi potest, nempe improprie loquendo.

Apud hunc eundem Prophetam dicitur de Populo Dei: qui vos tangit, ille tangit pupillam oculi eius nempe Dei. Proprie populus tangebatur; Improprie Deus. Sic qui persequitur fideles, persequitur Xtum, iuxta illud Saul 5. quid me persequeris? Act 9.4. Proprie loquendo fideles, improprie loquendo Christus, quia persequuntur impij in suis fidelibus.

Praeterea Sciend. quod lectio variat. Aliqui interpretantur hunc locum ita: Aspicient ad me cum eo quem transfixerunt. Quando hoc modo textus legitur sic M. Marinus in Praefatione Thesauri Ling. Hebraeae cum Arcae Noe appellat in verbo Dakar monet) Petit omnis vis argumenti Adversariorum.

Matthaei Evan. Loci obscuriores.

C. 1. v. 23. Vocabunt nomen eius Emmanuel.

Adversarij volunt ex hac voce Emanuel, quod scat nobiscum Deus, et licet Christum esse unum illum Deum. R.

1 In huiusmodi collectionibus semper plus inferetur in consequente quam Antecedens permittit.

2 Est locus controversus. Ambiguum est, utrum Christus dicatur hic Emanuel. Hoc patet ex eo quod nemo Christum in N. Test. Emanuele vocavit, sed eo nomine quod Angelus ei imponi mandavit.

3 Certum et notum est Scriptores N. Foederis ex V. T. dicta non uno modo adducere. 1 tanquam promissiones ut Act 3 v 22. Christus verus Propheta promissus Deut 18 v 28. 2 Tanquam Typum ut Antitypum ut Gal 3 v 16. Serpens Jo. 3 v 14. 1 Cor 10 v 4. Jonas Matth. 12 v 4 Typi fuerunt ad Christum. 3 Tanquam similitudines per accommodationem ut 1 Cor 9 v 60 Triturans comedat

Deut 254. 4 per allusionem propter vocum affinitatem, vel rerum ut 2 Cor 6 Tempus gratiae dies accepti.

Apostoli et Evangelistae pleni erant verbis Prophetarum, ideo etiam usi sunt quandoque non praemeditati, verbis S. Scripturae, in describendis mysteriis N. Foederis. Hic iam affert Matthaeus

Locum ex

Locū ex Es 7 quo ostendit olim in typo præmon-
stratū esse Messiam nasciturum ex Virgine.
Vox Alma apud Es. posita duo sunt; iuvencu-
lam et Virginē; tempore Esaiæ Juvencula
impregnari debuit. Quod illo tempore iuve-
cula impregnari debuit, et filium parere de-
bebat esse signum Judæis quod Deus sit eos libe-
raturus ab hostibus à quibus tunc premebantur.
vide locum apud Esa.
Sub hoc typo latebat mysteriū, suo tempore
nasciturū Messiam ex Virgine, et hoc sit nobis
futurū certū signū verè nos liberatur iri ab oībus
hostibus, peccato, morte, Satana, qui nos premebāt.
Jam Matthæus descripturus hoc impletū
esse (virginē peperisse) quod olim in typo præ-
monstratū fuit, adducit locū Esaiæ; Jam per
accomodationē typi ad Antitypū potest Chri-
stiā vocari Emanuel. (Puer enim ille qui tempore
Esaiæ nascebatē, dictus est Emanuel quia erat si-
gnū gratiæ et præsentiæ Dei). Nam si unquā
Deus in hoīs suam benevolentiā et gratiam de-
claravit id fecit in xto et per Christū.
Quemadmodum ille puer tempore Esaiæ natus,
unus ille De-

unus ille Deus non est, nec esse potest propterea quod Emanuel dictus est; ita nec Chrs unus ille Deus est propterea, etiamsi Emanuel dicatur.

Praeterea notandum: Hoc nomen Emanuel etiam alijs tributum esse. vid. expli. Enyedinas f. 10

Porro etiamsi diceretur Chrs Deus; tn non propterea esset unus ille Deus, sed est Deus eo modo, quo homines possunt, et dicuntur esse Dij; Excellentiori tn modo quam coeteri homines, quia Chrs habet divinum imperium. vid sup. de vocabulo Dei. Pagina.

Math. 16 v 16 Tu es Filius Dei vivi

Adversarij volunt ex hoc loco probare Christum genitum esse ex essentia Patris, quod dr Filius Dei vivi esse.

R. Non seqr; nam si hoc verum esset, non tm Chrs, sed etiam alij multi essent geniti ex essentia Dei, qui dicuntur Filij Dei viventis vide Osea 1 & 10 Rom 9 26

Firmis raoibus probari pst Chrm ex Essia Patris non esse genitum.

1. Quia hoc nusquam in S. Scriptura testatum invenitur. Si ver esset Chrm ex Essia Patris genitum esse, et quidem ab aeterno, quomodo tacuisset haec

S. Sanct

S. Sanctus, ad minimum semel indicasset alicubi, Ecclesiam cum Adversarij dicunt hoc esse unum ex ijs articulis, qui prorsus necessarij sunt ad Salutem.

2. Quia pugnat cum fundamento S. Sacrae. Haec expresse docet unum esse Deum; si Deus numero unus est, una numero etiam est Essentia; Jam autem Essentiam numero unam esse, et ex ea aliam generari implicat contradictionem; nam perinde est, ac si quis dicat: una est, non est una.

Praeterea si Deus Christum genuit ex sua Essentia, tum ex his unum sequi necesse est: Aut, quod Deus partem Essentiae suae dedit Xto, aut totam Essentiam communicavit ei. Si partem Essentiae suae Christo dedit, sequitur quod Essentia Dei partibilis sit, quod dividi possit, et sic non erit una, sed plures erunt Essentiae, et consequenter plures Dij, tales scilicet, qui a seipsis sunt, quod est absurdum. Si autem Pater Christo totam Essentiam dedit, hoc factum est vel alienatione a se, vel communicatione cum alio. Si priori modo Pater dedit Christo, sequitur quod Pater Essentiam amplius non habet, quod est absurdum et impium. Si altero modo Pater dedit Christo Essentiam, sequitur eandem numero Essentiam pluribus personis esse communem,

quod etiam

quod iterum implicat contradictionem.

3 Est res indigna Deo ascribere quod genuerit aliquem ex sua Essentia; rectam generationem est certissimum argumentum infirmitatis et mortalitatis et non habet locum, nisi inter eos qui corrumpi et mori possunt; Nam ubi nulla est corruptio et mortalitas, nulla est etiam ibi generatio, quod videre est in Angelis qui mori non possunt, ideo neque per generationem augeri. Christus inquit Luc 20 Pios post resurrectionem nullas nuptias celebraturos, neque liberos suscepturos, sed similes fore Angelis Dei: rationem hanc addit: quia sit filij resurrectionis; multo minus potest competere Deo rerum omnium Creatori talis generatio qualem Trinitarij ipsi ascribunt. Vide plura de his infra.

Argum contra Adversarios

Si Christus est Filius Dei Veri, non est ille ipse Deus, cuius est Filius; atqui Verum Antecedens, igitur et Consequens. Ratio Consequentiae est quod nemo suipsius filius esse possit.

Notan quare Christus dicatur et sit Filius Dei. Christus dicitur Filius Dei propter has rationes:

, quo

1. Quoad modum existendi, seu ratione conceptionis et nativitatis suae, quia non est conceptus de viro et genitus ut caeteri omnes homines concipiuntur, sed ex S. Sancto seu virtute altissimi. Ideo etiam nullum alium habuit Christus Patrem praeter unum illum verum Deum. Luc. 1 ts 35 inquit Angelus: S. Sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi, quapropter Sanctum quod nascetur ex te Filius Dei vocabitur.

2. ratione Sanctificationis, quia Pater Sanctificavit eum, et misit in mundum Jo 10 ts 36. Haec Sanctificatio consistit in eo quod a Deo unctus est oleo justitiae et laetitiae cum consortibus suis Heb 1 ts 9.

Petrus A. explicat Act 10 ts 38 quale fuerit hoc oleum, ubi inquit: Deus unxit Jesum Naza. S. Sancto et virtute. Inde erat, quod quamvis Christus quoad Essentiam seu naturam suam homo esset, tamen quoad Qualitates erat homine multo excellentior. Nam Divinae erant omnes eius qualitates, divina erat in illo virtus et Potentia, id constat ex eius miraculis. Divina erat in ipso sapientia, hoc inde patet, quia noverat

corda et

corda et cogitationes hominum. Divina prorsus erat in ipso Scientia ut A. inquit Col 2 v 3. Omnes Thesauri Sap. et Scientiae sunt in ipso reconditi. Divina erat in ipso vitae Sanctimonia et omnium virtutum plenitudo.

Nota. qui aliquam similitudinem habent cum Deo, dicuntur filij Dei, quemadmodum Magistratus, Reges Principes Judices propter similitudinem qualemcunque authoritatis, dominij quam habent cum Deo, dicuntur filij altissimi Ps 81 v 6. Sic etiam in alijs quibusdam rebus quae aliquam cum Deo habent similitudinem, ut in misericordia, in sanctitate, dicuntur filij Dei. Hac pertinent dicta Luc 6 v 36. Estote misericordes ut Eph 5 Estote imitatores Dei sicut filij Charissimi c. 2 Cor 6 v 17 Exite de medio illorum et separabimini ab illis et immundum ne tetigeritis, dicit Dominus, et ego ero vobis in Patrem, et vos eritis mihi in filium.

Christus talem habuit similitudinem cum Deo in Sapientia, potentia, in sanctitate adhuc mortalis existens, qualem nemo unquam habuit, nec habebit in hac mortalitate.

Vel propter has duas rationes solum dicitur et est Christus Filius Dei merito, imo Unigenitus Filius Dei, quia in nullo alio reperiuntur haec, nisi in solo Xto, sed tertia ratio filiationis Xti majoris momenti est.

3 Dicit

3 Chrs Dei et est Filius Dei ratione resurrectionis et exaltationis. Hæc est vere spiritualis illa nativitas, quâ Chrs genitus est à Deo in vitam immortalem, et constitutus est Heres omnium; tunc enim factus est Chrs Deo omnium simillimus. Deus nam hoc habet quod sit immortalis, et immortalitatem largiri possit, quod sit Dnus universorum; Chrs illa omnia tunc adeptus est, quando à Deo excitatus est à mortuis, et exaltatus ad dextram majestatis in coelo. Ideo ob eam rem dicendus est Chrs generatus à Deo, quia tunc maxime proprius Dei Filius factus est teste Apostolo Rom. 1 & 3. Ex resurrectione mortuorum definitus est Chrs Filius Dei. Act 13 & 33 inquit Paulus, tunc impletum esse dictum Ps 2 Hodie genui te, Filius meus es tu, quando Deus excitavit Jesum ex mortuis. Act 3 & 36 Jesum Crucifixum per resurrectionem factum esse Dominum et Chrm.

Et sic videmus consideratis his rationibus Christum vere esse unigenitum Dei Filium, quia ab ipso Deo Idem Spiritum immediate quacunque ratione est genitus; Alij omnes, qui etiam filij sunt et dicuntur, mediate, et quidem per Chrm gignuntur

Chr̃s Solus immediatē ā Dei Spiritu fuit conceptus, immediate Sanctificatus, immediate ā Deo exaltatus et exaltatus, immortalis et omnium Dñus factus, cæteri autem omnes mediatē consequuntur hæc ā Deo per Chr̃m et ita videmus quod Chr̃s merito dicatur natus, alij vero adoptati filij Dei dici possunt.

Contra Adversarios.

Chr̃s ille Dei ÷ Unctus Dei nullā ratione p̃st esse ille ipse Deus, quoad naturam seu essentiam cuius est Unctus; atqui Filius Dei est unctus seu Chr̃s Dei. E. Filius Dei nulla ratione p̃st esse ille ipse Deus quoad naturam seu Essentiam cuius est Unctus. Major est evidens. Nam alius est qui ungit ab eo qui ungitur; Et major est qui ungit eo, qui ungitur.

Matth 28 v 19 Baptizan in nomine

Adversarij putant hinc satis constare, Trinitatem sed fallunt; Nam hoc testimonio nihil amplius probatur, quam quod hi tres sint, nempe P. F. et S. S.; quod nos quoque constanter asserimus, et dicimus eum nō esse Christianum qui hoc negat; Quod vera in quæstione est, nempe P. F. et S. S. esse tres personas in una essentia, et consequenter Unum illum Deum.

Deum, hic non docetur, nec demonstratur.

Trinitarij argumentum sic:

In cuiuscunque nomen baptizantur, is est unus ille Deus
At in nomen Patris 7. et S.S. baptizantur. Ei.

R. Maior est falsa: Ratio, quia Israelitae in
Mosen sunt baptizati 1 Cor 10. Quidam discipuli
baptizati sunt in baptisma Joannis Act 19 ts 8
Christiani baptizantur in mortem Xti Rom 6 3.
Iam autem nec Moses, nec baptisma Joannis nec
mors Christi est unus ille Deus.

Adversarij excipiunt, et dicunt: haec
exempla non facere ad rem, quia apud Matth.
dicitur: in nomine Patris 7. et SS., apud Paulum et
in actis non dicitur in nomine Moses, sed in Mosem,
non in nomine, baptismi Joannis, sed in
baptisma; non in nomine mortis Christi, sed
in mortem Christi.

R. Haec ipsorum exceptio non valet, Rao, quia
graecus textus habet apud Matthaeum τις τὸ
ουρμα ἐ in nomen. Usitatum est autem a-
pud Hebraeos quod alicuius rei nomen dicunt pro
re ipsa. Idem est apud Hebraeos, in nomine Pa-
tris et in Patrem, in nomine Filij et in Filium, in nomine S.S. et in S.S.

Hoc modo

Hoc modo patet. ubi hic dr: in nomine Filij apud Paulum Rom 6 v 3. Gal 3 v 27 dr. in Ptre in Chrem.

Adversarij adhuc excipiunt.

Nusquam, inquiunt conjungunte creaturae cum Deo in re tam Divina ut est baptismus. E. sequitur tres esse Personas in una Essentia.

R. Antecedens negate, Rao; quia et Persona et res solent quandoque conjungi cum Deo in rebus divinis non minoris momenti, quam est baptismus, quae tamen nullo modo ad Essentiam Dei pertinent ut Exo. 14 v 31 Et timuit Populus Jehovam et credidere Dno et servo eius Mosi.

1 Sam 12 v 28 Et timuit omnis Populus nimis Dnm et Samuelem. Act 26 v 32. commendo vos Deo et verbo gratiae.

Hic vides quod Moses, Samuel, verbo gratiae conjungitur cum Deo in rebus maximis, et ad cultum Dei pertinentibus, cum tamen ad Essentiam ipsius non pertineant. Unus ille Deus, sequitur quod ille etiam Moses

F. Si in nomine P. et F. et S.S. ergo baptizamur quod tres sint Moses baptismus Joannis et Moses Xti sint unus ille Deus, alter hic Posterius est falsum et prius

Ex hoc loco contra Adversarios

Advers. ita limitant majorem

Israelitae ita essent baptizati in Mosen, ut nos baptizamur in nomine P. F. et S.S. quadraret et valeret haec instantia; atqui Israelitae non ita sunt baptizati in Mosen, ut nos baptizamur in nomine

in nõe P.F. et S.S. E hac instantia nõ quadrat
nec valet. Minorẽ huius syllogismi sic pbat:
In nõe P.F. et S.S baptizamur ut in Dei nomẽ.
Israelitæ autẽ non sunt in Moysen baptizati, ut
in Dei nomen. Ergo ti.
R. ut ita retorqueo: In cuius nomẽ baptiza-
mur, ut in unius Dei nomẽ, is est unus ille Deus;
atqui in Christi nomẽ non baptizamur ut in unius
Dei nomẽ. E Chrs non est unus ille Deus.
Minor pbatur 1 quod hic nulla fit mentio Dei, sed Filij
2 huic Filio data est omnis potestas in coelo et in terra.
3 Hic Filius hẽt originẽ, nec est prima cãa omnium.
4 Hic Filius constat duabus naturis Idem Trinitari-
os; sed unus ille Deus nõ constat ex duabus natu-
ris, nec est Filius alicujus, ipsi nihil dari pst,
nec het originem.
1 Adversarij si ulterius urgent exemplum Mo-
sis allatum, quod nõ quadret, eo quod Moses
1 Cor. 10 cum Jehova nõ conjungatur, ut apud Mat.
Filius cum Pre; Respondeo; Hoc nihil est;
Nam etiamsi ibi in baptismate Moses nõ cõ-
jungitur; conjungẽ tñ in alia non minus re di-
vina, quam est baptismus nempe Exo. 14 in fi-
ducia, et tñ hetur Moses propterea eo loco
pro Jehova

pro Jehova ipso; alia enim ratione credebat Populus in Jehovam, alia etiam in Moysen.

Sic etiam in baptismate licet conjungatur Filius cum Patre; alia tamen ratione baptizamur in Patrem, alia etiam in Filium. Hoc inde patet, quod in Patrem baptizamur ut in Patrem, in Filium ut in Filium; iam autem Pater non est Filius, nec e contra.

Aliud ex hoc loco contra Adversarios

Ille qui dixit: baptizate in nomen P. F. et SS. aut est Persona Divina, aut Angelica, aut humana; Atqui ille qui dixit: baptizate in 2. nec est Persona divina, nec Angelica, E. est Persona humana. Minor probatur: Persona Divina, ut etiam Angelica non potest concipi, nasci, sitire, dormire, mori, resuscitari; Atqui is, qui dixit: baptizate in no 2. est conceptus, natus, sitivit, dormivit, passus, mortuus resuscitatus est. E. non est Persona divina, nec Angelica sed Humana

Adversarij confugiunt hic ad duas naturas contra istam distinctionem sic argumentor: Ea tamen distinctio est adferenda in religionis negotio, quae est desumpta ex S. Lris; at qui haec distinctio duarum naturarum non est desumpta ex S. Lris

ex S. Bris. E. non est afferenda, vel admittenda.

Hic incumbit Adversarijs ut demonstrent in Xto duas naas esse, tales, quales ipsi dicunt in ipso esse.

Notan. Quando Adversarij hanc distinctionem duar naar adferunt, committunt fallaciam Petitionis Principij; Nam de quo controvertitur, hoc nos negamus, ipsi affirmant.

Probent igr primum in Christo esse duas naturas postea uti possunt ista distinctione. infra.

Adversarij adhuc sic argumentatur:

Cuiuscunq nomen in baptismate invocatur est unus ille Deus; atqui in baptismate invocatur nomen P. F. et S. S. E. hi tres sunt unus ille Deus

R. Major non est universalis; minor vero negatur; Haec probatur. Cuiuscunq nomen ita compellatur ut ei consecremus, eius nomen invocatur; atqui nomen P. F. et S. S. ita compellatur in baptismate, ut ei consecremus. E. nomen P. F. et S. S. in baptismate invocatur.

Major iterum non est Universalis. Minor negatur. Contra. Ubicunq est compellatio cum fiducia consequendi auxilium, ibi est invocatio nominis P. F. et S. S. Atqui in baptismo est compellatio

est compellatio P. F. et S. S. cum fiducia auxilium consequendi E. in baptismate est invocatio.

Minor negatur, et probari non potest; nam baptismus administrari potest etiam sine compellatione, modo verba repetantur vel pronuncientur: Aliud est pronunciatio, et aliud compellatio. Aliter sumitur verbum Est in Majori, scilicet pro actu compellationis; In Minori vero accipitur pro eo quod adjungitur, vel quod accedit ad actum baptismatis etc.

Marci 2. v. 5 in quo Christus: Filij remissa sunt etc.

Hinc ita argumentatur Adversarij:

Nemo potest peccatum remittere, nisi unus ille Deus; At Christus potest peccatum remittere. E. est unus ille Deus. R.

Major non est universaliter vera; nam Apostoli etiam remiserunt peccatum; dictum enim fuerat eis: quorumcunque remiseritis peccata remissa erunt eis.

Joan 20, 23.

Nemo est ita stolidus qui inde colligere velit, Apostolos esse illum unum Deum. Deinde Christus ipsemet dicit, ibidem apud Matth. de sei ipso, quod ipse Filius hominis habeat potestatem remittendi peccata; Et sic ipse teste Christo major non est vera; nam ille qui est homo vel Filij hominis

unus ille

unus ille Deus esse nō pōt; Implicat Contradictionem unū illū Deum esse, et Filium hominis esse.

De Filio hominis.

Filius hōis in Syriaca lingua, qua usus est Dn̄s Jesus, idem est quod hōo. Hoc adeo usitatū est in ea lingua, ut etiam Adam dicatē Filius hōis in ea lingua, cum tn̄ Adam nullius filius hōis sit, sed à Deo conditus. vid. N. T. Syriacū Rom 5 19. 1 Cor 15 21.

Chr̄s non sine cāa eligit sibi appellationē Filij hōis, propterea nimirū, ne quis putet propter summas præstantias quibus à Deo ornatus erat, adhuc etiam naā aliam in ipso esse præter humanam.

Notan. In Chr̄o, quoad Essentiam vel naām nihil inveniri potest, nisi quod sit hōo. Quoad Qualitates verò et quoad officiū multo est hōe excellentior; Nam hæc oīa fuerunt Divina. Divina potestas, Sapientia Scientia fuit in Chr̄o adhuc tempore mortalitatis suæ. Inde dicit Pau. Phil 2 quod in forma Dei fuerit; sed tn̄ hæc oīa habuit à Pr̄e, ipso Chr̄o teste Joan 5. Post resurrectionem et exaltationē fuerunt hæc omnia amplius perfectius in Chr̄o. Nam in coelo regnat nunc

et abso

et absolutum divinum imperium hec super omnia:
Nam ipsi data est omnis potestas in coelo et in terra.
Hinc dicitur Haeres, Dominus, super omnes Deus, Filius Dei
Rex, caput ecclesiae etc.

Ita magnificè loquuntur Apostoli de qualitatibus
et de officio Christi. Quando vero Apostoli loquuntur
de natura vel persona Christi vocant eum simplicè
hominem Rom 5 ad 15 Per gratiam unius hominis J. Chri.
Inquit A. 1 Tim 2 ad 5 Unus est Mediator etc.
1 Cor 15 25 ut per unum hominem mors, ita per unum hominem
resurrectio mortuorum. Vocant etiam Christum vi-
rum ut Luc 24 ad 20. Erat vir Propheta. Act 2.
ad 22 Jesum Nazaren. virum illum a Deo approbatum.
Act 17 ad 31. Per virum iudicabit Deus orbem terrae.

Huc pertinent omnes humanae proprietates, quae tri-
buuntur Christo, quod sit conceptus natus, crevit subdi-
tus fuit sitivit, edit bibit, dormivit, flevit, corro-
boratus est, mortuus est resuscitatus est.

Luc 1 ad 16. Et multos filiorum Israel
convertet ad Dominum Deum ipsorum, et ipse
praecedet ante ipsum.

Ex hoc sic argumentantur Trinitarii:
Is ad quem Joannes Baptista convertit filios Isra-
el, et cuius faciem praecessit fuit Dominus Deus filiorum Israel,
Atqui

Atqui Is, ad quem Joannes Baptista convertit filios Israel, et cujus faciem praecessit fuit Dnus J. E. Dnus J. est Dominus Deus filiorum Israel.

R. Quatuor sunt termini in hoc syllogismo; nam alter accipitur medius terminus in Majore, alter in Minore; Alter enim paravit Joannes Bap. populum uni Deo, et praecessit ante faciem eius; Alter etiam Chro. Uni Deo mediatè, Chro vero immediatè. Del, uni Deo primario et principaliter; Chro vero minus principaliter et secundario. Explicatio.

Joannes Bap. parando viam ante faciem Chri, immediatè paravit viam. Ante, ante faciem unius illius Dei mediatè. Cum Joan. Bap. Chro viam paravit, paravit illam illi uni Deo, non quod Chrs sit unus ille Deus, sed quod Chrs personam unius illius Dei sustinuit in munere suo in terris obeundo.

Haec distinctio consona est s. lris. Chrs inquit ad Aptos Matt 10 v. 40 Qui vos recipit, me recipit. Item, qui me recipit, recipit eum qui misit me, Prem. Haec non possent stare, nisi haec distinctio mediate, immediatè, primario secundario, vel principaliter, minus principaliter admittatur

Qui Aptos reci

60

intelligendz sit. Quod autē initiū Evangelij sit et
inde inchoandz docet Marc. c. 1. in illis verbis ubi
inquit: Et erat Joannes in deserto baptizans et prae-
dicans vid. Act. 10. v. 27. Λόγος propriè ver-
ti potest Sermo. Ῥῆμα enim sicut verbum.
Christus hic appellatē à Joanne figuratē, vel per
Metaphorā, quod sicut ex sermone hominis volun-
tas patefit, sic etiam per Christum omnis voluntas
Dei patefacta est:
Prorsus eo loquendi modo vocatē Christus Sermo
seu verbum, et verbum Dei, quo Joan. Bap.
Joā 1. 23 vox clamantis, et Aron os Moses appellatz
Ex 4. 16. Hoc figurato loquendi modo dē Christus via fa-
mia, ostium etc. Joan. 14. v. 6. c. 10. v. 9.
Vel per Metonymiam dē Christus Λόγος, quod eius
rei nomine insignitē, quam ipse revelavit, sicut
etiam alibi dē veritas, vita, resurrectio Joā 11. 25
quia haec omnia ipse primariò revelavit, annun-
ciavit, confirmavit, et hanc largitor est.
Si obijciat aliquis:
Prophetae etiam locuti sunt de rebus divinis. E.
Appellatio τοῦ λόγου eis quoque competit. R.
Quae Prophetae annunciaverunt fuerunt valde
exigua et minuta et vix umbra respectu eorū
quae Chri

quæ Chrs revelavit. Apli quamvis revelabant ea-
dem, quæ Chrs revelavit, et revelari docuerunt,
tñ nomine τοῦ λογου dici non possunt; quia quic-
quid annunciarunt, id totũ à Chro habuerunt et
ipsius virtute omnia fecerunt.

Erat apud Deũ:

Hæc Phrasis duplr intelligi pst in scriptura:
T hominibus occultũ et ignotũ esse, sed corã
Deo certũ et in oculis eius perspicuũ et clarum
ut 1 Joan 1 v 2. Annunciamus vobis vitam illã æ-
ternã quæ erat apud Prem, et patefacta est nobis.
Hic opponuntr apud Prem esse, et manifesta-
tum esse nobis. Exemplum habemus in Davide;
Cum à Samuele in Regem unctus esset, erat certẽ
Rex τοροβ τον θεον apud Deũ, sed nondũ
apud hoĩs, nisi post mortem Saulis. Sic etiam
Chrs J. erat in Principio Evangelij, quando
nimirũ Joannes B. officiũ suũ inchoaret, iã
tum natus erat Chrs et à Deo ad hoc destina-
tus ut esset Messias, ut ipse esset Sermo, ~~per~~
per quem Deus omnẽ voluntatẽ de nra Salute
orbi terrarũ patefacere, et hoĩs ab æterna
morte vindicare vellet; Id iam hoĩbus pro-
sus ignotũ erat, imo adeo ignotũ erat hoc hoĩbus

quod ille

quod ille Jesus Naz. qui filius Josephi Putabatz,
esset Messias, ut etiam ipse Joannes Bap. ignoraret,
antequam coelitus hoc ipsi manifestatum fuit, ideo
dicit de Sermone quod in Principio apud Deum fue-
rit. Deinde haec verba: erat apud Deum
etiam ita accipi possunt quod J. Chrs in Principio Evan-
gelij omnino fuerit apud Deum; Nam ipse Salva-
tor testatur se filium hominis fuisse in coelo et descendis-
se de coelo. Inquit enim Jo. 3 v 13 Nemo ascendit
in coelum nisi qui descendit de coelo, filius hominis
qui erat in coelo. Ita verti possunt, et habent haec
verba. vide Bezam in Annota.
Johan. 6 v 62 inquit Chrs: Quid si videritis Chrm
filium hominis ascendentem ubi erat prius. In
his verbis expresse dicit filius hominis ascendisse
in coelum, fuisse in coelo, et descendisse de coelo;
Antequam igitur Chrs munus suum inchoaret, receptus
est in coelum et ibi vidit, audivit omnia apud
Patrem quae nobis annunciaret. Quemadmodum Chrs
in alijs muneris sui partibus reliquos Legatos et
Prophetas Dei omnes superavit; sic etiam in hoc, quod
reliqui omnes vel per Angelos, vel per visiones

doctrin

doctrinam suam acceperunt, Christus vero a nemine alio, nisi a solo ipso Deo immediate accepit, quae revelavit, et docuit.

Hos nemini mirum videri debet, si quidem etiam Divus Paulus, qui tum Servus J. Christi fuit annunciaturus Evangelium intergentes in coelum raptus fuit, ibidem omnia didicit 2 Cor 12 v 2, 3.

Deus erat Sermo.

Graecus textus habet Καὶ ὁ λόγος ἦν θεός. Articulus ostendit utrum sit Subjectum. Λόγος habet articulum, ideo est Subiectum. Inquit Joan. Et ille Ser. erat Deus.

Vox Deus ut supra dictum est duplici modo accipitur in S. Litteris pag.

1 Cum sciat illum unum Deum qui a seipso est, et fons, Authorque omnium, qui est Pater; Huic tribuitur vox Deus per κατ' εξοχην, licet sua natura et usu sit appellativum.

2 Cum sciat eum qui ab uno illo Deo aliquam potestatem vel imperium habent. In hac scriptura dicitur Judices Principes terrae Dij Ps. 82. Jam si isti qui nihil amplius, quam terreni et temporarij Judices Principes erant, sunt dicti Dij, ut porro erant Dij; quis negare audebit Christum merito vocari Deum, ob id, quod omnia et singula, quae

an eius

quæ in eius munere apparuêre, ut apparet, sc Divina.

Divinâ doctrinam est professus, divinis plane argumentis eam confirmavit, vitam divinâ absq; peccato egit, divina, sapientiâ, potentiâ, erat donatus ad eo, ut propter illa in Dei forma ut Deo æqualis fuerit ut Deus cum illo ut in illo fuisse dicatur

Tandem summâ potestatem tum in coelo tum in terra post resurrectionem est consecutus; Dnus, caput, Rex omnium Judex vivorum et mortuorum est constitutus. Talis erat J. Nazarenus qui hic λόγος dei in initio Evangelij cum Joan. Bap. prædicaret et baptizaret. Sed apud Deum erat talis, qui eum ad hæc definitè destinaverat, apud hoies autem nondum innotuerat, hunc J. Nazarenum fore Messiam Dnum omnium, caput Regem, Judicem vivorum ac mortuorum.

Quod λόγος seu Sermo etiamsi Deus hic dicatur non sit unus ille Deus probatur ex eo, quod vox Deus hic in græco articulo caret et prædicati loco ponitur; Nam cum θεός uni illi Deo tribuitur tunc subiecti locum obtinet absolutè. sive cum articulo sive sine articulo.

Si autem obtinet locum prædicati articulum hec simplex vid sup pag.

Ex hoc loco contra Adversarios.

Quicunque distinguitur ab uno illo Deo, non est ipsemet unus ill

unus ille Deus; at qui hoc loco distinguitur λόγος ab uno illo Deo. E. non est ipsemet unus ille Deus.

Minor probatur, quia Joannes, quando per vocem Θεος in hoc capite unum illum Deum intelligit, addit Articulum; ubi vero de λογω dicit, quod sit θέος omittit articulum.

2 Joannes dicit de λογω, quem simpliciter vocat Deum quod fuerit apud τὸν θέον illum Deum; Si λογος qui etiam dicitur Deus fuit apud illum Deum, non est is, ipse apud quem fuit; at quia verum Antecedens verum et consequens.

Omnia per ipsum sermonem facta sunt, et sine ipso.

Hic notandum ante omnia, quod duplex creatio sit: Alia est creatio veteris mundi et Creatoris; alia vero novi mundi et creaturae. Illa dicitur simpliciter creatio, Haec vero renovatio, reformatio, nova creatio. Moses descripsit veteris mundi et Creatoris Creationem; Evangelistae et Apostoli novam creationem. Joan. hic c. 1. Scripturus Evangelium agit etiam de nova creatione, quia ea proprie ad Evangelium pertinet.

Vox Omnia, semper restringenda est ad subiectam materiam, patet ex exemplis sequentibus: Mar 13, 27. Joan 4 25. c. 14 26. Act 20, 25. 2 Cor 5, 17. 1 Sam 2, 20 et alibi

Ubi iam dr, omnia per ipsum facta sunt, sensus est:
Per λογον ÷ Sermonem ea nimirum oia facta esse,
quaecunque ad novam creationem, vel renovationem ad
novum cultum Dei, ad regnum Xti, summa, quaecunque
ad Evangelium pertinent; nam Christi opera et potestate
sunt etiam omnia ea facta, quae Apli post ascensionem
Chri in exercenda Ecclesia fecerunt, absque Chri autho-
ritate nihil fiebat; imo à Chro fiebat per Aplos. Ideo
dicebat eis Joan 15 v 5 absque me nihil potestis face-
re, propterea addit etiam Joannes hic: Et sine
ipso factum est nihil. Hic notan. ante omnia,
quod vox nihil perinde ut vox omnia ad idem de
quo agitur accomodari necesse est, ut, ex. cam Jo 18
v 20 dicit Chrs se nihil in occulto locutum esse
Matt. 10 v 27 dicit se discipulis in occulto, in te-
nebris locutum esse; quis non videt in dicto Joannis
vocem Nihil restringendam esse ad ea tm, de quibus
ibi sermo est; Ita etiam in hoc c. 1 sine eo factum
est nihil, scilt quae ad Evangelium, vel novam ope-
rationem pertinent. Sensus verbor est: Omnia quae-
cunque ad Evam: vel novam operationem pertinent, J.
Chri, qui Sermo dr primus manifestavit, ipse con-
firmavit miraculis et morte, et ea omnia quae
Apli

Apli fecerunt Chrs sua virtute ꝑ eos fecit.

Contra Adversarios.

Per quemcunq; Unus ille Deus oia fecit, nō est ipse, unus ille Deus; Atqui ꝑ λογον fecit Deus omnia. ε. λογος non est ipse unus ille Deus.

Adversarij dicunt quod hæc Particula ꝑ quē etiam uni illi Deo attribuitur ut Rom 11 v 5. Heb 2. 10.

Notan. hic: quod hæc locutio ꝑ quē, alr Pri, uni illi Deo, alr ittem Chrō tribuitur. De Chrō sæpe legr, quod Pr, vel unus ille Deus, ꝑ eū, per Chrm fecit: sed nunquam dr, vel legr, quod alius ꝑ Prem, vel ꝑ eū aliquid fecerit; Quando igr particula ꝑ quē Pri tribuitur, eo scatur quod Pr, vel unus ille Deus per se sufficiens sit, etiam sine medijs et instrumentis omnia perficere.

In mundo erat et mundus ꝑ ipsū factus est et mundus eum non cognovit.

Trinitarij volunt hinc colligere Chrm esse Creatorē coeli et terræ, et ꝑ consequens unum illū Deū, sed falluntur, et fallunt, quia ut antea dictū est, Joan. Evan. nō logr de creatione prima, sed de renovatione. Ut hoc melius intelligatur, Notandum,

Tanod

¶ Quod cum Apli et Evangelistæ Hebræi essent, assueti hebræo sermoni, hebraismis sæpe usi sunt, quamvis gentibus scripserint. Et hic ubi agit Joannes de renovatione, simplici voce utitur pro composito, dicit mundum factum esse, pro, refectum, renovatum reformatum, quia hebræi compositis carent.

Hoc diligenter notandum quia sæpe hic hebraismus est in Ubis Aplr; dicunt enim conditum, creatum factum, pro reconditum, refectum recreatum, vel renovatum. Exempla ubique sunt obvia, in V. et N. Test. Es. 43 ad 7. ait Deus: omnem qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi, formavi eum, feci eum, pro recreavi, reformavi, refeci. Omnes Theologi fatentur hic agi de nova creatione. Eph 2 ad 10 ipsius factura sumus creati ad bona opera; hic itidem agi de nova factura et creatione nova concedunt omnes Theologi.

Hic notandum vocabulum mundi varias habere significationes: 1 denotat hanc machinam coeli et terræ 2 homines in gratia bonos et malos Joa 3. Sic Deus dilexit mundum etc. 3 tres homines malos et impios carnales ut Jo 15. Si mundus vos odit 1 Joan 5 ad 19. 4 futurum illud seculum vel mundum futur

futur̃, coelos novos &c. vid 2 Pet 3. Jam cum dr̃
mundum ꝑ Sermonẽ seu λογον esse factũ non
intelligr̃ hæc machina coeli et terræ. Rão est:
quia Evan: dicit, quod λογος in mundo fuerit quã-
do mundus ꝑ eũ est factus. Fuit igr̃ tunc machi-
na coeli et terræ, et λόγος fuit in ea, quãdo
mundus ÷ hoĩs ꝑ Chrm̃ sunt facti ÷ refecti, re-
formati, renovati ꝑ ꝓdicaõem Evangelij, quãdo
Chrs̃ voluntatẽ Pris̃ sui et ꝓsertim vitæ æternæ
ꝓmissionẽ ꝓtefaceret.

Notan. ꝓterea hic, quod in salute nostra duo
considerantz: 1 Decretum vel voluntas Dei et
Chri. 2 Eventus, quod sclt homines facere solẽt;
Aliquãdo loqr̃ sacra s. de Consilio et Voluntate
Dei et Chri; aliquando de Eventu, nempe de eo quod
homines faciunt. Evangelista loqr̃ hic de voluntate
et consilio Dei et Chri. Consiliũ et voluntas Dei et
Chri erat totũ hunc mundum ÷ omnes homines re-
formare et renovare; hoc respectu dr̃ mundus
ꝑ Chrm̃ factus, quia ꝑ Deũ et Chrm̃ nõ stabat quo-
minus reformaretz mundus. Hoc sensu dr̃ Chrs̃ Sal-
vator totius mundi, quamvis non omnes salventz
homines.

Quod

Quod addē: Et mundus eum non cognovit, hic vocabulum mundus scāt hōīs impios, carnales et cupiditatibus suis addictos, tales dicuntur Mundus, quia major pars mundi talis est; hi non cognoscebant Jesum pro Messia, p Reformatore, pro Salvatore suo. Deinde hæc verba Joan: mundus p eum factus est, possunt etiam hunc hēre sensū: quod vox mundus scāt futur illud seculū; vel mundum, in quē iā Chrs est introductus, et ipse psens est. Ille futurus mundus dē p Chrm factus scīt nobis, quatenus nobis eum patefecit, et spē eum consequendi fecit, atq; potestatem hēt eū nobis dandi. Hac raōe dixit Chrs Joan 14, 2. se ire in coelum nobis paratur locum. Itē Joā 1. ꝟ 17. veritatē et graām p Chrm factā esse

Ex hoc loco contra Adversarios.

Adversarij intelligunt hic (ubi dē mundus p eū factus est) machinā coeli et terræ. Contra hoc.

Si Chrs fuit in hac machina coeli et terræ, nulla ratione hic mundus per eum fieri potuit; Atqui verū est Antecedens E. et Consequens.

Καὶ ὁ λογος σάρξ ἐγένετο. Hæc verba ita vertenda sunt: Et Sermo caro erat, vel fuit.

Id patet

Id patet locis ex similibus ubi vox ἐγένετο erat vel fuit ab interpretibus est translata vid Joan 1 v 6. Mar 1 v 4. Luc 1 v 5 et Cap 24 v 19. Rom 11 v 24. Deinde vox σάρξ ÷ caro in S. Cris sæpe scit hominem humile, infirmum, mortale, non humanitatem, sed conditionem hominis ut Gen 6 v 3. Non disceptabit Spiritus meus cum homine in seculum eo quod caro est. Esa 4 v 6. Omnis caro fenum. Ps. 78, 39 Et recordatus est quia caro sunt. Talis erat λόγος ÷ Chris, licet quoad officium et munus suum esset Deus Lux, Reformator mundi; tamen quoad naturam erat caro, humilis, infirmus, morti et crucis perpessionibus subiectus. A Deo erat quidem definite destinatus ad munus omnium excellentissimum, nimirum ut sit Messias, Servator, Mediator, caput Judex, Rex omnium; Interim tamen quamdiu in mundo inter homines versaretur erat caro ÷ contemptus, abiectus, mortalis. Hic est sensus verborum Joannis.

Joan 1 v 14. Quasi unigeniti a Patre

Ex voce Unigeniti volunt Trinitarij concludere Christum genitum ex Essentia Dei; rationem hanc afferunt:

quod de

quod de nullo alio; quam de Chrō sit dictum quod sit Unigenitus, quamvis etiam alij dicantur Filij Dei. R.

T Supra demonstratum est Deum nō gignere vel generare ex suâ Essentia. Vide etiam Enjedij explicationem locorum pag 105. 107. 106. Deinde quod rationem Adversariorum concernit, ex ea non sequitur, si Chrs solus vocetur Unigenitus statim ex Essentia Dei debuisse illum gigni: nam alia ratio esse potest, quare Chrs solus sit et vocetur Unigenitus.

Ut hoc melius intelligatur sciendum quod vox Unigeniti respondet hebraeo Jechid, quae refertur non tantum ad filios vel genitos, sed etiam ad alias res, quae nimirum nobis valde sunt charae ut Ps 22 v 20 et 35 v 17. ingt David Jechidati, unicam meam, ubi vitam suam intelligit; nihil enim homini vitâ est charius. In utroque loco habet graeca translatio μονογένη μου, unigenitam meam. Sic etiam vox Unigeniti cum refertur ad filium aliquem, non scilicet genitum unicum esse, sed unicè dilectum esse, ut Isaacus Genz 22 dicitur Jechid Unigenitus, vel unicus Abrahami, cum tamen eo tempore non solus Isaacus ab Abrahamo generatus extaret; vivebat enim et Ismael, quem adhuc

adhuc ante Isaacum genuerat. Sed quia Isaacus unicè illi dilectus erat, propterea solus erat ei in hæreditatē successurus; Idcirco Unicus et Unigenitus Abrahami dr̄ loco cit. et Heb 11, 17.

Sic etiam David habuit plurimos filios, non tm̄ ex alijs uxoribus, sed etiam ex Matre Salomonis; Attamē vocatē Salomō Unigenitus Filius Davidis 1 Par 29 v 1, eo quod omnium dilectissimus fuerit et Patri in regnum successerit. Hac ratione dr̄ etiā Chrs Unigenitus, quia Deo fuit omnium dilectiss, quemadmodū ipsemet Deus coelitus testatur. Matth 17 v 5 dicens Hic est Fili. Et ante alios omnes coelestē hæreditatē obtinuit, imò solus Universorū Hæres et Dnus est factus.

Hic notandū quia Filij Unigeniti dilectissimi Parentibus esse solent, unde fit quod vox Unigeniti sumitur, pro valde charo, et quod is qui dilectiss Pri aut Matri est Unigenitus appellatur. Inde factū est quod Interpretes Hebræū Jechid, quod scāt Unigenitū, unicū, sæpe ἄγαπητον dilectū verterunt ut Gen 22 et alibi.

Si quis adhuc aliam rationē desiderat

quare

quare Chrs Unigenitus vocetur, sciat ipsum virtute Dei conceptum et formatum esse in utero Virginis, et sic natus est Filius Dei; nam ab ipso ortu fuit filius Dei. Alij omnes qui dicuntur Filij Dei non nascuntur tales, sed fiunt per regenerationem; sed precipue tunc dicitur Unigenitus propter nativitatem secundum spiritum. vid. sup. pag.

Ad 15 Ante me factus est, quia prior me erat.

Trinitarij volunt hinc colligere Chrm secundum Divinam naturam (ut ipsi loquuntur) extitisse antequam ex Maria nasceretur. R.

1 Adversarij nullo modo possunt ostendere in Chro esse duas naturas tales, quales ipsi somniantur. Chrm quoad naturam seu Essentiam esse hominem supra ostensum est. vid. etiam ibidem quomodo distinctio duarum naturarum in Chro destruenda sit.

2 Multi ex adversarijs fatentur, in his verbis: ante me factus est agi non de tempore, sed de dignitate, ut Beza Calvinus. Eras. Chryso. Beza interpretatur ita: Ante me factus est, praelatus est mihi. Et dicit vocabulum ἐμπροσεν nusquam in N. T. de tempore poni.

Quod vero

Quod vero posteriorem causam concernit, nempe prior me erat, sic interpretantur ceteri Evangelistae matth 3 v 11 Marc 1 17. Luc 3. Fortior me est. Beza quoque sic: Πρωτος μου non ad tempus, sed ad dignitatem seu praestantiam refertur: excellentior enim erat Joanne Chrs. ERASMUS sic: prior me potior, potentior celebrior. Sensus est verbor Baptistae: Qui post me venit est prior me in praestantior, ergo non mirum quod mihi sit praelatus. Chrs quoad munus suum cui destinatus erat a Deo prior in potentior fuit Joanne Baptista; et ideo factus est ante ipsum in praelatus est ipsi, seu factus est in constitutus reipsa Servator mundi: Cum Joannes Baptista Servus tum seu Praecessor Chri fuerit.

Joan 1 v 18 Deum nemo vidit &c.

Unigenitus Filius qui est in sinu Pris &c.

Trinitarij conantur dogmata ex hoc loco elicere. In his verbis (Filius in sinu Pris) scare putant essentiae Pris et Filij unitatem. R. Vana est haec imaginatio: nam nullus est locus in S. Sacra ubi hic loquendi modus unionem seu unitatem essentiae scet. Sed hoc certum est hanc locutionem esse signum

figuratam et ab hominibus ad Deum translatam. Apud homines scilicet in sinu esse amorem et amicorum conjunctionem ut patet ex testimonijs seq. Gen 16 5. Num 11 v 12. Deut 13 v 6 secundum hebraicum textum. 2 Sam 12 v 3. Vide locos.

Jam cum de Christo dicitur quod sit in sinu Patris, non denotatur eo Essentiae Unitas cum Patre, sed quod Christus a Deo Patre summe ametur, quod sit illi dilectissimus, quod sit cum Patre conjunctissimus. Quemadmodum igitur nec unitas essentiae hac phrasi (in sinu esse) denotatur, sic etiam nec locus proprie ubi nunc Christus est, sed conditio, qua nunc Christus fruitur, indicatur.

Tale absurdum torqueri poterit contra Adv: Si haec phrasis (in sinu esse) idem est quod unum essentia esse, sequitur quod Lazarus mendicus Luc 16 cum Abrahamo unus sit Essentia; At consequens falsum, igitur et Antecedens.

Alterum argum. quod Adver: ex hoc loco extruunt, est tale: inquiunt:
Solus Christus dicitur hic Deum vidisse et enarrasse; atqui etiam antequam nasceretur J. ex Maria Virgine cognitus fuit Deus Prophetis et Patribus. Ergo

Chrs illis quoq; enarravit proinde extitit reipsa etiam ante Mariam. R.

Hoc non est in quaestione an Chrs ante Mariam extiterit, sed hoc, An Chrs sit Unus ille Deus et unus Essentiâ cum Pre. Nam Arriani fatentur Chrm extitisse ante Mariam, negantem esse unum illum verum Deum; sed dicunt eum creatum esse à Deo ante omnes creaturas, et per eum postea omnia reliqua creata esse. Ergo non sequitur: Si Chrs fuit ante Mariam est unus ille Deus.

2. Non sequitur ex eo, quod Chrs Deum vidit et nobis enarravit nullam Dei cognitionem fuisse unquam praeter eam quam Chrs revelavit. Fuit cognitio Dei etiam ante Chrm, sed illa imperfecta et obscura rerum divinarum cognitio erat, quae per Chrm postea fuit clarius explicata, imo etiam multa quae antea incognita erant, per Chrm sunt revelata, id patet ex verbo, quo Evang. Joan. hoc loco utitur ἐξηγήσατο, hoc verbum non scilicet simpliciter enarrare et docere, sed exponere, explicare, quod antea obscurum fuit. Vide Bezam in annot. Consentit cum eo Eras. Chrysost. Calvinus.

Nota.

Notandum Heb. 1. 1. de Patribus Deum locutum esse per Prophetas, postremis hisce temporibus locutum esse per Filium. Vide locum.

Joan. 8. v. 17. Abraham vidit diem meum

Hinc volunt Trinitarij colligere Jesum fuisse ante Abrahamum, sed falluntur. Ratio, quia non dicit hic quod Abraham Jesum ipsum viderit, sed quod viderit diem Jesu. Jam autem aliud est videre diem Jesu et aliud, videre ipsum Jesum. Poterat Abraham videre diem Christi, etiamsi Christus nondum esset, nam dies Christi nihil aliud est, quam tempus administrationis officij ipsius vide Luc. 17. 22. Matt. 11. v. 12. dicit tempus officij Joannis Baptistae dies ipsius.

Si vero quis quaerat, quomodo viderit Abraham diem Christi, hoc est tempus illud quo Christus in mundo officium suum peregit, cum longo tempore post Abrahamum hoc secutum sit. R. In Spiritu vidit quia Abraham Propheta erat Gen. 20. Prophetae autem erat futura videre. Inde dicebantur videntes 1 Sam. 9. v. 9. et eorum Prophetiae dicebantur visiones. Praeterea ex vi Hebraeae linguae haec verba ita verti possunt: Abraham si videret

xdisset, gavisus fuisset; Nam Hebraei uni cum Pre-
ritum cum habeant, coguntur eo uti pro omnium modo-
rum Preteritis, ut saepe pro subjunctivo Preterito etiam,
sine particula conditionali ponunt, quod etiam
Beza observavit in quibusdam locis N. T., quod
Graeci perinde faciunt cum Aoristis Indicativi ut
in hoc ipso cap. xo 4 τουτο Αβραΐμ τι. hoc Ab-
raham non fecit. Vid Rom 9 xo 3. Annot. Bezae

Joan 8 xo 58. Antequam Abraham fiat ei-
Hic tria sunt observanda et considerandum:
1 Haec verba in graeco textu ita verti possunt
et debent: Amen dico vobis: Antequam Abraham
nascatur ego sum. Vox enim graeca γενεσθαι, quae
est Aoristi temporis induit semper Scaoem eius tem-
poris cum quo jungitur, hic autem juncta est
verbis praesentis temporis, cum respectum in
futurum hoc necesse est, quod patet ex aliis
locis in quibus eadem vox γενεσθαι ab omnibus
Interpretibus ita conversa est. Vide Joa 13, 9. et 14
29
2 Vox Abraham duplicem habet Scaoem:
1 Scat hominem istum, qui eo nomine appellatus fuit

2do

2. Id quod eo nomine adumbratum fuit, de quo vide Gen 17 v 4. Rom 4 v 17. Gal 3 v 4.

3 Observandum quoque quod oratio hæc Christi (Amen Am. dico vobis, priusquam fiat ego sum) ellyptica est, patet ex eo quod Christus in eodem cap. bis hæc verba: Ego sum, ellypticè protulit, nempe v 24 inquiens: Si non creditis quod ego sum, moriemini in peccatis vestris. Item v 28 inquit: Tunc cognoscetis, quod ego sum, supplenda esse, nemo non videt, sic etiam hic: Antequam Abr. fiat ego sum, ellypticè ponuntur et supplenda sunt. Unde autem suppletio ista sit petenda, vidimus in initio Sermonis Christi; nempe v 12 ubi dicit: Ego sum Lux mundi. Inde petendam esse suppletionem hoc verbo patet ex eo quod cum Judæi v 25 Christum interrogarent et dicerent: Quis es tu? respondit: Principium qui et loquor vobis. Id quod ab initio dixi vobis. Ab initio autem dixerat se esse lucem mundi. Itaque addendum ubique in hoc cap. ad verba, Ego sum, scilicet Lux mundi.

Sensus verborum Christi est: Amen A. dico vobis Antequam Abra. fiat ego sum, scilicet Lux mundi.

Christus vo

Chrs volebat Judaeos monere, qui ipsi adversabantur, ut crederent se esse lucem mundi, se esse Messiam, priusquam gratia Dei ab illis ad gentes transferatur; Tunc enim reipsâ factus est Abraham Abraham ÷ Pater multarum gentium, ~~et tunc est impletum~~ antea erat tm Pr unius gentis, nempe iudaicae, sed cum ad gentes transferretur regnum Dei, fiebat Pr multarum gentium, et tunc est impletum, quod Deus ipsemet promiserat Gen 17 cum ipsi hoc nomen Abraham ÷ Pr multarum gentium imponeret, nam antea dictus erat Abram.

Et sic vidimus quod in his verbis Chri, vox Abraham, non personam, sed rem, quam pronomen illud denotat, scet.

Joan 10 v 18. Potestatem habeo 21.

Ex hoc loco conantur Trinitarij probare qd Chrs seipsum excitaverit à mortuis, et propterea sit ille Unus Deus, et sic argumentantur:

Quicunque seipsum excitavit à mortuis est unus ille Deus; At Chrs seipsum excitavit à mortuis. E. Chrs est ille unus Deus. R/

Major Syllogismi hujus seipsum destruit:

Nam unus

Nam Unus ille Deus nec mori, nec à mortuis excitari potest, aut si est mortuus et excitatus unus ille Deus esse non potest; Hoc est unum ex impossibilibus, seipsum ex mortuis excitare, quod nec ratio permittit, nec s. litteræ usquam affirmant. Hoc manifestam involvit contradictionem, cum dicit quod Christus, quod Christus seipsum ex mortuis excitavit: Nam in eo affirmatur Christum simul et mortuum et non mortuum fuisse, simul vivum et non vivum fuisse. Si Christus seipsum resuscitavit à mortuis, fecit aliquid; resurrectio enim est actio, Actio autem est vivere, et ita sequitur Christum non mortuum fuisse. Si autem Christus mortuus fuit, nihil facere potuit, atque nec seipsum excitare à mortuis potuit. Hic confugiunt ad commentitiam suam, distinctionem duarum naturarum, et dicunt: Secundum humanam mortuus fuit naturam, secundum Divinam non; sed hic nihil valet hoc effugium; Nam certum est Actiones et Passiones esse personarum non naturarum. Natura autem humana in Christo non est persona secundum Adversarios, alias duæ essent in Christo personæ et quatuor in Trinitate; Et sic humana natura mori non potuit, sed persona mortua est, Persona autem secundum Trinitarios est Secunda persona Trinitatis

Nota

Trinitatis, quae humanam naturam assumpsit. E. Christus etiam secundum Divinam naturam fuit mortuus, et sic seipsum ex mortuis excitare non potuit. Vide infra.

Doceant autem Adversarij aut naturam absque persona posse mori; aut personam mortuam esse concedant; illud docere non possunt; sequitur Christi personam mortuam fuisse, et si fuit mortua nihil agere potuit.

Sensus hor verbor: potestatem habeo ponendi et sumendi animam; est hic: quemadmodum mortem subiturus sum, non quia Judaei vos hoc cupitis et vultis, sed quia Deus vult, cui ego me obedientem praestabo; ita invitis vobis resurecturus sum et vitam accepturus Deo sic volente, a quo ego totus pendeo; Ideo addit statim: Hoc mandatum accepi a Patre. Haec Phrasis: potestatem habere, usurpatur etiam de alijs fidelibus ut Jo. 1 dicitur, quod illis qui credunt in filium potestas data sit fieri filios Dei, ideo quia certo filij Dei futuri sunt. Sic Christus, quia certo sciebat se resurecturum, dicebat se potestatem habere sumendi animam; nam Deus certo decreverat Christum velle excitare.

Ex hoc loco contra Adversarios

Quicunque potest vitam ponere, non est unus ille Deus,

Atqui

Atqui Chrs posuit vitam suam. Ergo 2.

Major est manifesta, nam hoc unum est ἀδιάτοις quod Deus posset vitam suam deponere. Ad minorem respondent Trinitarij per distinctionem duarum naturarum; sed hanc distinctionem falsam esse infra ostendemus.

Sed etiam si haec distinctio vera esset; tamen hoc hoc in loco nihil valeret, quod sic demonstro. T

1 Quicunque quocunque modo possit vitam ponere suam, is non est ille unus Deus; Atqui Chrs (Idem Trinitarios) posuit quodammodo vitam. E. Chrs non est unus ille Deus.

2 Si Chrs est mortuus, tunc illud suppositum, quod est Chrs, mortuum est; Atqui Chrs mortuus est. E. illud ipsum suppositum, quod est Chrs, mortuum est.

Hinc tale absurdum sequitur:

Si Chrs constat ex duabus naturis, Divina scilicet et humana (ut Adversarij statuunt) et est unum suppositum, seu una Persona; sequitur quod non solum humana natura, sed etiam Divina sit emortua; atqui verum prius. Ergo et posterius.

Joan 10 v 30 Ego et Pater unum sumus

Trinitarij volunt ex hoc loco colligere eandem esse Filij et Patris essentiam, sed frustra:

T quia

1. Quia ex ipso contextu liquet Christum hic
non de unitate essentiae sed
agere de unitate potentiae et voluntatis, qua oves
retinentur, et contra omnem vim defenduntur, idque pro-
bat Christus hoc modo: Quia Pater est omnium maxi-
mus et potentissimus, nec cuiquam in omnibus com-
parari potest; Jam hic qui est maximus et poten-
tissimus dedit oves Christo custodiendas; dedit etiam
potentiam eas defendendi; In utroque autem est volun-
tas oves retinendi; Igitur fieri non potest ut quisquam
eas rapiat ex manibus suis.

Quod autem Christus hanc vitam et potentiam
a Patre acceperit, testatur ipsemet, cum alibi tum Joan 17 v 2.

2 Hanc phrasim Unum esse, non unitatem essen-
tiae sanctae, sed unitatem voluntatis, videmus in eodem
Evan. Joan 17 ubi Christus Patrem rogat ut ita effici-
at suos discipulos Unum, sicut ipse et Pater Unum
sunt. Jam autem discipuli Christi nunquam fuerunt
essentia unum, nec ita rogavit Christus, sed ut sint
unum voluntate et consensu. Sunt etiam alia
exempla ut Act. 4 32 multitudinis credentium cor
erat unum et una anima. 1 Cor 3 v 8. Qui
plantat et qui rigat unum sunt. Gal 3 v 29
Vos estis Unum in Christo. 1 Jo 5 v 8. Aqua S. Sanguis unum esse dicuntur

Baltea-

Praeterea Erasmus Roterodamus, Calvinus Trigonus, Cyprianus fatentur hic de voluntatis unitate et potentiae Christum loqui.

Joan XV 38. Quia Pater in me est, et ego in Patre

Ex hoc loco volunt Trinitarij identitatem essentiae Filij et Patris elicere; verum si haec imaginatio locum haberet sequeretur etiam Apostolos et Pios quos vis eiusdem essentiae cum Deo Patre et Christo esse. Nam legimus 1 Joan 3 V 24 Qui servat mandata eius, scilicet Dei, in illo manet et ipse in eo. et 1 Joan 2 V 5 in ipso sumus. Joan 14 V 20 In illo die cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis, inquit Christus ad discipulos. Gal 3 V 29 Vos omnes unum estis in Christo Jesu.

In Deo esse scilicet mandata Dei observare et vicissim a Deo diligi, cum Deo communionem habere, ab eo juvari, defendi, consolari.

Ex praecedenti loco contra Adversarios

Qui ita est unum cum Deo Patre, ut nihilominus Pater sit major, is non est unum essentia cum Deo Patre; At Christus ita est unum cum Deo Patre ut nihilominus maior sit Pater. Ergo Christus non est unum essentia cum Patre.

Aliud.

Qui propter sanctificationem et missionem in mundum ab alio

ab alio Profectam est Dei Filius, ac porro Deus, is nō est unum Essentia cum Deo Pre; atqui Chrs Propter sanctificationē et missionē in mundum, ab alio, nempe Profectū a Pre, est Dei filius, ac Porro Deus. E. Chrs non est unum essentia cum Deo Pre.

Major hinc patet: Qui per Sanctificationem et missionē in mundū Deus efficitē, is essentiā diversam hēt ab illo qui eum sanctificavit et misit; Nam alius est is qui sanctificat, et mittit, ab illo, qui sanctificatē et mittitē.

Joan 12 v 41 Esaias quando vidit glo-

Ex hoc loco ita solent argumentarj:

Cuius gloriam vidit Esaias c. 6 v 19 lib. sui is est unus ille Deus; Atqui Esaias vidit gloriā Chri Joā 12 v E. Chrs est unus ille Deus.

R Ad minorē 1. Controvertitē adhuc inter Doctos an verba Joannis c. 12 v 41 de Chro an vero de Pre sint accipienda

2 Etiamsi de Chro accipi debeant; nō tn sequr ex eo Chrm esse illū unum Deū; Rao est; quia aliud est videre gloriā alicujus, aliud ittem videre aliquē. Joā 12 nō dr ab Esaia visū esse Chrm ipsū

sed

Sed gloriam ejus. Jam autem potuit Esaias vide-
re in spiritu gloriam Chri futuram, quam illi daturus
erat Pr, quia Esajas Propheta erat; Prophetae autem
multa dicunt se videre tanquam praesentia; quae tamen fu-
tura sunt. S. Scriptura aperte et expresse testatur
Chro post mortem revera datam esse gloriam Heb 2, 9.
1 Pet 1 ℣ 21.

Si quis objiciat hanc gloriam ab Esaja Dei glo-
riam vocari, apud Joannem autem Chri gloriam dici,
utrumque stare potest: Nam Deus Pr est Author istius
gloriae, quam Chri post resurrectionem conferentur est.
Petrus inquit 1 Epist 1 ℣ 21 Deus dedit Chro gloriam.
Quatenus igitur Deus dedit dr ipsius, quatenus Christus
accepit, dr ipsius gloria.

Deinde sciendum est, haec verba Evan. quan-
do vidit gloriam eius et locutus est De eo, non ad
Chrm sed ad Pam referri possunt: Ratio est: quia
in his verbis nulla fit mentio Christi, neque Pro-
nomen αὐτοῦ eius, et de eo ad Chrm refe-
re necesse est, sed potius ferendum est ad Prae-
cedentem vocem, Domine, quae his Pontem ℣ 38.
Ibi autem per vocem κυριοῦ nemo alius intelligitur quam
Deus

Deus Pr̃. Hoc patet ex eo quod Evan. sequentia verba: excoecavit et induravit refert ad vocem Κυριοῦ ut scaret istam excoecationem authore Deo factam esse. Hæc sententia confirmatur, eo quod, in quibusdam codicibus loco pronominis Relativi αὐτοῦ eius, positum est τοῦ θεοῦ. Vid: N. Test. Roberti Stephani in folio. Eadem lectio annotata est in margine codicis græci editi ab Eroscho Tiguri Anno 1559.

Notand. præterea hic apud Joannem c. 17 duos locos ex Esaia citari, prior ex c. 53, posterior ex c. 6. Vide explicationes Georgij Enyed super hunc locum

Joan 14 v 9. Philippe qui videt me &c.

Hæc verba trahunt Adversarij ad identitatem Christi et Patris comprobandam. Inquiunt enim: Si Pater tunc videtur, quando filius, sequitur eos esse idem et unum essentiam. Sed fallunt. Ratio est:

1 Quod vocabulum videre non uno modo accipitur in S. litteris; 1 pro sensu oculorum 2 pro mentis cogitatione. In Christi verbis accipitur vox videre in scatione posteriori, et idem est quod cognoscere. Hoc inde patet: quod Deus Pater oculis non videtur, sed mente cognoscitur.

2 In Pronomine me intelligit Chr̃s non corpus suũ, sed facta et opera sua, itẽ potentiã, sapientiã, sanctitatẽ, et reliquas qualitates divinas, quæ in Chr̃o erant et conspiciebantẽ.

3 Deus Pẽ quoad essentiã nobis est invisibilis, donec in hoc mortali corpore sumus, sed videtur ÷ cognoscitẽ à posteriori ut loquuntur in Scholis ÷ ex suis operibus, in ijs apparet et lucet sua sapientia, potentia, bonitas, sanctitas, iustitia. Jã verã in Christo erat et inhabitabat divina potentia, sapientia bonitas sanctitas, quæ omnia videbantẽ et conspiciebantẽ in ipsius doctrinã, moribus et operibus.

Joã 10 v 36 Nam Pẽ sanctificaverat ipsũ, et dederat spiritũ
Joã 3. v 34 sine mensurã. Sensus igr̃ verbor̃ est: qui videt me et Patrẽ mecũ videt ÷ qui ꝑpendit et animo considerat, doctrinæ pietatẽ, vitæ sanctitatẽ, et ꝑcipuè opera mea, quæ ego virtute Pr̃is facio, vel potius quæ Pr̃ ꝑ me efficit, ille cognoscet quis, qualis, et quãtus sit Pẽ. Ideo addit Chr̃s ibi statim: verba quæ ego vobis loquor, nõ à mei ipso loquor, Pẽ qui in me manet facit opus.

Notandũ

Notandum, quando dr Deus manere in Chro aut in alio aliquo, nō est ita crassē intelligendū, quemadmodum de homine dr, quod sit vel maneat in domo, sed accipiendū est de tali Psentia quæ cadit in Deum. Deus non potest essentialr esse, vel manere in aliquo, nam scriptura dicit, quod in coelis habitet; Est igr Deus in aliquo p Spiritū suū &c. Sed de hoc alibi infra pag

Ex hoc loco contra Adversarios:

Si Pater in Subjecto Filij vel in Psona cernitur oculis, quemadmodum Trinitarij volunt, sequr quod et Pr idem humanum corpus habeat, quod habuit Filius; atqui sdm ipsos, vr prius, igr et posterius, quod est omnium absurdissimum. Unius salis particula πᾶς πᾶν nō sumē dr

Joan 16 v 15. Oia, quæcūq hēt Pr, mea sunt

Ex hoc loco sic argumētantē Adversarij: Omnia quæ hēt Pr Chri sunt. E. Chri habuit essentiā quoq Pris. R negatē consequētia: Rao est: Nam hujusmodi dicta nō sunt ita Universaliter accipienda, ut nihil excipiatē. Dato quod

[illegible]

Vox Omnia vel Omnis semper ad subjectam materiam est restringenda. Christus dicit Joan. 17 v. 10 Et mea omnia tua sunt Patri. Jam quis est ita stupidus qui non videat quod Christus quaedam habuit, quae Pater non habuit, nempe: Corpus humanum et omnes proprietates hominis. Ita vicissim habet multa quae Filius non habebat, nempe, quod Pater, et quod Filium habet, quod a seipso est, quod Pennus fons et Author est omnium, Haec nemo alius habet praeter Patrem.

Similis ratio est Luc. 15 31. ubi senex ille ad filium suum grandiorem ait: omnia mea tua sunt. Hic Pater multa habebat, quae filius non habuit; Habebat plures annos, item Prerogativam dignitatis, et jus majus in bona sua, quam filius; Attamen dicit: Omnia mea tua sunt.

Nota hac locutione scatere summus consensus et summa conjunctio et communio bonorum; Christus loquitur hic de iis omnibus, quae ad regnum suum pertinent, et quae S. Sanctus revelaturus erat Apostolis.

Joan XVI v. 28. Exivi a Patre, et veni

Trinitarii dicunt per exivi a Patre scaturi Christum natum ex essentia Patris, per venire in mundum eius nativitatem denotari; sed utrumque falsum est: Primum

Primum inde patet, quod ille ipse exivit à Pre, qui etiam ad Prem ivit; atqui is ivit ad Prem, qui pati et mori potuit. Nam per passionem et mortem ivit Christus ad Prem. Jam autem ille qui passus et mortuus erat non est natus ex essentia Patris, sed in plenitudine temporis natus est ex muliere Gal 4 v 4. Sequitur igitur quod exire à Pre non sit aeternam generationem ex essentia Patris. Deinde Trinitarii ipsimet dicunt, quod generatio illa aeterna, sit continua, nunquam cessat, nunquam cessatura sit. Exitus autem Christi à Pre cessaverat. Hoc inde patet, quia dicit se redire ad Prem; sequitur ergo per hunc exitum non scari aeternam illam generationem. Vide sub pag.

Porro generatio illa aeterna de qua Trinitarii somniant et ideo Exitus dici non potest, quia ista generatio ut Adversarii dicunt, in et cum perpetuo Pre est, neque quoquam exivit; Exitus autem est recessio quaedam et loci mutatio.

Notand: Quid autem sit à Deo exire docent S. Lrae Joan 17 4. inquit Christus: Et cognoverunt verè quia à te exivi, et crediderunt quia tu me sisti: Hic videmus quod haec duo; Exire à Deo, et mitti a Deo, et qui pollent

aequipollent; Ille exit à Deo, qui à Deo mittitur
ut aliquid ipsius nomine et authoritate faciat.
Quando Rex mittit aliquem iubet eum exire; et ille
qui mittitur, dicitur exire à Rege ut 2 Sam 24 v 4
David iubet Joabum numerare populum, de Joabo
dicitur quod exivit à conspectu Regis ut hoc faceret.
Quemadmodum mitti in mundum sciat mandatum accipere
ob ejusmodi munus suum, ad quod destinatus est, qui
missus est; ita exire sciat, quod mandatum est, perficere
Jam cum de Christo dicitur quod exivit à Deo, accipi
debet ita, ut jam expositum est, nimirum quia munus
suum obivit, et egressus est nomine et authoritate
Patris, quod ipsi demandatum erat. Et sic idem sunt
haec duo: missum esse à Deo, et exire à Deo.

Quod jam alterum concernit, nempe, venire in
mundum non sciat nasci in mundum, sed missioni
et mandato obtemperare, et ea quae iussa sunt
exequi, vel publice in mundo munus, ad quod
quis destinatus est, à Deo, obire et exequi.

Joan 17 v 5. Claritatem quam habui apud te
Ex hoc loco volunt Trinitarii probare Christum
ante mundi

ante mundi constitutionē reipsa extitisse, quia
dr̄ q̄d gloriam tunc habuerit apud Prem, et sic
consequenter eum esse unum illum Deum.

R. Etiamsi daretē Chrm̄ ante mundi constitutio-
nē reipsa extitisse, numquid propterea erit unus
ille Deus? certe Ariani fatebantur Chrm̄ ante oēs
alias creaturas fuisse, ut vote p̄ quē Deus hūc mū-
dū visibilē creaverit; nec tn̄ considerabāt eum
esse unū illū Deū. Deinde hic non dr̄ q̄d
Chrs̄ ante mundū fuerit vel extiterit, sed dr̄ eū
habuisse gloriā apud Bem ante mundū. Jā
autē dupl̄r dr̄ aliquis quippiā hēre, vel Actu
vel potentia; aut ut Theologi loquuntur: vel
p̄destinatōe, vel reipsa Joan 3 v 16. c. 5 v 24
dicuntr̄ credentes in Chrm̄ hēre vtā æternā. 2 Cor 5 v 1
dr̄ quod habeant domicilium in coelis. Heb 10 v 24
dr̄ eos hēre Substiam in coelis quæ p̄manet.

Quomodo hēnt credentes vitam æternā? quo-
modo hēnt domicilium in coelis? quomodo habeant
substiam suā in coelis, cum adhuc in terris vpsen-
tur, et corpora corruptibilia, morti obnoxia habeāt?

certè non Actu, nec reipsa, sed tm̄ potentia ut Lo-
gici loquuntur; aut ut Theologi loquuntur tm̄ in spe et
in Predestinatione hent ista adhuc, quia hæc omnia certò
credentibus à Deo sunt destinata, predestinata et promissa.

Notandum, id quod à Deo certò decretum est, ut
olim fiat quamvis adhuc futurum sit, tm̄ in S. lris ita effec-
tum ac si jam Presens vel Preteritum sit propter certitudinem.
Ita etiam in hoc loco Joan. 17 v. 5 ubi Chrs petit se
clarificari à Pre eâ claritate quam habuit apud Pa-
trem ante mundum, non loquitur de gloria quam reipsa et
Actu ante mundum habuit; sed de illa, quæ ipsi iam
hi, ante mundum destinata et à Deo decreta et
predestinata erat: hoc inde patet

1 Quod Chrs dicit se illam gloriam quam petit
habuisse non in se, neque apud semetipsum, sed apud
Prem; quod autem apud alium est, et ab eo petitur, id
nemo reipsa et Actu habere dr; nam qui reipsa a-
liquid hent, id possidet, et non petet ab alio.

2 Si una et eadem est gloria illa quam Chrs ha-
buit ante mundum apud Prem cum ea, quam petijt à
Pre et etiam consequutus est, sequitur quod Chrs alio mo-
do eam gloriam habuerit ante mundum, alio item

F Antecedens sic probo: Si Chrs eandem gloriam est consecutus quam rogaret à
Patre, sequitur quod illa gloria quam ante habuit sit eadem cum hac quam modo
est consecutus, Atqui verum prius. Consequens

modo eam nunc habeat; atqui ver. prius E. et posterius.

Consequens Syllogismi sic probo prius:

Quicunque ab alio qui propriam petit et etiam consequitur, quod antea apud eundem habuisse dicitur, ille non potest id uno et eodem modo habere; Atqui Christus petiit a Patre eam gloriam, et etiam consequutus est eam, quam ante mundum apud Patrem dicitur habuisse. E. Christus non potuit eam gloriam ante mundum eo modo habere, quo nunc eam habet. Item.

Si Christus eam gloriam ante mundum habuit, quam per resurrectionem et exaltationem est consecutus, sequitur quod tunc etiam eo modo eam habuit, quomodo tunc cum fuit exaltatus, et exaltatus; atqui Christus ante mundum reipsa non fuit exaltatus et exaltatus. E. nec potuit eam gloriam tunc reipsa habere.

Nota. Deus irrevocabili decreto elegerat ante mundum Jesum Nazarenum et non alium in Messiam et Regem populi sui, ut is nobis revelaret vitam aeternam, et summum illud bonum, et viam id consequendi ostenderet, nosque tandem ad summam felicitatem perduceret, ut autem hoc efficere posset destinarat illi Deus daturum divinam potestatem, et gloriam, ad quam

gloriam nomisti

nonnisi per passionem et mortem venire posset ut Christus ipse Luc 24 v 26 testatur. Hæc summatim indicat Petrus 1 Pet 1 v 21. Eph 1

Joan XXXX 28 Thomas dixit: Dnus meus

Quia Thomas Aplus appellat Christum in his verbis Deum suum putant Adversarij hinc concludi posse Christum esse illum unum Deum; sed falluntur. Ratio est:

Quia vocabulum Dei non uno modo accipitur in Scriptura. Tuni illi Deo summo rerum Authori et conditori tribuitur singulariter per excellentiam, quia est a seipso Deus et omnimodo altissimus, et tunc ponitur in N. T. loco subjecti sive cum articulo, sive sine articulo, et si predicati locum obtinet, habet articulum sim[illegible] 2 vox DEUS tribuitur etiam alijs qui non sunt Unus ille Deus. Nam sua natura vox Deus appellativum est et tribuitur multis. vide sup. pag.

Si jam Christus dicitur alicubi Deus, non sequitur statim eum esse illum unum Deum. Si enim Judices Principes, Reges terræ dicuntur Dij propter authoritatem quam a Deo habent super alios, multo magis dicendus est Christus Deus, et Deus noster propter divinam authoritatem et potestatem quam habet a Deo Patre super omnia et in omnes.

Quod autem

Quod autē vox Deus hoc loco in 2 scāe accipi debeat, inde patet, quod nō absolutē nec simplē hic posita est vox Deus, quamvis articulū habeat, sed addē pronomē plēs, cujus additio infringit vim articuli vid sup.

3. Quod Thomas ex comp̄ta resurrectione Christi colligit eum esse Deum, non quemadmodum unum illum Deū, qui est Pr, sed suum Deum, et ideo addit: Deus meus. Resurrectio non cadit ullo modo in eū qui est à seipso et unus ille Deus.

Nota Hoc est unum ex Christianæ religionis fundamentis, quod sub novo pedere non tantū unū illū Deum qui est Pr, divino cultu et honore afficere debemus, sed et Jesum Chrm exaltatū ad dextrā Pris, cui Pr dedit nomē supra omne nomē ut in nomine ejus flectatē omne genu eor qui sunt in coelis, in terra et sub terra Phil 2 v 9.

Ipsemet Chrs inquit Joan 14. Creditis in Deum et in me credite. Joan 5. Pr dedit Filio omne iudiciū. Item, qui non honorat Filiū, neq Prem honorat. Credimus itaq in unū illū Deum, nempe Prem, eum adoramus, invocamus, divino honore colimus tanq

colimus, tanquam Summum Authorem omnium rerum et
primum fontem Salutis nostrae, veluti altissimum, qui a se
ipso Deus est.

In Christum credimus, eum adoramus, invocamus,
divino honore colimus, tanquam eum, quem Pater sanctifica-
vit, misit et exaltavit, collocavit ad dextram suam in
coelis supra omnem potestatem, virtutem Eph. 1. tanquam
eum cui Pater dedit omne judicium Joan 5. quem constituit
Haeredem omnium Heb. 1. Ordinavit judicem vivorum
et mortuorum Act 10 vers 42. 17 vers 31. Quem fecit Deus
Dominum et Christum Act 2. Hinc nova illa cantio, quae et
sedenti in throno et agno tribuitur ab omni creatura
Apoc 5 vers 13. 7 vers 10.

Ex hoc loco contra Adversarios.

De quocunque Thomas dixit: Deus meus etc. in eius
manibus sunt conspecta vulnera; atqui in manibus
unius illius Dei non sunt conspecta vulnera. Ergo
is de quo Thomas dixit Deus meus etc. non est u-
nus ille Deus. Aliud.

In cujus manibus signa clavorum sunt conspecta non est
natura Deus, sed per gratiam; Atqui in manibus Christi
sunt signa clavorum conspecta. E. Christus non est natura
Deus, sed per gratiam.

Nota Christus est ea ratione Deus quae cadere
Deus

possunt in eum qui vulnerari et pati potuit.

Act 5 v 3. Petrus dixit: Anania quare?

Ex his verbis volunt Adversarij duo probare: Nota

secundo quod S. Sanctus sit unus ille Deus, primo quod S. Sanctus hic expresse Deus appellatur, sed utrumque falsum est.

Quod ad primum, sciendum quemadmodum nec alibi usquam in S. Scriptura S. Sanctus expresse Deus appellatur, ita etiam in hoc loco expresse Deus non dicitur. Hoc inde manifestum est, quod Adversarij ad hoc comprobandum collectione utuntur. Nam si S. S. expresse alicubi appellatur Deus, non opus est syllogismo vel collectione, sed oportet talem locum adducere in quo diceretur: S. Sanctus est Deus, quemadmodum de Christo legitur: Sermo erat Deus.

Nota. Etiamsi constaret S. Sanctum appellari Deum, tamen non sequeretur statim eum esse unum illum Deum, nisi hoc etiam expresse extaret in Scriptura: S. Sanctus est solus verus Deus. Nam magnum est discrimen inter has locutiones: Est Deus, et est unus ille Deus, Est solus verus Deus. Hoc de solo Patre dicitur Joan 17 v 3. 1 Cor 8 v 6. Illud autem dicitur etiam de alijs, qui non sunt, nec possunt esse unus ille Deus.

Quod alterum

Quod alterum concernit: Adversarij ex hoc loco
sic argumentari solent: Is cui Ananias mentitus
est, est Unus ille Deus; at is cui mentitus est A-
nanias est S. Sanctus. E. S. Sanctus est unus ille Deus
R. T. verba in graeco textu alter sonant, quam hic pro-
ferunt, nempe sic: Quare tentavit Satanas cor
tuum mentiri S. Sanctum? Si verba ita convertuntur,
ut verbi debent, alium sensum probent, et sic totum
argumentum Adversariorum concidet.

Nota S. S. mentiri dicitur is, qui se profert et simu-
lat se habere S. Sanctum; vel quod idem est, qui
simulat se esse verum Christianum, cum tamen Hypo-
crita sit. Deinde 2 etiamsi verba ita sona-
rent ut in argumento proponuntur, nempe in tertio
casu (Ananias mentitus est Deo, Ananias mentitus est
spiritui S. E. S. S. est Deus) tamen hinc non sequeretur S. Sa-
ctum esse Deum, sed hoc tantum: Ananiam mentitum fuisse tum
Deo, tum S. Sancto, non autem ullo modo id, quod Ad-
versarij volunt, quod ex simili collectione facile
videre est. 1 Sam 8 dicitur quod Israelitae rejecerunt
Samuelem, dicitur etiam quod rejecerunt Deum; Ita sic colligo:
Israelitae rejecerunt Deum. Israelitae rejecerunt Samu-
elem; Hinc jam non sequitur, Samuelem esse Deum; sed
hoc sequitur, quod Israelitae tum Deum, tum Samuele
rejecerunt

rejecerunt; Quomodo autē Israelitæ et Samuelem et Deum rejecerunt hoc loco explicandum est; nempe Deū mediatē, Samuelē immediatē, qui ipsis à Deo datus et præpositus erat, et qui personā Dei inter ipsos sustinebat: Ita etiam hic investigandū est, quomodo Ananias utrique mentitus sit. Mentitus est Apostolis S. Sancto quatenus Apostolis mentitus est, in quibus S. Sanctus erat; Nā ille mentitē S. Sancto qui mentitū hominibus S. Sancto perditis et repletis. Mentitus est etiam Deo, quatenus S. Sanctus qui in Apostolis erat Dei Spiritus erat; Nā dum Ananias istam fraudem et mendacium in animo concipit, non hominibus, qui erant Apostoli, solis imposuit, sed ipsi Deo, qui tunc in Apostolis erat per S. Sanctū; quemadmodum dicimus illū spernere non homines, sed Deū, qui spernit hoēs divino Spiritu perditos. Item, ut dicimus illū rejicere non hoēs sed Deum, qui rejicit Legatos Dei quemadmodū Apostolus 1 Thess. 4, 8 &c. nobis hæc explicat inquiens: qui rejicit, (scilicet Dei voluntatē, quam nos prædicamus) non nos hoēs rejicit, sed Deū qui dedit S. Sanctū in nos.

Act 3 v 15 Authorē vitæ interfecit. inquit Petrus:
Adversarij hinc ita argumentantur:
Unus ille

Unus ille Deus est causa seu Author vitæ. Ps. 36 v. 10
Act 17 v. 25. At Chrs dr hic Author vitæ. E Chrs est unus
ille Deus. R. In græco textu leguntur verba ἀρχη-
γον τῆς ζωῆς ÷ Ducem vitæ. Jam vero notum est
Ducem vitam esse duplicem: Unam hanc præsentem seu
temporalem; Alteram futuram seu æternam. Chrs
est Dux non hujus præsentis, sed futuræ et æternæ
vitæ. Nam ipse primus hanc nobis revelavit et
promisit nomine Patris sui poenitentibus; promissionem
hanc obsignavit miraculis, morte et sanguine
suo, ipse præscripsit et ostendit nobis viam eo per-
veniendi, non tantum verbis et præceptis suis, sed etiam exem-
plo suo præivit nobis, ipse habet etiam nunc pote-
statem nos eo perducendi. Heb 2 v. 10 dr Chrs expres-
se Salutis filiorum Dei.

Act 20 v. 28. Ecclam Dei quam acquisivit

Hinc quoque Trinitarii colligere volunt Chrm
esse Unum illum Deum, eo quod vocetur Deus. R.
Ut iam sæpe dictum est non sequi statim Chrm
esse unum illum Deum quod in S. scriptura Deus
appellatur. Vid sup. pag.
Deinde hoc in loco voce Dei non Chrs sed Deus
Pr intelligitur. Si dicat aliquis: Deus Pr non habet
sanguinem, iste autem Deus de quo hic est sermo
habet sanguinem, quia dr redemisse Ecclam suam
sanguine

Sanguine proprio. Et hic non intelligitur Deus Pater. R.
Notum est graecos carere Ablativo casu; utuntur enim
eius loco Genitivo
2 Hoc quoque manifestum est graecos saepe ellyptica ora-
tione uti.
3 Et hoc in usu habent quod Substantivum vos ÷
filius saepe omittere solent, posito tamen Dei aut gen-
tis nomine in Genitivo casu. Exempla ubique sub obvia
et Luc 3 in Genealogia Christi.
Possunt igitur haec verba ita transferri: Ecclesiam quam
redemit sanguine sui, scilicet Filii. Sed notandum
quod hic Sanguis Christi figurato loquendi modo
Sanguis Dei appellari potest, quia iste Sanguis to-
tus singulari ratione Dei fuit, quemadmodum Christus
Agnus Dei appellatur; sic etiam Sanguis istius Agni
Sanguis Dei appellari potest; ut Exempla Zacha 2 vers 8.
qui populum Dei tangit, dicitur pupillam oculi Dei tangere.
Nota: vox graeca ἴδιος ÷ proprie plerumque
in S. Scriptura nihil aliud sonat quam pronomen pos-
sessivum Suum. 1 Cor 6 v 18 qui scortatur in proprium
corpus peccat ÷ in Suum.
Act 28 v 25. S. Sanctus locutus per Esa-
iam dicens: vade ad populum istum, et dic: auribus
Hinc volunt Trinitarii S. Sanctum esse Unum illum Deum
et sic col

et sic colligunt: Es 6 ℣ 9 dr quod Deus exercitu-
um sit ille, qui hæc verba dixit: vade et dic: audite audi ...
E. S.S. est Deus exercituum.

℟ T Negatur consequentia, quia hinc non hoc sequitur
quod S.S. est Deus exercituum; sed hoc quod hæc verba:
Aure audietis et dixerit uterque, tum Deus exercitu-
um tum S.S. vid sup. pag.

Præterea, si hæc phrasis usitata est in scriptu-
ra: Os Dei locutum est, dextera Dei fecit virtutem;
sic etiam Spiritus Dei, vel S.S. dixit. Jam quemadmodum
os vel dextera non est aliquid distinctum à Deo,
ita etiam S.S. non est quiddam distinctum à Deo, sed
virtus Dei, quæ in Deo semper fuit et est naturaliter
vide sup.

Rom 1 ℣ 3 Jesus Christus factus est ex semine

Ex hoc loco volunt Adversarii probare du-
as in Christo esse naturas divinam scilicet et humanam;
Et ideo dicunt quod Christus sit unus ille Deus et si-
mul etiam verus homo, quod unus ille sit incar-
natus, quod sit sermo factus. Quid de natura Christi
secundum S scripturam sit sentiendum vid sup.
Item cur Christus sit et dicatur filius Dei vid sup pag

Hic autem duo sunt notanda, et diligenter
observanda contra Adversarios: T quod in

1 Quod in uno Supposito, vel in una Persona qualis est Christus non possunt esse duæ naturæ, et quidem tales, quarum quælibet Personam constituit.

2 Quod unus ille Deus nulla ratione homo fieri aut nasci, aut incarnari potest potuit

De Primo hæc teneantur fundamenta:

Una Persona unam tantum habet naturam. Item una Substantia individua unam tantum habet naturam. Nullum suppositum potest habere duas naturas. Duæ diversæ substantiæ de uno et eodem Subjecto absolutè prædicari, et hac ratione simul esse non possunt; Alioquin sequitur quod una eademque res diversas suipsius Essentias seu Formas Essentiales habere possunt, quod implicat Contradictionem: Nam tot res diversas necesse est esse, quot sunt diversæ formæ Essentiales; Ex forma enim essentiali diversa diversa etiam res necessariò constituitur; Nam rem diversam esse, nihil aliud est, quam diversam formam Essentialem habere. Jam natura Divina et natura humana sunt diversæ formæ Essentiales. E. de uno et eodem Subjecto absolutè prædicari, et hac ratione simul esse non possunt. Vid infra

Hoc argumentum etiam sic formari potest:

Duæ naturæ, quarum qualibet personam constituit non possunt esse in uno supposito &c. Major hujus syllogismi est manifesta: Minor probatur.

Quod attinet divinam naturam de ea non est controversia apud Trinitarios, quia ipsimet dicunt Nostrorum esse personam, et quidem 2dam personam in Trinitate. Humanam autem naturam in Christo quoque esse personam probatur sic: Qui concipitur in utero et nascitur ex muliere, insuper patitur, moritur, est persona, et quidem diversa ab ea quæ concipi nasci, pati, mori non potest. Major syllogismi hujus probatur inde: quod quando quis concipitur, nascitur, tum non natura, sed persona ipsius, quæ antea non erat concipitur, nascitur et prodit; quemadmodum e contra, quando quis moritur, tunc definit esse persona non autem natura humana, quæ communis est omnibus hominibus.

Suppositum est nasci et mori.

Hinc tale absurdum contra Adversarios:

Si Deus et homo sunt unum suppositum, ut Adversarii volunt et statuunt, sequitur quod Deus, eodem modo sit natus et mortuus; At qui verum prius secundum Adversarios. Et et posterius. vide hac de re plura, ubi hoc commentum Adversariorum de duabus naturis evertitur infra.

Alterum

quemadmodum est natus et mortuus

Alterum ita demonstratur: nempe quod Unus ille Deus nulla ratione fieri hominem, et nasci potuerit

1 Quia id Deus nusquam revelavit; si Deus homo factus fuisset, id ad minimum bis aut semel expresse in Scriptura dictum fuisset, cum alias ea, quae capta nostrum superant, et ad salutem necessaria sunt expresse contestata sunt in Scriptura. Amos 3,7. Es 44.7.

2 Quod nulla sit in Deo mutatio nec umbra mutationis Num 23 v 19. Jacob 1 v 17. Malach 3,6. Jam si Deus natus vel factus esset homo, fuisset omnium maxima mutatio; Nam Deus hac ratione desiisset esse Deus, et factus fuisset id quod non erat. Creator factus fuisset creatura, ex immortali factus fuisset mortalis, ex invisibili factus fuisset visibilis, et sic S. Sacra stare non posset, quae dicit Deum esse immutabilem, immortalem, invisibilem 1 Tim 1,17. Item c 6 v 16 1 Joan 1, 18. Hoc est unum ex impossibilibus, et quidem primum, ut Deus desinat esse, quod est, et fiat quod non est.

Adversarij dicunt quod haec phrasis secundum carnem idem sit, quod secundum humanam naturam; secundum spiritum, idem sit, quod secundum divinam naturam; Cum autem utrumque de Christo dicatur, sequitur omnino, quod duae naturae sint in Christo. R falsa utuntur interpretatione

suis loci

hujus loci. Hoc patet ex eo, quod hæ phrases etiam de alijs dicantur. De Ismaele dicitur Gal 4 v 23 quod natus sit secundum carnem. De Isaaco vero quod natus sit secundum Spiritum v 29. Quis non videt quod iuxta interpretationem Adversariorum Isach divinam naturam habebit, quod est absurdum

2 Hic notandum 1 quod Apostolus hoc loco Rom 1 v 2 non describit modum nativitatis Christi, sed quas ad Dei Filium constituendum requiruntur; nempe, quod sit ex Semine Davidis natus, et quod sit potenter Filius Dei constitutus per Spiritum Sanctificationis, et resurrectionem ex mortuis. His duobus vult probare Apostolus Jesum Nazarenum esse eum, quia in ipso utrumque invenitur et compertum est. Modus nativitatis Christi describitur alibi; Nam Jesus Nazarenus est quoad carnem, ortus et productus ex Semine David. Revera autem et potenter est filius Dei constitutus secundum Spiritum Sanctificationis, per resurrectionem ex mortuis.

1 2 Notandum: si secundum carnem nasci idem est, quod habere humanam naturam, hujus oppositum, secundum Spiritum nasci, idem erit quod habere divinam naturam; Atqui posteris falsum

Igitur et pris

igr̃ et Prius. Hæc Phrasis sdm carnẽ, quando ad natiuitatẽ refertz, scãt natiuitatẽ talem, quæ omnibus est nota, quâ hõo in lucẽ ex utero Matris editz et prodit. Paulus A. dicit se sdm carnem esse Judæum Rom 9 & 3

3 Notandz. quod Dominus Jesus etiam ante resurrectionem fuerit Filius Dei. vid sup. pag

Sed quia eo tempore adhuc mortalis erat, ob quod multi adhuc dubitare poterant, an ipse sit Messias et Filius Dei; Postquã autẽ mortẽ vicit, et ex mortuis resurrexit, cessarunt causæ dubitandi; nam potenter apparebat ipsũ revera esse Filium Dei illum, præsertim cum palam fieret ipsũ ad dextram Dei in coelis collocatũ esse et Dominũ omnium esse constitutũ.

Ex hoc loco contra Adversarios:

Quicunqz ortus primũ ex Semine David, et postea per Spẽm Sanctificaõis et resurrectionẽ ex mortuis declaratus est Filius Dei, is nõ potest esse unus ille Deus; Atqui hõo J. Chrs primũ ortus est ex Semine David et postea per S. Sanctificaõis ex resurrectione à mortuis declaratz est Filius Dei. E. J. C. unus ille Deus esse nõ p

majorē huius probo: Quicunq declaratus est Filius Dei ex resurrectione à mortuis sdm S. Sanctificationis, necesse est eum antea fuisse vel extitisse, quàm hoc fieret; Atqui Chrs est declaratus 2. E. Chrs fuit antea. Vel sic:

Quicunq per resurrectionē à mortuis sdm S. Sanctificationis declaratus est Filius Dei, necesse est eum antea talem fuisse, qui declarari et à mortuis resurgere potuit; Atqui Chrs 2. E. Chrs fuit talis qui declarari potuit. Aliud.

Is tm declarari potuit in Filium Dei, per resurrectionē sdm S. Sanctificationis, qui natus est ex Semine David; Atqui λογος sdm Trinitarios declarari per resurrectionē sdm S. Sanctificationis in Filium Dei nō potuit. E. λογος ex Semine Da. nō natus est.

Ittem:

Is tm est Filius Dei qui natus est ex Semine David et declaratus est per resurrectionē à mortuis et S. Sanctificationis in Filium Dei; Atqui λογος aeternus sdm Trinitarios nō est natus ex Semine David, nec declarari potuit in Filium Dei per resurrectionē à mortuis. E. λογος nō est Dei Filius. Vide infra

Aliud

Aliud: Is tm natus est ex Semine David, qui p resurrectionē declarari et sanctificari potuit; At qui λογος nō est natus ex Semine David. E. nec potuit declarari in Filiū Dei.

Rom 9 v 5 Ex quibus ē Ch. sdm carnem.

Trinitarij dicunt Chrm hic vocari Deū benedictum sup omnia, ideo ipsū esse unū illū D.

Sed sciendum ī quod hic locus anceps est, et nō minus de Pre, quā de Christo accipi potest. Vid annot. Erasmi in N. T. sup hūc locū.

2 Etiamsi hic Chrs dicatē Deus inde tn nō sequr eum esse unum illū Deum. Vid sup. p. 31.

Si autem quis hic obijciat Chrm non simplr Deum dici, sed Deum Benedictū sup omnia.

R Fatemur et nos Chrm esse Deum, ut supra dictū est Pag 29. Imo est Deus Benedictus, et sup omnia, quæ ipsi sunt subjecta. Nam scriptura sic loqr, quod Pr ei dedit Potestatem supra omnem carnē Joā 17 v 2. Quod Deus Pr ei omnia subjecerit, excepto eo tm qui omnia subjecit ei 1 Cor 15 v 27. Quod Pr ei dederit omne judiciū Joā 5 22.

Collocatus est

collocatus est supra omnem Principatum et Potestatem et Virtutem et dominationem, et omne nomen Eph. 1 v 21. Deus donavit illi nomen quod est supra omne nomen, ut in nomine Jesu flectatur omne genu &c., quia sunt in coelis in terra et sub terra. Phil 2 v 9. 10.

Contra Adversarios ex hoc loco.

Christus est Deus super omnia ut filius carne sic ex Patribus Judaeorum oriundus. E. Christus non naturâ sed gratiâ hanc dominationem supra omnia. Minor est Pauli Apostoli. Consequens probatur: quia is qui ex Patribus Judaeorum secundum carnem oriundus est Persona humana sic necesse est, quia est Substantia individua intelligens, quatenus est homo, qui autem est Persona humana, quomodo una Deus esse potest? nisi duas Personas in unum conjicere velis.

Contra Adversarios.

Quicunque est Deus Benedictus super omnia et ex Patribus originem duxit, is non est unus ille Deus; Atqui Christus est Deus Benedictus, qui ex Patribus originem duxit. E. non est unus ille Deus.

Rom XI v 36 quoniam ex ipso et per ipsum, et in ipso sunt omnia. v

Adversus

Adversarij dicunt hiis tribus clausulis Trinitatem scari: Per primam Patrem, per secundam Filium, per tertiam S.S. Sed etiam ex Trinitarijs quidam negant hic de Trinitate esse Sermonem, sed de solo Patre, id docet etiam consensus Scripturae, has loquendi formulas Deo Patri competere, ac de illo dici solere. DE Primo, nempe, ex QUO habemus testimonium 1 Cor 8 v 6 Nobis unus est Deus, nempe Pater ex quo omnia. De secundo, nempe Per ipsum Heb 2 v 10 decebat enim eum propter quem omnia et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, Auctorem Salutis eorum per passionem consummare. De tertio, nempe in ipso vel in ipsum 1 Cor 8 v 6. In ipso Act 17 v 8 in ipso sumus.

Notandum hac phrasi scari Deum sibi ad omnia sufficientem esse, nec ullius opere et auxilio in ulla re perficienda indigere. Ipse enim ex quo est fons et origo et Author omnium praesertim quae ad Salutem nostram pertinent. Ipse etiam est per quem est qui nullis instrumentis ad aliquid perficiendum opus habet, sed virtute sua omnia efficere potest, quando instrumentis utitur non facit hoc ideo quin aliter facere non posset, sed quia aliter facere non vult, et ut ita faciat hominibus consultum fore propicit.

Denique

Denique ipse est in quo seu in quem, scilicet ipse Deus Pater est principium et finis omnium.

2 Alio sensu dicitur de Patre per quem, quam de Christo. De Christo dicitur, quod alius per eum omnia fecerit; At de Patre id nunquam dicitur, nec legitur; Dicitur de Patre per quem, quia non tantum est prima causa omnium, sed etiam causa mediatur causatur.

Rom 14 v 10. Omnes stabimus ad tribunal Christi: Scriptum est enim: vivo ego dicit Dominus, mihi flectetur omne genu.

Trinitarii hinc sic argumentantur: Es. 45 v 23 dicitur quod Deo Israelis flectetur omne genu. E. Christus est ille Israelis Deus.

R. Ex hac collectione non hoc sequitur quod Christus sit ille Deus Israelis, sed hoc quod utrique, tum Deo Israelis, tum Christo omne genu flectendum sit. Quomodo autem hoc fiat explicandum est: Deo Israelis, tanquam primario et praecipuo. Christo vero, tanquam illi qui a Deo ordinatus est et constitutus Judex omnium, et cui Deus dedit nomen supra omne nomen ut ipsi flectatur omne genu Phil 2. Deus enim iudicabit

orbem

orbem terrae non immediate sed per Jesum Christum, ut expresse testatur Paulus Act 17. Hunc Jesum quem excitavit ex mortuis, constituit Deus Judicem vivorum et mortuorum inquit Petrus Act 10 v 42. Hinc dicitur Christi Tribunal Dei Tribunal esse, et qui Christo genua flectit, dicitur genua Deo flectere.

Necessarium enim est, si Christus in orbem terrarum iudicando Dei personam sustinebit, ut ejus tribunal, ipsius tribunal sit, et qui ipsi Christo genua flectit, ipsi Deo genua flectat.

Notandum: in V.T. dicuntur quaedam de Deo Patre, quae in N.T. Christo applicantur et de eo dicuntur, nimirum ea quae Deus per Christum suo tempore efficere decreverat.

1 Cor 1 v 2 Qui invocant nomen Domini N. J. C.

Hinc ita argumentantur Adversarii:

Cultus Invocationis competit et tribuitur uni illi Deo; Atqui Christo etiam competit et tribuitur. E. Christus est unus ille Deus. R. Cultus invocationis alio modo competit et tribuitur uni illi Deo, alio item modo Christo. Uni illi Deo tanquam Summo et Soli altissimo qui a seipso est, omnia habet, et primus author est salutis nostrae; Christo autem tanquam Filio Dei unigenito

Unigenito, à Patre exaltato, et Regi nostro coelesti,
Matt 28 18 cui Pater dedit omnem Potestatem in coelo et in terra
Item Potestatem super omnem carnem Joan 17 v 2.
Omne iudicium Joan 5 v 27. Constituit eum Haere-
dem omnium Heb 1 v 2 vel ut Apostolus loquitur 1 Cor 8 v 6
Deo Patri tribuitur honor et cultus tanquam ei ex quo
omnia, Christo autem tanquam ei per quem omnia.

Notandum 1 Ante adventum Christi et eius ex-
altationem Soli Deo Patri comprehendebat cultus invocationis
et adorationis divinae; illo tempore dictum erat:
Dominum Deum tuum adorabis et illi Soli servies Deut 6
v 13. Nunc autem postquam Filium suum ex mortu-
is excitavit et collocavit eum à dextris in coelis
Eph 1 v 20, et fecit eum Dominum et Christum Act 2 36
et subjecit ei omnia, eo excepto qui ei subjecit omnia
1 Cor 15 v 27. et constituit eum Judicem vivorum
et mortuorum Act 10 v 42 et voluit ut eum omnes
Angeli adorent Heb 1 v 6, tenemur et nos qui jam
populus ipsius sumus eum divino honore colere, eum
invocare, in eum credere, eidem obedire, propter
sublimem majestatem, ad quam evectus est, et pos-
sumus etiam ipsius opem implorare propter
divinam Potestatem, quam à Patre donatus est.

Notandum

Notandū præterea, quod hic honor cum Chrō ex-
hibetē, ad Deū Prem̄ respicit et in eū redundat iuxta
dictū Joan 5 ℣ 23 Qui Filiū nō honorat, neq;
Prem̄ honorat qui misit illū. Nā ꝑ Chrm̄ credimus
in Deū, ꝑ Chrm̄ adoramus Deū, ꝑ Chrm̄ colimus Deū
et honoramus eū; nā Deus Pr̄ misit, sanctificavit
et exaltavit eum; ideo vult ut eum audiamus, ei
obediamus, eum Regem nostrū coelestem agnoscamus,
honoremus et uneremur; qui iam hoc facit, is
audit Deū Prem̄, ei obedit, eum honorat, et uneratq;
iuxta illud Joā 5 ℣ 23 qui nō honorat Filiū, neq; Pr̄ etc.

1 Cor 1 ℣ 24 Ipsis vocatis Judæis atq;
græcis, Chrm̄ Dei potentiā et Sapientiam etc.

Adversarij hinc ita ratiocinantē:

Sapientia Dei est æterna, Chrs̄ est Sapientia Dei. E.
Chrs̄ est æternus, intellige, A priori.

℟ In majori sumitq; Sapientia ꝑ illa Sapientia quæ in Deo natu-
ralis est, in minori autē ꝑ ea, quā Deus nobis ꝑ
Chrm̄ revelavit.

Nota Chrs̄ dr̄ hic Sapientia Dei, per Metony-
miam, quia ejus rei nōe insignitē, quā ipse revelavit,

Sicut etiam

Sicut etiam alibi dicitur vita, veritas resurrectio Joan. 1. ℣ 25. et 14 ℣ 6.

Ex hoc loco contra Adversarios:

Is dicitur hic Sapientia Dei, qui est crucifixus; atqui homo Jesus Christus est crucifixus. Ergo homo est.

Major huius sic probatur:

Qui factus est nobis Sapientia a Deo, is intelligitur hic; Atqui Jesus Christus crucifixus factus est nobis Sapientia a Deo. Ergo Christus crucifixus intelligitur hic:

Aliud.

Is qui a Deo factus est nobis Sapientia, dicitur Sapientia; Atqui 2da Persona non est facta nobis Sapientia Ergo 2da Persona non dicitur Sapientia. Aliud.

Ex mente Adversariorum tale absurdum:

Quemadmodum se habet Sapientia hoc in loco, ita etiam se habet Potentia; Atque ita se habet Sapientia quod sit Persona, et quidem 2da Trinitatis. Ergo eodem modo se habet etiam Potentia; Et per Consequens Potentia quoque erit Persona, et sic duae erunt Personae 2dae Trinitatis; nam utrumque praedicatur de Christo. Aliud.

Vox Dei hic 1 Cor 1 ℣ 24 aut Communiter aut distincte sumitur; si distincte, sequitur quod

haec Sap

hæc Sapientia, quæ est 2da Persona Trinit. sit in Pri-
ma Persona, scilt in Dre; Si autem communiter, sequr
quod hæc Sapientia sit Sapientia totius ~~totius~~ Trini-
tatis, ut sic suipsius Sapientia; ut quod sit 2da
Persona Trinitatis in alia 2da Persona Trinitatis.

Argumentum.

Quicunque ita est Sapientia Dei ut factus sit
a Deo Sapientia, ut quidem respectu nri, is no est
ea Sapientia quæ in Deo ab æterno naatr fuit;
Atqui Chrs est ita Sapientia Dei quod factus sit
Sapientia a Deo, ut quidem respectu nri. E. Chrs
non est illa Sapientia Dei quæ in Deo ab æterno
naatr fuit.

I Cor 2. v. 10. Sprs oia scrutatr, etia pfunda Dei ...

Hinc solent quidam ita argumentari:
Ille qui scrutatr omnia, etiam pfunda Dei est u-
nus ille Deus; Atqui S. scrutatr oia etiam pro-
funda Dei. E. S. est unus ille Deus.

R In Majore vox Omnia sumitr indetermi-
natr de omnibus universlr, ita ut nihil excipiatur.
In minori restringr tm ad ea de quibus Aptus
ibi loqr: Loqr autem de ijs, quæ Chrs nobis in
Evangelio

in Evangelio patefecit, quod cuilibet lucem restitienti
patebit, et sic 4 sunt termini in Argumento.
Deinde major propositio negari potest; nam etiam homo
S. Dei praeditus et instructus potest scrutari omnia, etiam
profunda Dei; Id quod Apostolus Paulus de se et aliis A-
postolis affirmat in hoc eodem capite inquiens v. 7
Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est
Et in fine Cap. v. 16 inquit: quis cognovit mentem Domini?
quis instruxit eum? nos autem Christi mentem tenemus
Jam autem dicit Col. 7 v. 3 quod in Christo omnes thesauri
sapientiae sunt absconditi. Et Christus dicit Joan. 15 v. 15
Apostolis omnia manifestare vobis, quae audivi a Patre
Unde palam est quod etiam Apostoli omnia scrutati
sint, etiam profunda Dei; neque tamen propterea Apostoli
unus ille Deus habendi sunt.

Nota vox omnia hic apud Paulum ad
subiectam materiam restringi debet, ut etiam alibi fieri
necesse est; Paulus autem hic de Christiana re-
ligione loquitur, ideo intelliguntur ea omnia, quae
ad cognitionem Dei pertinent; haec vero omnia scru-
tati sunt Apostoli ut penitus noverunt.

1 Cor. 3 v. 16. Templum Dei estis et S. Dominus
habitat in

habitat in vobis. Et 1 Cor 6 v 19 membra vestra templum sunt S. Sancti &c.

Ex his locis sic ratiocinantur Adversarij:

Pij sunt templum Dei; At Pij sunt templum S. Sancti. Ergo S. S. est Deus.

R. Non hoc sequitur ex hac collectione, quod S. S. sit Deus, sed hoc quod utrique, nempe Deus et S. S. habitet in Pijs; Aut quod Pij tum Dei, tum Spiritus Sancti templum sint. Hoc etiam explicandum quomodo fiat.

Deus quoad Essentiam suam non habitat in Pijs; habitat igitur alio modo: nempe, per Spiritum suum. S. Sanctus habitat immediate; Deus vero mediate per S. Sanctum. vid sup. pag 65. 66. 67. Ex simili exemplo res fiet clarior.

Dicitur de Christo quod habitet in cordibus credentium. Eph 3 1 dicitur etiam de Fide, quod habitet in fidelibus. 1 Tim 1 v 5 inquit Paulus: Fidei, quae habitat in avea tua et in matre tua. Quis est ita insensatus, quod hinc concludere velit fidem esse Christum Propterea, quod de utroque dicitur, habitare in fidelibus.

Utrumque habitat in fidelibus; sed quomodo? Christus mediate; fides autem immediate. Christus habitat per fidem in cordibus credentium; ita explicat hoc nobis Paulus

nobis Paulus Eph 3 ℣ 17 Chrm habitare ꝑ fidem in cordibus nostris

1 Cor 8 ℣ 6. Nobis unus est Pr, ex quo omnia, et nos in ꝛc.

Hic ita ratiocinantē Adversarij:

Sicut Pē, inquiunt non excludē a Dno cum affirmatē Jesus Christus esse unus Dominus; ita vicissim Chrs nō excludē a Deitate, cū dē: Pater est unus Deus. R vocabulū DEUS duobus modis accipē: aliquādo latē, aliquādo prestē. Vide sup.

Deinde accipē etiam vocabulum Dominus:

In hoc loco Pauli accipē utrumque prestē. Hoc inde patet, quod Aptus antea dixit: multos esse qui dicuntur Dij et Dni; postea addē. Nobis unus est Deus, nempe, Pr; Et unus Dominus Jesus Christus.

Hic jam excludē Pē, nō quidē ab omni, sed ab illo dominio, quod Jesu Chrō Dominus Paulus tribuit; Et vicissim excludē Chrs, nō quidē ab omni, sed ab illa Deitate quam Aptus attribuit Pri. Pē est quidem Dominus, sed alr quā Chrs; Et Chrs est quidem Deus, sed alr quā Pē. Pē est Deus ex seipso ꝛ nāa suā, ut Summus et Author omniū. Talis est cū Unus Deus, nempe Pē, ideo, addit etiā Aptus hic:

hic: ex quo omnia et in quē. Pr̄ est etiam Dominus, sed à seipso; hoc est ipsius proprium, quod Summus in oēs imperium sine exceptione, et à seipso habet. Idem est quod ipsemet Chr̄s Prem̄ Deū suum appellat Joan 20 ℣ 17. Vid infra.

Item Dominum coeli et terrae Matt 11 ℣ 25, Et hoc sensu dr̄ Pr̄ Unicus, Dn̄us coeli et terrae, quia talis Dominus nullus est, praeter Prem̄.

Chr̄s est, et dr̄ quoq; Deus, sed alr̄ quā Pr̄, quia Deus Pr̄ Sanctificavit eum, et misit in mundū. Ex hoc colligit et ostendit ipsemet Chr̄s Joan 10, 36; ut ex caā Divinitatem suā. Porro Deus Pr̄ dedit ipsi omne judicium et vitā habere in semetipso Joan 5 ℣ 22, 26. Deus Pr̄ dedit ei omnem Potestatē in coelo et in terra Matth 28 ℣ 18. Deus Pr̄ exaltavit eū Phil 2 ℣ 9. Constituit eū Judicē vivorē et mortuorē Act 10 ℣ 42. In his consistit Divinitas Christi.

Chr̄s est etiā Dominus, quia Deus Pr̄ fecit eum Dominū et Chr̄m Act 2 ℣ 36. Pr̄ dedit ei Potestatem supra omnē carnē Joan 17 ℣ 2. Posuit eū caput Ecclē Eph 1 ℣ 22. Subjecit ei oīa eo solo excepto qui ei oīa subjecit 1 Cor 15 ℣ 27.

Et quia ta

Et quia talis Dominus nullus est Pater Christum, et ideo
dicitur unus Dominus, et non simpliciter unus Dominus, sed
unus Dominus, per quem omnia et nos per ipsum. Quam
Particula Apostolus Christum a Patre ita distinguit, ut is, nem-
pe Christus, nullo modo possit esse unus ille Dominus.
Et contra, quod Pater nullo modo possit esse unus ille
Dominus, de quo hic sermo est. Summa.
Potest quidem is, qui est Deus, esse Dominus, et qui
est Dominus esse Deus, suo modo, et sic unus et
idem, esse et Deus et Dominus; sed id Paulus hoc
loco non affirmat, imo distincte agit, Patrem esse unum
illum Deum ex quo omnia; Jesum Christum esse unum illum Do-
minum, per quem omnia.

Ex hoc loco contra Adversarios:

Quemadmodum Pater non est is Dominus, per quem omnia, ita nec
Christus est is Deus, à quo omnia; At qui verum est Antecedens,
igitur et Consequens.

Hanc objiciunt nobis Adversarii locum Rom.
xi 36, ubi hae Particulae, ab eo, per quem de
Patre dicuntur. R. quod haec Particula per quem
aliter intelligitur, quando Patri tribuitur, aliter item, quando
de Christo praedicatur: Ratio est: quia de Patre nunquam
dicitur quod alius per eum aliquid fecerit, quemadmodum
de Christo

de Chrō legr. Sæpe quod Pr̄ ꝑ eū, vel ꝑ Chrm̄ omnia fecerit vide sup.

Hinc jam sic argumentor:

Si Chrs æquē est unus ille Deus qui Pr̄ est, sequr quod Chrs æquē etiam Pr̄ est, et ꝑ Prem omnia fecerit, quē admodum de uno illo Deo dr̄ quod sit Pr̄, et omnia ꝑ Chrm̄ fecerit; At qui Chrs nō est Pr̄, nihil fecit ꝑ Prem. E. Chrs nō est unus ille Dez. Aliud.

Solus Pr̄ est unus ille Deus Joā 17 & 3.

Jesus Chrs nō est Pr̄, E. Jesus non est unus ille Dez.

Hoc probatz ꝑ absurdum:

Si nō Solus Pr̄ est unus ille Dez, sequr quod plures erunt unus ille Deus, quod implicat Contradictionē, unum esse et non unū esse vid infr

1 Cor 10 & 4 bibebant autē de ~~Petra~~ spirituali consequēte eos Petra, Petra autē erat Chrs. Ex hoc loco nituntr Adversarij probare Chrm̄ Ducē fuisse Israelitar̄ exeuntium ex Aegypto, et ipsis potum præbuisse, inde liquere Chrm̄ dicunt tunc extitisse et consequenter, cum unus illus Deū esse.

℞ Quocunq; modo formant hinc Adversarij argumentū; tn̄ nunquam id concludunt, qd ipsi volunt.

Nam etiam si

Nam etiamsi concludatur Christum ante nativitatem ex Maria Virgine extitisse; tamen inde non statim eum propterea esse unum illum Deum. Aliqui concedunt Christum ante omnes creaturas extitisse; negant tamen eum unum illum Deum esse.

Notandum: non dici in hoc loco Pauli Christum comitatum esse Israelitas in deserto, neque dicitur, quod Christus ipsis potum praebuerit, sed dicitur tantum quod Israelitae biberint de Petra, et quod Petra eos consequuta sit quae erat Christus. Videndum igitur, quid haec Petra sit? quando haec Petra consecuta sit Israelitas? quo sensu dicatur: Petra erat Christus; Et quare haec Petra spiritualis dicatur.

Petra ponitur hoc loco per metonymiam pro aqua, quae fluebat ex Petra quam percusserat Moses; de illa aqua bibebant Israelitae in deserto per eam vallem et viam quam ipsis proficiscendum erat. Haec Petra erat Christus, id est figurabat, vel scabat Christum. Usitatum enim est in S. Litteris verbum substantivum est poni pro scat ut Gen 41 v 46 Septem boves pulchri, et septem spicae plenae, sunt septem anni ubertatis; sunt, pro, scant. Matt 13 v 37. Qui seminat est filius hominis, ager est mundus, bonum vero

bonum vero semē, hi sunt filij regni, Zizania sunt filij nequam, messis vero consummatio seculi est, ꝛc. est, ꝓ scat. Gal 4 ℣ 24 Ismael et Isac sunt duo Testamenta, ꝓ, scant. Ita in hoc loco: Petra erat Chrs ꝛc scabat declarabat Chrm; Et ideo vocat Aptus hanc Petram Spiritualem, quia aliquid mysticū in se habebat; quicquid enim mysticū hec sentiū, spirituale dicimus inquit Eras. Rott. Hinc dr in Apoc 11 ℣ 8 Civitatem illam magnam vocari Spiritualr ꝛc mystice Sodomam et Aegyptū. Ita interpretantur hunc locū Tertullianus, Calvi. Hyeroni. August.

1 Cor 10 ℣. 9. Neq tentemus Chrm ꝛc.

Ex his verbis volunt Trinitarij probare Chrm ab Israelitis in deserto tentatum esse, et si tentatus est tunc ab Israelitis, seqr quod reipsa ante nativitatem ex Maria extiterit.

℟ Hic nō dr quod Israelitæ Chrm tentaverunt, sed dr tm: neq tentemus Chrm sicut quidā eorum tentaverunt; Isti enim quidā eorū potuerunt alium aliquē tentare; quem antē

tentaverunt

tentaverint docet historia num. 21 ℣ 4.5, ibi dr:
et tædere cœpit populum itineris ac laboris locutusque
est contra Jehovam et Mosen, cur eduxisti nos ex
Aegypto? Tentaõ tota continetur his verbis: Cur
eduxisti. Quæ verba directe ad Mosen referuntur;
Est igitur in his verbis Apli Ellypsis; nam subaudiendum
est aliquid; quid autem illud sit apparet ex historia;
Hæc autem dicit Mosen fuisse tentatum ab Israeli-
tis in deserto. Sensus ergo est:
Neque tentemus Christum sicut quidam eorum tentaverunt,
nempe, Mosen, qui tum Judæis erat id, quod nobis
nunc est Christus ÷ eorum Dux, mediator, Princeps Gu-
bernator.

Nota Apostolus volebat Corinthios a Christo tentan-
do deterrere divinæ punitionis metu, et dicere:
Si Deus Israelitas punivit cum tentarent eum
qui figura seu typus tantum Christi fuit, multo magis pu-
niet, qui Christum ipsum tentabunt. Hæc locutio Apli
est similis huic: Patres nostri multa mala perpetrave-
runt, scortati sunt, idola coluerunt, ne perdamus
Principem, sicut quidam eorum perdiderunt et interfecti
sunt. Quis colligeret huic præsentem nostrum Principem
olim ipsi

olim extitisse, et à Patribus perditum fuisse, sed illi ipsi Principes qui olim extiterunt fuerunt perditi. Hac locutione monerentur plures, ne idem peccatum admittant in suum Principem, quod quidam ex Patribus olim admiserunt in suos. Ita etiam Paulus moniturus Corinthios ne tentent Christum, adducit exemplum Israelitarum, qui tentaverunt suum, sicut Deum, et à Serpentibus occisi sunt.

Hic objicit aliquis: Num 21 dicitur quod Populus locutus sit contra Deum et Mosen, igitur haec tentatio non potest directe ad Mosen referri.

R. Israelitae tentaverunt utrumque et Deum et Mosen. Mosen immediate, Deum mediate; quia cum Mosen tentaverunt, tentabant etiam Deum, cujus famulus erat Moses.

Nota. Per hunc Ducem intelligunt quidam Angelum (nam in Heb est Elohim) cujus ministerio Israelitae educti fuerunt ex Aegypto; Nam c. 20 Ps 16 leguntur haec verba: clamavimus ad Jehovam et misit Angelum, qui eduxit nos ex Aegypto.

Hujus Angeli sit mentio expressa Ex 14 Ps 19. Item c. 23 Ps 20 Act. 7, 35 3

Trinitarij dicunt quidam hunc Angelum fuisse Christum.

christum, sed hoc nullo testimonio probare possunt; nos autem possumus et probamus firmis et validis argumentis nullum Angelum qui in V. T. apparuit fuisse Christum. vid sup.

Ad illa argta addatur et hoc: Unctio pertinet ad Corpus, et ut Trinitarij loquuntur ad humanitatem; Jam autem constat in V. T. corpus et humanitatem Christi reipsa non extitisse: Quomodo ergo id quod non erat ungi potuit? nisi velint Christum ante Mariam incarnatum fuisse.

1 Cor 12 & 4 Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus, divisiones Ministrorum sunt idem autem Dominus, Divisiones operationum sunt idem vero Deus, qui operatur.

Trinitarij hinc ita argumentantur:

Paulus hic facit mentionem trium, nempe Dei, Domini, et S. E. hi tres unum sunt, vel hi tres unus Deus sunt.

R. Nulla est consecutio, hic fit mentio trium, E. sunt unius essentiae.

Hinc non dicitur quod hi tres unum sint, nec etiam quod unum Deum constituant. Imo hinc contrarium

colligitur

colligr, scilt, quod hi tres unius essentiæ esse nō possunt; Nam aptissimè distinguitē hic Deus à Dnō et S. De Deo, qui nullus alius est quā Pr, dr qd operetur omnia in omnibus. Quod autē Aplus hic etiam Dni et Spris mentionē facit, hoc ideo fit, quod Deus Pr operatē omnia, scilt quæ ad salutem nostrā pertinent, per Dnum, fmemp. Chrm, et omnia, quæ Deus afficit per Chrm, non operatur alia virtute, quam quæ dr S. Sanctus.

1 Cor XII & 11. Hæc omnia operatur unus et idem Spris, dividens singula prout vult &c. Quoniā hic tribuitē operaō et voluntas S. Sancto ex eo volunt Trinitarij probare S.S. esse Psonā:

R Nihil fere est usitatius in scriptura, quā rebus actiones et operationes tales tribuere, quæ sūt personar propriæ ut Job 32 & 7. Sperabā quod ætas prolixior loqueretē, et annor multitudo doceret Sapientiam. Psal 84 & 11. Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitiæ et pax osculatæ sunt invicem, justitia de cœlo prospexit. Rom 7 & 11, tribuitē peccato, quod deceperit, qd occiderit.

Gal 3 v 8 tribuitē scripturæ, quod prædicat pnūciat
1 Cor 13 v 4 tribuitē charitati, quod sit benigna, longa-
nimis, nō cogitat malum ꝛc.
Joan 3 v 8 tribuitē vento qd velit, inquit Chrs: Spūs
spirat ubi vult. Innumera sunt talia. Jam Annus, Aetas
Veritas, Pax, iustitia Charitas, Peccatū, scriptura venꝫ ꝛc
nō sunt Personæ, sed res, et tn̄ in locis citatis tribu-
untē ipsis actiones, et operationes tales, quæ sunt
Personarū propriæ, et voluntas tribuitē vento; Hoc autē
fit ꝑ Prosopoeiam, quæ frā accomodatissa est, ut res
quæ narrantē aut dicuntē ad vivū oculos ponā-
tꝫ vide infra.

2 Corint 3 v 17. Dnūs autē Spūs est.

Quidam Trinitarij putant, quod hic videatē S.S. vo-
cari Dominus, ideo sit unus ille Deus.

℞ Falsa est eōr imaginatio. Rao est; quia hic nō
dr̄ quod Spūs sit Dominus; sed contra quod Dominus
sit Spūs. Dominus est Subjectū, Spūs vero ꝓdicatꝫ
Nota per Dominum hic non intelligr̄ Deꝫ;
sed Chrs vel potius ipsius doctrina ꝑ metonymiā
Effecti, quemadmodū etiam in hoc eodꝫ cap v 15
arcoses

Gal 3 ℣ 8 tribuitē scripturæ, quod prædicat prænuntiat
1 Cor 13 ℣ 4 tribuitē charitati, quod sit benigna, longa-
nimis, nō cogitat malum.
Joan 3 ℣ 8 tribuitē vento quod velit, inquit Chrs: Spiritus
spirat ubi vult. Innumera sunt talia. Jam Annus, Aetas
veritas, Pax, iustitia Charitas, peccatū, scriptura venit
nō sunt personæ, sed res, et tn̄ in locis citatis tribu-
untē ipsis actiones, et operationes tales, quæ sunt
personarū propriæ, et voluntas tribuitē vento; Hoc autē
fit ꝑ Prosopoeiam, quæ frā accomodatissa est, ut res
quæ narrantē aut dicuntē ad vivū oculos ponā-
tur vide infra.

2 Corint 3 ℣ 17. Dnus autē Spiritus est

Quidam Trinitarij putant, quod hic videatē S.S. vo-
cari Dominus, ideo sit unus ille Deus.

℟ Falsa est eorū imaginatio. Rao est; quia hic nō
dr̄ quod Spiritus sit Dominus; sed contra quod Dominus
sit Spiritus. Dominus est Subiectum, Spiritus vero prædicatur
Nota per Dominum hic non intelligitur Deus;
sed Chrs vel potius ipsius doctrina ꝑ metonymiam
Effecti, quemadmodum etiam in hoc eodem cap ℣ 15
Arcosesp

Moses pro lege; sic Chrs pro Evangelio ponitur.
Et alibi Col 2 ℣ 8. Heb 13 ℣ 6. Vocabulum Spis
addere hic per Appositionem, et scatere quod omnia quae
sunt in Evangelio Christi sint spiritualia, tam
ea quae promittuntur, quam quae percipiuntur.

2 Corinth 4 ℣ 4 Qui est imago Dei.

Adversarij dicunt, quod Chrs dr imago Dei. E. est
Deo coessentialis.

℟ Si Chrs propterea Coessentialis, quod dr
esse imago Dei, etiam quilibet vir erit Deo coes-
sentialis; Nam 1 Cor 11 ℣ 7 expresse dr vir imago Dei.
Calvinus in explicatione hujus loci dicit nihil solidi
hinc elici posse pro Trinitarijs &c.

Galat 1 ℣ 1. Paulus A non ab homi-
nibus, neque per hominem, sed per Jesum C. et D. P.

Hic dicunt Adversarij; quod opponit Paulus
Chrm hominibus, certum est autem eum non esse Angelum;
sequitur ergo eum esse unum illum Deum.

℟ Hac locutione negatur Chrm esse hominem, quod
S. Lris plane est contrarium. Chrs ipsemet se Fili-
um hominis appellavit Matt 16, 13. Mar 2 ℣ 10.

Quid autem sit

Quid autem sit filius hominis vide sup. Apostoli etiam testanti eum esse hominem 1 Tim 2 v 5. Rom 5 v 15. 1 Cor 15 v 21 et alibi vide supra. Imo nostri Adversarii fateri Christum esse verum hominem.

Nota. Quocunque modo formetur et fulciatur hoc argumentum, tamen hinc nunquam concludere poterunt Christum esse verum illum Deum. Nihil hinc magis colligi potest, quam Christum non esse purum hominem, neque Angelum. Et nos libenter damus, et dicimus Christum non esse purum hominem, sed hominem singularissimum, et divinum. Iam autem usitatum est in S. Lris quod unus ille aliquis propter excellentiam quam prae reliquis habet, solet eximi et segregari ex numero et ordine caeterorum eius gris et speciei, ut Mar. 16 v 7. Dicite discipulis eius et Petro. Act 1 v 14 Congratae erant mulieres et Maria Mater Iesu. Petrus quoque erat unus ex discipulis Christi, et tamen distinguitur a discipulis ob singularitatem; sic Mater quoque Iesu erat mulier, tamen seorsim nominatur, nimirum quod esset exciqua inter illas mulieres. Sic Iesus Christus

Chrs (quamvis hoo sit) sed quia singularissimus hoo est, merito potuit eum Aplus e numero reliquorum hominum eximere, presertim eo tempore cum iam in celum translatus ad dextram Dei collocatus, immortalis et excellentior non modo hominibus, sed etiam Angelis factus esset.

Nota. quod Paulus scripsit hec post exaltationem Christi; itaque merito potuit Chrm opponere omnibus alijs hominibus, post exaltationem, ratione conditionis.

Galat 4 v 4. Ubi venit plenitudo 2.

Hic ita ratiocinantur Adversarij

Qui non est mitti non potest; At Jesus C. dr esse missus cum natus est ex Maria Virgine. Ergo oportuit eum prius extitisse; non extitit autem secundum humanitatem E. sdm divinitatem.

R. Majorem concedimus: Nam Chrs fuit antequam mitteretur a Deo et re vera extitit; Et hoc affirmat Aplus hic, nimirum Deum Filium suum misisse factum ex muliere; eum enim qui jam factus erat ex muliere, misit Deus; hoc scat

vox

vox γενομενον quae praeteriti temporis est.

Minorem vero argti negamus, et ratio est; quia nativitas nullibi in S. lris dr missio; missio enim nihil aliud scat quam ablegationem cum certis mandatis. Jam autem constat ex Evangelistis Chris quando sit missus et ablegatus cum mandatis Dei, certe non tunc cum in utero Virginis conciperetur, sed cum munus suum aggredi, et praedicare, et miracula edere vellet, et coepit, haec fuit ipsius missio.

Hoc inde patet quod hic dr missum esse ut eos qui sub lege erant redimeret. Jam autem redemit eos Chris docendo et moriendo: Docebat voluntatem Pris de remissione peccatorum et hanc promissionem obsignavit morte; sic redemit eos qui sub lege erant, igr etiam tunc fuit missus.

Deinde patet etiam ex eo quod Chris Joan 17 v 18 dicit se missurum Aptos in mundum, quemadmodum ipse erat missus a Pre; At Chris tunc misit Aptos cum ipsis mandatum daret docendi Evangelium. Ergo etc.

Gal 4 v 8 His qui natura non sunt serviebatis,

nunc autem

nunc autē cognovistis Deum.

Ex hoc loco ita argtz Adversarij:

Galatæ cognoverunt naā Deū; At Galatæ cognoverunt Chrm. E. Chrs est naā Deus.

R. Major non est Universlr vera, quia nō omne quod Galatæ cognoverunt est naā Deus; Nam cognoverunt etiam Aplm Paulū et alios. Deinde ex hoc argumento nihil aliud seqr, quam hoc, quod Galatæ utrūqz et Deum et Chrm cognoverunt, et hoc nihil contra nos.

Ephes 4 vo 8. Ascendens in altū &c.

Hinc ita argumētantē Adversarij:

Psal 86 vo 19 Dr quod Deus ascendit; Hic autē dicit Aplus, quod Chrs ascendit. Ergo &c.

R. Interpretes variant de quo ista verba sint accipienda vid sup p. 2[illegible]4

Si de Chro accipiantz, erit prophetia, quemadmodum etiam est, de futuro Chro. Reliqua vide supra ibidem

Ephiz 2 5. Hoc sentite in vobis, quod 2.

Erasmus dicit hic nō de Substia, sed de qualitatibus Christi agi. Calvinus inqt; Forma hic nō scāt figuram, sed apparētiam, nec autē essentiam divinā.

Ex hoc loco conātur Adv: astruere duas in xto naās.

Per Formā Dei intelligunt divinā naām, id est λογον, qui est (ut ipsi loquuntur) 2da Psona Trinitatis et Unus ille Deus.

Per Formam Servi intelligunt humanā naā, et dicunt quod λογος ÷ divina naā tempore incarnationis se exinanivit et formā Servi ÷ humanā naām assumsit in utero virginis mariæ.

R. Hanc interpretationē stare non posse

1 quia Formā Dei nullo testimonio s. Scripturæ cōfirmare possunt, id scāre quod ipsi dicunt.

2 Nos firmas adducimus rationes, quare forma Dei Divinā naturam scāre nō potest.

1 Raō est, quia Divina naā nunquā deponi potest; At Chrs deposuit ad tempus Formā Dei, exinaniendo se ipsum. Et Forma Dei nō est natura Divina.

2da raō

2da rão, Quia is qui fuit in Forma Dei exinanivit semetipsum ÷ demisit, humiliavit, atq; dejecit se; At divina naã se exinanire, humiliare, demittere, atq; dejicere nõ potuit, quia est invariabilis et immutabilis. Mutaõ nõ cadit in naam Divinã; Exinanitio est mutaõ; E. hæc nõ cadit in naturam Divinam.

3. Raõ, Quemadmodũ is qui fuit in Forma Dei Semetipsũ exinanivit; ita ille postea idem fuit exaltatus; At divina naã exaltari nõ pst. E. de Divina naã hic Paulus nõ loqr.

Sunt et aliæ rationes quare hic p Forma Dei Divina naã intelligi nõ potest, de quibus Paulo post.

Forma Servi non scãt naam humanã sed speciem, seu conditionẽ servilem; Nam is quẽ Apostolus in exemplũ humilitatis proponit, Philippensibus tunc erat naã humanã pditus, cum formã servi assumeret. Et non pst hæc referri ad incarnationem.

Quod autem Aplus subjicit Chrm in similitudine hoũm fuisse constitutũ et figura seu habitu inventũ fuisse, ut hominem, tunc cũ Formã Dei

deponeret

deponeret, et formam Servi assumeret, eo nihil aliud
scatur quam inter Christum tunc et alium quemlibet ho-
minem nihil interfuisse. Jam videndum quomodo
id factum sit:

In forma Dei erat Christus cum virtute Divina mi-
racula ederet, cum solo iussu et verbo facere posset
quicquid vellet; sed cum tempus adesset ut pateretur,
assumsit Formam Servi, tunc scilicet cum se inimicis
suis capiendum, constringendum, illudendum, conspuendum, fla-
gellandum et crucifigendum dedit, talem se praebuit ac-
si nullam vim prorsus in se haberet, qua se defendere
posset, cum tamen tanta potentia polleret ut unico ver-
bulo potuisset omnes suos hostes prosternere et pes-
sundare si voluisset, sed exinanivit semetipsum
et factus est ut alius vulgaris homo, imo servus ab-
jectissimus, et humiliavit se usque ad mortem crucis
Patri obediens.

Nota haec phrasis, fieri sicut homo in scriptura
idem est, quod, fieri sicut vulgaris homo. Vid Judic
c. 16 v. 7, 11. Ibi dicit Samson se futurum sicut
hominem ÷ inter se et alium quemlibet nihil in-
terfuturum.

In hoc dicto Apostoli notandum quoque, quod dicitur Christum
aequalem

æqualem fuisse Deo; æqualis fuit Deo, tunc scilicet, cum morbis, Satanæ, morti, vento, mari et omnibus veluti Deus impraret.

Adversarij dicunt: Fuit æqualis Deo E. Est unus ille Deus.

R. Negatur Consequentia, quia contrarium est verum, hoc scilicet: Est æqualis Deo. Ergo; non ille Deus cui æqualis est: nam nemo sibi æqualis esse potest, quia æqualitas est inter plures.

Christus fuit æqualis Deo quo ad Divinam potentiam quâ præditus erat etiam tempore mortalitatis suæ; Nunc verò est æqualis Deo quo ad immortalitatem et imperium summum in omnes, quia quemadmodum Pater habet vitam in seipso, ita dedit Filio in se habere vitam vid Joan 5 ~~4~~ 26. Hoc tamen interest quod Pater à seipso hæc omnia habet, Christus autem accepit hæc omnia à Patre.

Ex hoc loco contra Adversarios, ab absurdis, quæ sequuntur ex ipsorum Sententia.

Exinanitio et assumtio Formæ Servi competunt Christo secundum humanam naturam; Atqui Christus tempore incarnationis nondum habebat humanam naturam. Ergo eam exinanitio et assumtio Formæ Servi Christo non competunt, et per Consequens

(iuxta Adversarios) Exinanitio competit λογῳ seu Divinæ naturæ, quod absurdum.

Hinc porro sic argumentor:

Si exinanitio pertinet ad Christum iuxta divinam naturam, etiam exaltatio eidem opposita ad Christi divinam naturam pertinebit; Atqui verum prius E. et posterius, quod majus est absurdum.

Consequens propositionis patet ex eo, quod alias Antithesis quam Apostolus facit inter exinanitionem et exaltationem non staret. Probatur in tali argumento:

Is tantum seipsum exinanivit, qui est exaltatus; Atqui Divina natura seipsam exinanivit. E. Divina natura est etiam exaltata.

Minor probatur:

Qui est incarnatus is exinanivit seipsum; Atqui Divina natura est incarnata. E. Divina natura exinanivit seipsam. Aliud:

Is tantum fuit in forma Dei et Deo Aequalis qui seipsum exinanivit, qui formam deponere potuit, qui etiam est exaltatus; Atqui Divina natura seipsam nec exinanivit nec deponere potuit formam suam, nec exaltari. Ergo Divina natura non potuit in forma Dei esse (ut Trinitarij volunt) nec Deo aequalis.

Ex hoc loco contra Advers. quod Christus non sit unus ille Deus.

In eum qui est natura Deus, non cadit ut possit, vel non possit pro rapina habere suam formam; Atqui in Christum cadit ut possit

cadit ut potuerit, vel nō potuerit pro rapina hēre suam formā: E. Chrs non est nāa Deus. Aliud.

Qui est unus ille Deus non potest esse Deo æqualis; At qui Chrs est æqualis Deo. E. Chrs non est unus ille Deus.

Major probatur sic: Si unus ille Deus alij Deo est æqualis, non est altissimus, neque Rex super omnes Deos; At qui Unus ille Deus est altissimus et Rex super omnes Deos Ps. 95 v. 3.

Ergo unus ille Deus nemini est æqualis. Aliud.

Qui est nāa Deus non potest seipsum exinanire; At qui Chrs Jesus exinanivit seipsum. E. nō est nāa Deus. Aliud.

Quicunque quocunque modo se exinanire potest, nō est nāa Deus; At qui Chrs aliquomodo (iuxta Adversarios) seipsum exinanivit. E. Chrs non est nāa Deus. Aliud.

Qui ita est in forma Dei ut possit seipsum exinanire, et deponere eam formā, nō est is Deus in cujus forma est; At qui Chrs ita fuit in forma Dei ut potuerit se exinanire et eam deponere. E. Chrs nō est is Deus in cujus forma fuit.

Ex hoc loco contra Adv. qd hōō Jesus C. fuerit in forma Dei.

Is tm exinanivit se, qui in forma Dei fuit; At qui hōō Jesus C. exinanivit seipsum. E. hōō Jesus C. fuit in forma Dei.

Minor probatur sic: Is tm fuit exaltatus qui seipsum exinanivit; At qui homo Jesus Chrs fuit exaltatus. E. hōō Jesus C. seipsum exinanivit.

vel sic.

Vel sic: Aut Divina natura exinanivit seipsam aut hoc Jesus C.; At qui Divina natura seipsam exinanire non potuit. E homo Jesus C. ei. Aliud.

De quocunque Apostolus dicit quod assumsit formam Servi; de eodem dicit etiam quod fuit in forma Dei; At qui de hoc Jesu Christo dicit quod assumsit formam Servi. E de eodem hoc Jesu Christo dicit quod fuit in forma Dei. Aliud.

Is tamen assumsit formam Servi qui se exinanivit; At qui is qui se exinanivit, est hoc Jesus C. Ergo hoc Jesus C. assumsit formam Servi. Aliud.

Is tamen est Jesus C. qui conceptus est de S. Sancto, et natus ex Maria Virgine; At qui natura divina non est concepta de S. Sancto nec nata ex Maria Virgine. E natura divina non est hoc Jesus C. Vel sic:

Illi soli competit nomen Jesus C. qui conceptus est de S. Sancto, natus ex Maria Virgine teste Angelo Luc. 1; At qui Divina natura non est concepta de Spiritu S. nec etiam nata ex Maria Virgine. E divinae naturae non competit nomen Jesus Christus.

Colosse

Colossen. I. v. 15

Qui est imago Dei invisibilis.

Adversarij hic ita ratiocinantur:
Christus est imago Dei inaspectabilis. E. est substantialis imago Dei. Respondeo
Plus infertur in consequente quam in antecedente ponitur. Vox substantialis non habetur hic.
De voce Hypostasis infra videbimus.
Notandum. In Deo duo considerantur: Essentia scilicet, et Voluntas eius. Quod Essentiam Dei concernit, perfectam eius cognitionem in hac vita consequi non possumus, in futura vita hoc habebimus. Nec est necessarium ad Salutem ut imaginem Essentiae Dei nunc habeamus, nec etiam haberi potest.

Ad cognitionem voluntatis Dei plenariam quantum ad Salutem pertinet ut habeamus nunc, necessarium est omnino. Siquidem hanc notis Christus revelavit perfectè et plenariè. Ideo dicitur etiam hujus rei respectu imago Dei; Nam in Christo videmus Deum, h.e. cognoscimus eius voluntatem

videre enim

Videre enim Deum in S. Lris est cognoscere eius voluntatem.

Dr igr Chrs imago Dei quia ipse Deum inaspectabile oculis nostris quasi intuendum nobis exhibuit, dum eius voluntatem et omnia, quae de Deo sciri possunt, et necessaria sunt ad salutem, ita clare, manifeste revelavit ac si illum oculis intueremur.

Nota Aplus loqr hic de Chro ut de hoe, quia facit mentionem Sanguinis, inqt enim: In quo habemus redemptionem per Sanguinem ejus &c. Qui est imago Dei, ac Divinae naae, caret Sanguine, non igr illa dr imago Dei.

Vs 15 Primogenitus omnis creaturae &c.

Adversarij hinc ita argumentantur:

Chrs est Primogenitus omnis creaturae. Er. genitus est ex Essentia Pris ante omnes creaturas. R. Plus est in Consequente quam fuit in Antecedente; nulla enim fit mentio in Antecedente Essentiae, neque Pris. Deinde validissimis argtis probatum est superius (in explic. Matt. 16 v. 16) Chrm ex Essentia

Essentia Patris nec genitum esse, nec gigni potuisse.

Porro fallacia Petitionis principij committitur; Hoc enim est in quaestione: An Christus ex Essentia Patris est genitus. Nos negamus propter rationes supra allatas.

Notandum tamen quod vox Primogenitus duo in se continet. 1 quod sit ex numero eorum, cuius est primogenitum. 2 quod sit primum, principium et excellentissimum eorum, ut primogenitus fratrum est, et unus ex numero fratrum suorum. (Sic primogenitus gregis est, et unum ex grege et etiam principium vel praestantissimum gregis). Sic dicitur Christus primogenitus mortuorum, Cor. 15 quia est unus ex illis qui mortui fuerant, et est etiam primus et praecipuus ex mortuis omnibus, qui ex morte ad vitam pervenerunt. Hoc modo dicitur primogenitus omnis creaturae, quia est unus e creaturis, et etiam primus et praecipuus novae creaturae; hic enim Apostolus agit de nova creatione. Hoc patet ex eo

1 Quod hic ille dicitur primogenitus creaturae qui effudit sanguinem; At qui Christus etiamsi extitisset ante primam creationem; tamen tunc sanguinem non habuit. E. tunc non fuit nec esse potuit primogenitus.

2 Quia expresse dr hic Chrm esse Creaturam; Et Creaturae sunt duplices: Aliae veteres, aliae Novae. Jam autem ipsimet Trinitarij negant Chrm esse unum ex veteribus creaturis. Sequr igr eum esse unum ex novis creaturis.

3 Circumstantiae hujus loci ostendunt Apostolum hic agere de nova creatione et novis creaturis, ut postea videbimus in explicatione verborum sequentium. Et cum condita sit.

Notandum Praeterea hic quod vox simplex Creatura ponitur pro nova creatura. Etiam alibi fit hoc apud Aplos ut Jac 1 v 18. Rom 8 v 19, 23. Eph 2 v 10.

Ratio quod pro nova creatura simplex vox ponitur, est haec: Hebraei carent Compositis vocibus: Apli ut Hebraei, hebraismum assueti erant, licet graece scriberent; tn suae linguae phrasibus utebantur, hoc omnibus in confesso est. Inde factum est, cum de nova creatione agerent, non dicunt quod per Chrm sint omnia refecta, recondita, recreata, sed hebraeorum more condita, creata, facta sunt. vid sup in explic. Joa 1 v 10.

Vj 6 Quoniam per ipsum sunt condita omnia.

A v 16 usque ad 21 hunc locum explicant Trinitarij de veteri creatione, et hinc volunt colligere, quia

dr per

dē per Chrm̄ esse condita omnia, eum fuisse ab æterno, et unū illū Creatorē cœli et terræ, sed valde aberrant. Ratio est. Etiamsi daretur ipsis hic de veteri creatione agi, tū hinc nō sequeretur Chrm̄ esse ab æterno, quia Arriani fatentur etiam primam creationē per Chrm̄ esse factā, negant nihilominus eum ab æterno fuisse vel existisse. Dicunt enim λόγον à Deo ante omnes creaturas esse creatū et per hunc λόγον postea cœlū et terram et alias omnes creaturas conditas esse. Multominus sequitur ex hoc loco Apli Chrm̄ esse unum illū Deū Creatorē cœli et terræ. Nam hic nō dē, Chrs condidit omnia, sed dē, quod per ipsū omnia sūt condita. Si per Chrm̄, sequitur eū nō esse primam causam creationis, sed secundum, et sic unus ille Deus esse nō potest. Rāo, quia per unum illū Deū nemo aliquid facere aut condere potest.

Sed et hoc falsū est, quod Adversarij hic pro concesso sumunt, nempe Aplum hic agere de veteri creatione, hoc demonstro sic:

1 Quia prima creatio ubique uni illi Deo qui est pr̄ adscribitur.

2 Quando vetus creatio describitur, nunquā addit hæc pr

additē hæc particula ꝑ Chrm; quando vero de nova agunt Apli dicunt semꝑ in Chrō vel per Chrm

3 Aplus hic facit mentionē redemptionis, remissionis peccatorū, pacificationis, sanguinis, crucis, mortis, quæ nullo modo ad veterem creationē ꝑtinere possunt, quia Pris tunc sanguinē nō habuit, neq; mori potuit ꝛc. Sed hæc ꝑtinent ꝓprie ad novā creaōem tanquā media, ꝑ quæ nova creatio ꝑfecta est.

4 Hic nō dr coelū et terra esse cōdita, sed dr condita esse omnia quæ sunt in coelo, et in terra. Fuerunt igr coelū et terra, quādo hæc creaō est facta, de qua hic agitr.

Porro Sciendum est quod Moses descripserit veterē creationē. Apli et Evangelistæ novā. Accedit quod Paulus Eph 1 ꝛ 10 qui locus huic respondet manifestē de nova tm creaōe agit.

Ut autem verba hujus loci melius intelligantr hæc sequens tabella inspicienda est.

Hæc æquipollent.

Nova creaō, Reformaō, Renovaō. Hæc species sr horum: Recapitulaō, Reconciliaō, Pacificaō, Regeneratio, Redemptio, Instauratio. Recapi-

Recapitulaõ Eph 1 v 10. hæc pertinet ad { Angelos et Homines

Reconciliaõ 2 Cor 5 v 19. Eph 2 16. Hæc pertinet ad Hoẽs cũ Deo

Pacificaõ Col 1 v 20 Eph 2, 6, 15. Hæc pertinet ad { Angelos cũ hoĩbus Judæos cũ gentibus.

Regeneraõ Redemptio Joã 3 v 5
Eph 1 v 7. 1 Pet 1, 23. Jac 1, 18. Hæc pertinet ad Solos hoĩes.

Nota Heb 1 v 2 loqr Aplus de futuro orbe, id quod testatur Author idem cap. 2 v 5. vide infra.

Nota. Joh 1 loqr Evangelista quoque de nova creaõe, sed ea quæ ad Solos homines pertinet, ea omnia dicuntur ibi per Chrm facta, quæ ad Evangelium et novũ cultũ Dei quoquomodo pertinent, per ea sunt homines renovati vid infra.

Per eum omnia condita sunt.

Aplus loqr in hoc loco primo in genere de tota hac reformatione per Chrm facta, nempe his verbis: Per eum condita sunt omnia in coelis et in terris visibilia et invisibilia. Deinde hæc Omnia quæ sunt, describit, et reformationẽ eorũ quæ sunt in coelo et in terra; quatenus Chrs illis cœpit dominari eos regere et gubernare, et hoc agit

usque

usque ad 19. In altera parte describit reformationem eorundem quatenus inter se sunt reconciliati, atque erga Deum usque ad 23.

Rursus prior pars dividitur in duo membra: In coelestes nimirum et terrestres, seu visibiles et invisibiles. Primo assumit Paulus coelestes seu invisibiles, explicat his verbis: sive throni sive dominationes sive potestates.

Hic notandum quod per thronos, dominationes, potestates etc. Apostolus intelligat Angelos. Angeli dicuntur reformati quatenus qui antea soli Deo Creatori suo obediebant et subjecti erant, nunc etiam ipsi Christo obediunt et subjecti sunt, qui est iam Rex ipsorum, quae sane mutatio non vulgaris est renovatio et reformatio.

Postea assumit Paulus alterum membrum prioris partis, et explicat qui sunt terrestres seu visibiles et inquit 18. Et ipse est caput Ecclesiae corporis qui est principium et primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus primas tenens. Hic videmus quod Apostolus per eos quos antea terrestres et visibiles nominavit intelligat homines in Ecclesiam suam, cujus caput Princeps et Dominus factus est Christus, et sic sunt omnia denuo condita seu reformata, quae sunt in

coelo

coelo et in terra, quod Deus Christo homines et Angelos subjecit et fecit eorum Regem, caput et Dominum eorum.

Nonne haec magna mutatio et renovatio fuit? Et ita absoluta prima parte reformationis, Apostolus posteriorem partem aggredere et explicat eam 19 et 20 ubi agit de reconciliatione et pacificatione eorum quae sunt in coelo et in terra.

Angeli quoque non poterant esse hominibus addicti et benevoli propterea quod homines Deum Creatorem deseruerant, cui ipsi, scilicet Angeli fideliter adhaerebant et gloriae Creatoris sui unice studebant. Postquam autem homines cum Deo sunt reconciliati per Christum, reconciliati quoque sunt Angeli cum hominibus, ita ut jam sub uno capite Christo Angeli et homines Deo Creatori suo serviant.

Hoc vult Paulus dicere, ubi inquit; quod per eum reconciliata sunt omnia pacificans per sanguinem crucis, quae in terris et coelis sunt.

Nota ubi dicit Christum esse ante omnia, non referendum ad tempus, sed ad dignitatem, ubi etiam Apostolus semet ipsum explicat inquiens: Est primogenitus ex mortuis etc. caput Ecclesiae.

Col 2

Colossen 2 v 9

In ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter

Adversarij dicunt plenitudinem Divinitatis denotare Divinam naturam, quam dicunt esse unum illum Deum. Vocem Corporaliter humanam naturam. Inde sequi putant quod in Christo sint duae naturae, sed falsum est utrumque.

Primum ideo, quia etiam de Pijs dicitur quod impleantur omni plenitudine Dei Eph 3 v 19. qui tamen duabus naturis non constant.

Deinde ipsa Antithetis quam Paulus hoc in loco facit inter Christum et legem ac Prophetiam, evidenter demonstrat hic per plenitudinem divinitatis non naturam aliquam Divinam intelligi, sed aliud quippiam. Quid autem illud sit antea innuit his verbis inquiens: In Christo reconditi sunt omnes thesauri cognitionis et sapientiae Dei.

Intentio Apostoli et Scopus est ut monuerat Colossenses, ne usquam alibi quaerant quomodo jam Deum colere debeant, quam in Christo. Non ex Prophetia neque etiam ex lege, sed ex Evangelio Jesu Christi petendam rerum divinarum cognitionem.

Vox corporaliter, est idem quod vere solide, et opponitur typis et umbris. Apostolus vult dicere

In Christo

In Chro revera et Solide omnem prorsus divi-
nar rerum et Potissimum divinae voluntatis cogniti-
onem esse.

Ex hoc loco contra Adversarios.

Plenitudo Divinitatis aut est essentia tribus Perso-
nis communis, aut prima persona Trinitatis, aut
secunda aut tertia. Si est essentia, tota Trinitas
fuit in Chro et est etiam incarnata: Nam essentia
est communis tribus personis: Si vero prima persona,
scilicet Patris, vel 3tia, scilicet S.S est illa plenitudo, sequitur
quod Pater, vel Spiritus S. sit incarnatus; Illud enim est
incarnatum quod hic nominatur plenitudo divinitatis.
Si vero 2da Persona scilicet Filius est incarnatus, pro-
bent quod sint tres Personae in una Essentia. Item
quare non prima vel tertia persona sit incarnata,
et quomodo haec sola sit incarnata.

1 Timoth 3 ℣ 16.

Magnum est pietatis mysterium. Deus manifestatus
est in carne, iustificatus est in Spiritu, visus est Ange-
lis, ꝓdicatus gentibus, receptus est in gloria.

Ex hoc loco volunt Trinitarij probare suam in-
carnationem; dicunt enim Christum esse hunc Deum qui
manifestatus

manifestatus est in carne, et ex eo constare, quod habeat duas naturas. Respondeo.

1 Quod vulgata versio nō hēt vocem Deus, sed omnia quæ hic dicuntur referuntur ad pietatis mysteriū. Deinde

2 Si vox Deus admittatē, nō de Chrō, sed de Pre accipiendum esse, sic probatur:

Quod subjecti loco ponitē: Hæc enim rta in Theologia verissima est: quando vox Deus in N. T. subjecti locū obtinet Pre intelligr.

Notan. Quia cognitio Dei consistit in cognitione Essentiæ et voluntatis Dei, sive iam hoc, sive illud manifestetē, recte dē quod Deus sit manifestatus. Certū autem est quod Dei essentia nobis nunc sit incomprehensibilis; voluntatem vero suā omnino vult et sciamus et faciamus. Igr hæc nobis est manifestata.

Per quos autē Deus voluntatem suā manifestaverit, hoc indicat Aplus inquiens: in carne, nō ꝑ Angelos, neqz ꝑ Potentes et Sapientes hujus mundi, sed ꝑ tales qui caro erant ē infirmi, contempti, abjecti, fragiles, ut erāt Chrs et Apli

Nota Car

Nota. Caro in Scriptura saepe ita accipitur ut Esa 40 et Job 3. Et Chrs ipsemet dicit se non habere ubi caput reclinet Luc 9. et 1 Cor 4 vocat Aplos Paulus reiectamenta περιψήματα mundi. Heb 2 et 4 dicit Chrm tentatum per omnia. Hoc est magnum illud mysterium quod Deus non per Angelos, nec per Potentes et Sapientes huius mundi; sed per infirmos, abjectos, qualis erat Chrs in hoc mundo, quales item Apli erant, suam voluntatem de nostra salute manifestare voluit. Et quia hi coram mundo ita contempti, abjecti erant, edebant miracula divina, per quae multi moti credebant eorum praedicationi et glorificabant Deum, et sic iustificatus est Deus, cum viderent homines illa divina opera, quae Chrs et Apli edebant, adhibebant eis fidem, vera esse quae Dei nomine annunciabant.

Tunc praedicatus est Deus gentibus et eius cognitio recepta est in mundo gloriose. Et visus est Angelis h.e. tunc intellexerunt Angeli voluntatem Dei de salute nostra.

Ad

Vide Eph 3 v 10 quomodo Apostolus explicet.

Absurda ex interpretatione Adversariorum:

Per vocem Deus hoc in loco intelligitur aut essentia, quae tribus personis est communis, aut Pater, qui est prima persona in Trinitate, aut Filius, qui est 2da, aut S. Sanctus qui est 3tia. Si vero jam prima, si vero 2da, si vero 3tia intelligatur hic, sequitur secundum Trinitarios, quod in Trinitate aliquid accesserit quod antea non fuit, nempe humana natura: Fuit igitur Trinitas antea vel perfecta vel imperfecta. Si fuit perfecta, nihil accedere potuit, aut si aliquid accessit, nunc aliquid abundat in ea. Si autem Trinitas fuit imperfecta ante incarnationem, unus ille Deus esse non potuit, quia in eum imperfectio non cadit. Vid. in fr. plur. et contra incarnat.

Tit 2 v 13

Expectantes adventum magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi &c.

Trinitarii dicunt, hic dicitur Christus magnus Deus Ex. est unus ille Deus. Respondeo.

Antecedens falsum est, inde patet, quod duo hic sit mentio, magni scilicet Dei, qui est Pater, et Salvatoris qui est Christus

qui est Chri. Rem sic se habere ostendit conjunctio copulativa et interposita.

Adversarij dicunt ad hoc: haec duo ad unam sunt referenda, propterea quod unus articulus sit oppositus τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτηρὸς ἡμῶν. Respondeo.

Hoc non est perpetuum cum unus articulus praefigitur duobus quod unam personam denotet. Exempla contraria ostendunt Matth 21 v 12. Marc 11, 15. Luc 19 v 25 vendentes et ementes. His dictionibus unus articulus praefixus est, et tamen diversas personas denotant. Eph 3 v 5. Hic quoque videtur articulum esse oppositum diversis personis ita etiam hoc loco.

Notandum quod Apostolus hic loquitur de apparitione gloriae, et dicit hanc gloriam seu apparitionem gloriae esse tum magni Dei, tum Salvatoris Jesu Christi. Et quidem recte, nam Chri venturus est in gloria Patris sui Matt 16 v 27. Si igitur illa gloria in qua venturus est, Patris est; patet in hoc loco intelligi per magnum Deum Patrem; nam gloria illa, quae hic dicitur magni Dei

alibi vocat

alibi vocatur gloria Patris. Unde sequitur magnum Deum et Patrem idem esse; Dicitur tamen haec gloria etiam Salvatoris Christi; nam quae Patris sunt, ea etiam sunt Filij Joan. 16 et 15 quia Pater dedit Christo omne iudicium Joh. 5 et 22.

Hebraeos 1 v 2.

Per quem fecit secula.

Ex hoc loco putant Adversarij constare Christum esse ab omni aeternitate, et ideo unum illum Deum, quia dicunt hunc visibilem mundum per eum conditum esse. Et sic raciocinantur:

Quod antiquius est mundo visibili illud est aeternum; At cum dicitur per Christum secula condita esse aperitissime innuitur eum ante mundum visibilem fuisse. E. est aeternus. Respondeo. Major non est universaliter vera; nam Angeli sunt antiquiores mundo visibili, nec tamen sunt aeterni. Ad minorem dico, vocabulum mundi plures habere significationes. Non solum haec machina coeli et terrae dicitur mundus, sed etiam homines

et futurum

et futurum illud Saeculum quod etiam Christo praesens est. Vid. sup. in expl. Joh. 1 v. 10

Apostolus in hoc loco Heb. 1 v. 2 non loquitur de veteri mundo, nec etiam de hominibus, sed de futuro saeculo. Ratio est, quia Apostolus semetipsum explicat c. 2 v. 5 de quo mundo loquitur, inquiens: Non Angelis subjecit orbem futurum, de quo loquimur. Accedit quod in Graeco habetur αἰῶνας, quae potius aeternitatem sanctae videtur quam machinam coeli et terrae, et hominis.

Nota. Futurum illud Saeculum est per Christum factum, non autem factum est simpliciter et absolute, nam una cum Deo semper fuit, sed respectu nostri, quatenus nobis factum est, quibus Christus id revelavit, promisit, et daturus est, eo scilicet modo, quo et gratia et veritas dicitur per Christum facta esse.

Contra Adversarios ex hoc loco.

Per eum dicitur Deus condidisse saecula quem constituit Haeredem, et per quem locutus est novissimis diebus; At Deus constituit haeredem et locutus est per hominem Jesum Christum. Ergo per hominem J. C. condidit saecula.

Et cum

Et cum homo Jesus C. est natus, jam ante aliquot centenos annos creatus erat mundus visibilis. Ergo hic nō agit de prima creatione.

Confirmatz adhuc ex eo quod dr Deus Pater locutus per Filium quam conderet saecula; At cum locutus est per Filium tunc hic visibilis mundus jam factus erat. Adde Apostolus hic loqr de tali mundo in quē Chrs iterum est introductus. At Chrs nō iterū in hunc mundum presentē est introductus, sed semel tm; in futuro autē mundo Chrs etiam antea fuit.

3 Qui est splēdor et character ὑποστάσεως eius

Trinitarij putant hinc comprobare posse Chrm esse unum essentiā cum Pre, et porro Unus ille Deus &c. Respondeo.

Hic nulla fit mentio Pris, nec essentiae. Item nō dr hic Chrm esse splendorē Dei, vel characterē Dei, sed Chrm esse splendorē gloriae Dei et characterē Substiae Dei.

Nota. Hoc in loco Relativū eius refert vocē Dei, quae antecessit. Apostolus enim vult dicere: Chrs est splendor gloriae et character ὑποστάσεως Dei

Dei. Etsi idem omnino est Deus qui Pater Christi, tamen diligenter observandum quae voces ponantur propter adversariorum effugia.

Sciendum itaque quod Apostolus hic non agit de eo Christus qualis sit Filius, vel quatenus sit Filius, sed simpliciter quod sit splendor gloriae et character ὑποστάσεως Dei. Haec duo quoad sensum idem fere sunt et unam rem sciant, nisi quod posterius potentius et sciantius exprimit mentem Apostoli. Videndum igitur Christus quomodo sit splendor gloriae et character substantiae Dei.

Cognitio Dei consistit in cognitione essentiae Dei et voluntatis. Quoad essentiam Deus est inaspectabilis, nec opus est hominibus ad salutem ut essentiam ipsius habeamus charactere seu imaginem, quemadmodum nec dari potest; sed voluntatis divinae cognitio omnino necessaria est ad salutem.

Iam quia voluntas Dei plenarie et perfecte per Christum est revelata et gloriose confirmata, inde factum quod omnes qui cognitione divinae voluntatis sunt collustrati glorificarunt Deum.

Propterea dr Chrs splendor gloriæ Dei, scilt respectu nostri et figurato loquendi modo, quo etiam dr Lux, via, Janua ostiu p metaph.

Verba autem Character ὑποστάσεως eius rem eandem exornant. Hypostasis hoc loco scat perfectionem rei et opponitz imperfectioni, quod patet ex his locis infr. c. 3 n. 14. 1 n. 3. 2 Cor. 9 n. 4 Character et vestigiu impressio seu figura.

Aplus vult his duabus dictionibus exprimere voluntatem divinam p Chrm nobis no obscure nec in umbris, sed expresse et aperte, nec partialiter sed integre et absolute et plenarie revelatam esse. vid. sup. in expl. Col. 1 n. 15.

Quemadmodu alibi dr etiam in Chro habitare omnem plenitudinem divinitatis vel Deitatis. Hunc esse sensu hoe verboe docent omnes circumstantiæ.

Ex hoc loco contra Adversarios.

Si vox Hypostasis p persona sumitr hoc in loco ut Trinitarij aliqui volunt, sequr in Deo unicam tm esse personam, uti etiam in unitate est. Rao; quia vox DEUS hic absolute ponitr; est enim in græco additz articulz et dictus

ὁ Deo

ὁ θεός. Unde constat hic agi de uno illo Deo, huius illius Dei character hypostaseos dicitur autem Christus, ex quo sequitur, non plures, sed unam tantum personam esse in Deo. Aliud.

Si Christus est splendor gloriae unius illius Dei, non est Deus cujus gloriae splendor est; Atqui verum prius. Ergo et posterius. Item.

Si Christus est splendor gloriae et character hypostaseos Dei, non est idem ille Deus cujus hypostaseos character est Christus; Atqui verum Antecedens. Ergo et consequens.

V 3 Portans omnia verbo potentiae suae.

Ific ita ratiocinantur Adversarij:

Conservatio est opus Unius illius Dei, quatenus scilicet a seipso habet potentiam conservandi omnia, hoc enim modo nemo conservat nisi unus ille Deus.

Respondeo ad Majorem. Conservatio est opus Unius illius Dei, quatenus scilicet a seipso habet potentiam conservandi omnia; hoc enim modo nemo conservat nisi unus ille Deus.

Ad minorem dico: Si Christo alicubi tribuitur conservatio, tunc ita tribuitur tanquam illi qui a Deo habet pot

hoc potentiam conservandi: siquidem ipsemet Christus
Joan. 5 quod à seipso nihil quicquam possit facere.

Nota. Quod locum de Pli attinet is non agit
de conservatione, sed de gubernatione, hoc indicat
illud, quod sequitur verbo potentiae suae.

Verbum hoc loco sciat imperium, iussum. Accedit quod
graeca vox Φαίρειν inquit Erasmus hoc in loco non sciat
bajulans, portans, sed potius movens ac moderans,
quia qui aliquid portat vel fert, id dirigit prout vult.

Jam quia omnia dirigit et moderatur Christus quae
ad regnum suum et populi sui salutem spectant et perti-
nent, ideo portare dicitur ea. Hinc dicitur Esa 9 quod
principatus sit super humeris eius. Cum hoc consentit
illud Joh. 5 Pater neminem judicat sed Filio dedit ei.

Judicare iuxta Hebr. idem sciat, quod regere
Praeterea, vox omnia, hic, ut etiam alibi ad ea
tantum accomodanda est, quae ad Christi regnum quoquo-
modo pertinent, nihilo excepto, nisi uno illo Deo.

1 Cor 15

Christus duplici modo gubernat omnia: vel quatenus
ad omnia eius imperium divinum reipsa ex-
tendit, vel quatenus extendi potest. Reipsa extendit
ad populum suum, sed potentia extendi potest super
omnia quae sunt in coelo in terra, et in abysso tantum Patre excepto.

X 6 Adorent

℣ 6. Adorét eum omnes Angeli &c.

Ita ratiocinantē Trinitarij:

Angeli adorant Unū illū Deum, Angeli adorant Christum. E. Chrs est unus ille Deus. Respondeo. Quod hujusmodi collectiones non valeant ostensum est supra. Hoc sequr tn ex hac collectione Angelos adorare duos, nempe unū illū Deū et Chrm, quod verissimū est sub Novo Fœdere.

Notandū Modus colendi et adorandi Deū alius fuit sub V. Fœdere, alius itē est sub N. T. Sub V. T. colebatē Deus unus et solus, ad ipsum directē omnis cultus deferebatē. Sub N. T. colitē et adoratē unus ille Deus, per aliū, nempe Chrm, quē ille etiam coli vult.

Colitē unus ille Deus tanquā Summus.

Colitē Chrs tanquā is quem Pater exaltavit et coli vult. Firmū manet nihilominus Præceptū Dei antiquum de Solo Deo adorando et colendo; nam Chrs nō ita colitē et adoratz tanquā unus ille Deus et altissimus, sed tanquā Filius illius unius Dei altissimi. Et omnis Christi adoratio et cultus, ipsius Dei cultus et adoratio

et adoratio est, quia per Christum colimus Deum, omnis Christi cultus tendit ad gloriam Dei Patris Phil 2 v 9.

Praeterea observandum, quod Christiani non ex Prophetis debent discere, quomodo Deus nunc sit colendus, sed ex Evangelio Jesu Christi, et Apostolorum doctrina. Nam haec docet et homo Jesus C. cui Pater omne judicium dedit, quem exaltavit et constituit Haeredem omnium, colatur adoretur, siquidem hic cultus tendit ad gloriam Dei P.

Item ex his verbis: adorent eum omnes Angeli ita ratiocinantur adversarij: In Ps. 9 2 v 8 dicuntur haec verba: Adorate eum omnes Angeli, de uno illo Deo. At Apostolus applicat ea Christo. Ergo Christus est unus ille Deus.

Respondeo ad Propositionem per distinctionem. Certum est enim non uno modo dicta V. T. a Scriptoribus N. T. adduci et citari.

1 Aut tanquam promissiones et Prophetiae

2 Aut velut similitudines per accomodationem.

3 Aut per allusionem, propter vocum et rerum quandam affinitatem. Sup. vid. in expli. Matt 11 v 23.

Quocunque modo jam verba ex V. T. adducantur ab Apostolis et Christo applicantur, palam est quod

tunc

tune non coniicitur Christum esse unum illum Deum.
Falsissima est hæc collectio: In V. T. de uno illo Deo
dictum est, in N. T. applicatur Christo. E. Christus est unus
ille Deus. Simili modo ita colligerem: In V. T.
Davidi dictum est aliquid, in N. T. applicatur
Christo. E. Christus est David. In V. T. dictum est:
Bovi triturantis non obligabis os, in N. T. appli-
catur Ministris. Ex. Ministri sunt boves.

XVIO. Tu Domine in principio fundasti ter-
ram et opera manuum tuarum sunt coeli, ipsi peribunt,
tu autem permanes.

Hæc verba interpretantur Trinitatis de Christo, sed
Falso. Ratio est, quia sensus Apostoli non admittit.
Nam propositum Apostoli fuit demonstrare Christum esse
factum præstantiorem Angelis. Hic autem id nullo
modo probari potest quod creaverit cœlum et ter-
ram. In hac re quidem Christus Angelis præstantior
fuisset, si effici non potuisset: Nam hæc præstantia
nullo modo potuisset acquiri. Deinde inconve-
niens, imo absurdum fuisset Creatorem confer-
re cum creatura. Quis enim nescit Creatorem

semper esse Constantiorem creaturam. Hoc non indiget probatione.

Videndum ergo est, si haec verba ad Christum non pertinent, sed ad Deum Patrem, quomodo hic ab Apostolo posita sunt.

Duae sunt sententiae: Alij dicunt in his verbis: Tu Domine in principio terram fundasti, Apostrophen esse ad Patrem; Cum enim Apostolus ageret de homine Jesu Christo et considerare quanto pere Deus eum, qui mortuus fuerat jam evexit et exaltavit, adeo ut eum excellentiorem Angelis faceret, raptus est in admirationem, quasi diceret: Quid miror Domine si tu hominem ad tantam majestatem evexeris, cum tu coelum et terram creaveris et mundum hunc iterum dissoluturus sis. Ut autem plus ponderis haberet sua admiratio, non suis, sed Prophetae verbis utitur, Consertim cum prophetiam aliquid exprimere vellet.

Aliqui vero dicunt usitatum esse apud omnes Scriptores, ut uni ut sententiola vel etiam vocula causa integras prolixiores causas adducant.

Bellarminus sic loquitur hac de re: Ecclesia propter unam atque alteram sententiam quae ad rem praesentem facit

facit, totū aliquē locū scripturæ legare solent, etiamsi major pars ad rē pertinentē nō facit.

Ita factū est in hoc loco Heb. 1. 10. Apostolus adducit integrū locū a Ps. cuius postrematū et minima pars ad propositū facit, nempe, hæc verba: illi peribunt. In quibus vaticinium est de abolitione mundi. Hæc autem abolitio mundi per Christum est efficienda. Hic enim ibi est per quē decrevit Deus mundū judicare et abolere.

Jam dū Apostolus hæc verba, quæ ad rem præsentem faciunt, adducere voluit, nō potuit ea à præcedentibus, quæ in his ad rē pertinent separare sine mutilatione, quia ita cohærent ut sine mutilatione verborē separari nequeant.

Voluit igr Author integrū locū adducere et judicio Lectoris Pij permittere et dijudicare quæ verba ad propositū faciant. Habemus iam exempla in Sacris Matt. 12. 18, 19, 20, 21. Ibi tm hæc pauca pertinent ad rem: nō contendet, nō clamabit. Act. 2, 17, 18, 19. Pauca pertinent ad rē, reliqua omnia nō nisi orationis complendæ

complendæ cāa sunt addita.

Ex hoc loco contra Adversarios.

Unus ille Deus est creator cœli et terræ; At Chrs nō est unus ille Deus. E. Chrs nō est creator cœli et terræ. Minorē probo ex hoc loco Heb. 1. Per quemcunqz Deus locutus est, quē constituit hæredem, p quē sæcula fecit, qui est splendor gloriæ ejus, qui sedit ad dextram majestatis illius in excelsis, qui præstantior factus est Angelis qui cp illis nomē excellentius sortitus est, cui dictū est: hodie genui te, Filius meus es tu, qui Prem hēt, qui Filius est, qui est unctus, qui in orbem introducitur, qui ex mandato Pris adoratur, ille nō est unus ille Deus; Atqui p Chrm locutus est Unus ille Dei E. nō est unus ille Deus.

Heb 2 ℣ 14.

Quia pueri communicarūt carni et sanguini et ipse similr participavit eisdem.

Ex hoc loco putant Trinitarij pbari posse Chrm incarnatū esse, et p consequens eum constare duabus naturis.

Ad hoc ita respondeo: Si necessarium esset credere

credere Christum incarnatum esse ad minimum semel expresse dictum fuisset in S. Lris, quemadmodum reliqua quae omnino necessaria sunt ad Salutem.

Sed nusquam dr Christum incarnatum esse et constare ex duabus naturis. Unde liquet quod ista vel sint falsa, vel ad Salutem non nsnia.

Deinde neqz per collectionem poterit hic probari incarnatio: Nam hic nulla fit mentio incarnationis, nulla itidem humanae naturae, sed carnis et sanguinis. Jam autem qui participat carni et sanguini, humanam naturam praeditum esse nsse est, quia dr de pueris et fidelibus quod participarunt de utroqz.

Nota Caro et Sanguis hoc loco non scat humanam naturam, sed infirmitatem, dolorem afflictionem, mortem. his enim subjecti sunt fideles ex voluntate Dei. Christus cum fidelium Dux esse deberet, voluit Deus ut et ipse his obnoxius esset, et sentiret dolores, afflictiones, mortem, ut hinc fideles consolationem caperent, et in Christo viderent qualiter nos

Deus Dnus

Deus suos filios ad supremam beatitudinem perducat, et ut ipse Christus fidelis Pontifex fieret Heb. 2, 17.

Ex hoc loco contra Adversarios.

Si Christus propterea incarnatus dicendus esset, et eum constare duabus naturis, quod participaverit carni et sanguini, necessario sequitur pueros et fideles quoque incarnatos et duplicis naturae esse: Nam Apostolus dicit Christum pari modo carnis et sanguinis fuisse participem ut fuerant pueri et fideles.

Ex 16. non enim Angelos apprehendit sed semen Abrahae.

Hunc locum quoque detorquent Trinitarii ad incarnationem suam astruendam, sed frustra. Ratio est, quia, nullo exemplo probari potest quod vox apprehendere vel assumere idem sit quod incarnari, vel ut ipsi loquuntur, hypostatice uniri.

Deinde semen Abrahae non sunt idem quod homo vel humana natura, sed posteritatem Abrahami. Hoc autem in loco intelligit Apostolus per semen Abrahae fideles tantum; de his enim loquitur Apostolus et liberatione ac cura eorum, quod patet ex praecedenti

praecedenti versu, in quo dictum fuerat de liberatione ex metu mortis.

Postea per haec verba: (non apprehendit Angelos, sed semen Abrahae) declarat: Hoc indicat particula enim, per quam haec verba superioribus nexa sunt.

Apostolus vult dicere: Christus non est Servator Liberator Angelos, sed hominum fidelium, ideo necesse fuit ut in omnibus quae in homines fideles adversa cadere possunt, similis fieret et illis opitulari posset.

Vox ἐπιλαμβάνεται potest etiam verti opitulatur ut etiam Castellio fecit. vid Enyed pagi 397.

Vox ἐπιλαμβάνεται ÷ apprehendere, vel assumere, seu juvare aliquem, seu opitulari alicui, vel aliquem ideo apprehendere ut ei opitulentur et servetur Heb 8, 9. Matth 14 31. Marc 7 33 c. 8 v 2, 32.

Hebr 10 v 5.

Hostiam et oblationem noluisti, corpus adaptasti.

Etiam ex hoc loco volunt quidam incarnationem adstruere, sed nimis ineptè, id quod ex rationibus

rationibus sequentibus patebit:

1 ipsa incarnatio est merum figmentum.

2 Nullo argto, nec ullo testimonio probari pstt, ingressum in mundum scare incarnationem.

3 Aplus ait tunc dicta esse hæc verba hostiam et oblationem noluisti cum est Chrs in mundum ingressus, sed ista verba dicta sunt ætate Davidis ut patet ex Psal 40 unde depromptæ sunt et huc translata. E. sequr hoc absurdum est sententia Trinitariorum Chrm ætate Davidis fuisse incarnatum.

Notandum præterea hic verbo fieri ab Aplo non de præsenti mundo, sed de futuro. Hinc patet, quia Chrs non est ingressus in hunc mundum præsentem, sed in eo natus est, et existere cœpit. Jam autem ingredi est actio: Actiones autem non sunt nisi suppositorum et entium: Nam quod reipsa non est id etiam reipsa aliquid agere et facere non potest; At si Chrs est ingressus in mundum, reipsa extitit; sequr igr hunc ingressum Christi in mundum non intelligendum de incarnatione ejus, sed de eo quando in futurum mundum est ingressus, quod factum est

est per ascensionem in coelum; tunc enim aperuit illi Deus corpus ad vitam illam coelestem accipiendam. Nam antea habebat Christus corpus, quod infirmitatibus, morti erat obnoxium, uti videmus quod passus et mortuus est Christus. Sed post ascensionem dedit illi Deus corpus immortale, spirituale et glorificatum.

Hunc esse sensum verborum Apostoli, hinc constat quod Apostolus dicit quam primum Christus est ingressus in mundum sacrificia et holocausta sublata esse, et Christi sacrificium accessit. Jam autem Christi sacrificium non est inchoatum in nativitate ipsius, sed in cruce, cum sanguis Christi funderetur, et perfectum est in coelis quando in sanctuario Dei coram Deo apparuit. Tunc cessarunt sacrificia legalia. Expressi enim dicitur c. 8 v. 4 si Christus in terris esset non posset esse sacerdos. Et c. 7 v. 26 dicitur: debuit fieri coelis sublimior ut esset Pontifex.

Heb 11 v. 26.

Moses majores divitias existimans probrum Christi, thesauro Aegyptiorum. Hinc patet

Hinc putant quidam colligi posse Christum ætate Mosis extitisse, ideo esse eum ab omni æternitate. Respondeo

Hic non agi de Christo, sed tantum de afflictionibus, seu probro Christi.

2 Etiamsi Trinitarij probare possent Christum ætate Mosis extitisse, non tamen sequeretur statim eum ab omni æternitate esse: Nam Arriani fatentur Christum extitisse ante omnes visibiles creaturas, nihilominus eum æternum esse negant.

Quod hunc locum attinet sciendum est quod Sacri Scriptores sæpe solent rem aliquam appellare eo nomine quo tunc cum scriberent certo respectu appellabatur, vel appellari poterat, etiamsi isto nomine res illa tunc cum fieret nec appellaretur nec appellari posset. Paulus Gal 6 v 16 dicit se stigmata Christi in suo corpore portare, non quod stigmata in corpore Pauli existentia revera essent Christi, sed quod stigmatibus Christi essent similia, vel stigmata Christi, repræsentantia.

Sic etiam hoc loco vocat Apostolus probrum, quod Moses passus est, probrum Christi, quia similis erat

ei

ei quod tum patiebantur fideles propter nomen Christi, cum Paulus hæc scriberet. Exemplum huius rei habemus 1 Pet. 1 Ad 11 et in hac epist. Heb 13, 13 inquit Aylus pios probrum Christi portare. Certe non idem numero probrum portant Pij, nec eandem nro crucem, sed in specie idem probrum, et crucem, aut certe similem probro et cruci Christi.

1 Petri 1 Ad 11.

Scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi, prænuncians eas quæ in Christo sunt passiones, et gloriam.

Hinc quoque conantur Trinitarij probare Christum olim tempore Prophetarum in V. T. extitisse, quia dicitur quod Spiritus Christi in ipsis fuerit, licet nihil hinc firmi contra nos extruere queant.

Respondeamus tamen,

T. Is Spiritus qui nunc Spiritus Christi dicitur potuit in Prophetis V. T. esse etiamsi tunc Christus reipsa non extitit. Ratio est, quia Deus potuit eundem Spiritum quo Prophetas donaverat in Christum quoque effundere. Siquidem unus est Spiritus

quamvis

Quamvis varia sint eius dona. Prophetis secundum mensuram, Christo autem sine mensura dedit eundem spiritum.

Hoc etiam usitatum est quod Sacri Scriptores solent rem aliquam appellare eo nomine, quod tunc cum scriberent certo respectu sic appellabatur vel appellari potuit, etiamsi isto nomine res illa tunc cum fieret sic non appellaretur, nec appellari jure posset.

Ita hoc loco Apostolus Spiritum Dei quo Prophetae V. T. expediti erant appellat Spiritum Christi, quia tunc cum Petrus scriberet constabat Spiritum illum Dei, spiritum Christi appellari posse.

Praeterea notandum est, quod ad aliquem quoquomodo spectat dicitur etiam esse illius. Sic dicitur Spiritus veritatis 1 Joan 4. Item Spiritus mendacii, Spiritus erroris etc. Eodem sensu hic spiritus Christi dici potest, quemadmodum Spiritus veritatis, sic dicitur quod ea suggerat iis in quibus quae ad veritatem pertinent.

Ita Spiritus qui in Prophetis fuit, dicitur Christi spiritus, quia eis suggessit quae ad Christum pertinebant, id quod Apostolus in sequentibus mox declarat, inquiens: Praenuncians futuras passiones et gloriam Christi.

Ret 3

1 Pet 3 v 19.

In quo et his qui in carcere erant Spiritus veniens prædicavit, qui increduli erant aliquando, quando expectabatur Dei lenitas in diebus Noe.

Trinitarij putant ex hoc loco constare Christum tempore Noe extitisse, et prædicasse, quod quia de corpore intelligi non potest, de Divinitate intelligendum esse autumant, et per consequens Christum esse unum illum Deum. Respondeo.

Quocunque modo se torqueant; tamen hinc nunquam colligere possunt Christum esse unum illum Deum, sed potius contrarium, quod inde patet.

1 Ex præcedentibus manifestum est, hic non de æterno aliquo Deo agi, sed de Christo. At Christi appellatio uni illi Deo non competit, nec competere potest, sed homini illi Jesu, qui ex S. Sancto conceptus et ex Maria Virgine natus est, qui corpus, ossa et carnem habuit. Jam autem ipsi adversarij fatentur corpus Christi temporibus Noe nondum extitisse. Fateantur igitur oportet Christum tunc non extitisse.

2 Is dicitur prædicasse qui mortuus fuit et resuscitatus; At æternus ille Deus, ne mori, nec resuscitari potest. Patet igitur hic de Deo aliquo æterno non agi

Notum

Notandum in hoc loco Apli tria sunt potissimum observanda:

1 Aplum hic patientiam Chri perfectam commendare et nos etiam ad eandem imitandam hortari. Hoc esse propositum Apli quilibet animadvertet qui a versu ib verba Apli legerit

2 Hoc suum propositum illustrat Aplus patientia et longanimitate Dei, qua usus est temporibus Noe cum arca apparabatur.

3 In hac comparatione omissa est particula similitudinis Sicut more Hebraeorum, quibus hoc familiare est. Vid Similes locos Gen 9 v 14. Job 11, 12. Mich 2, 12 Psal 11 v 5 et alibi. Sensus igr est:

Tali patientia usus est Chri erga Judaeos incredulos quemadmodum Deus olim temporibus Noe usus est. Chri enim ante mortem ipse praedicavit incredulis Judaeis, post resurrectionem autem praedicavit illis per Aplos. Pauci vero sunt servati, quemadmodum olim temporibus Noe etiam pauci servabantur. Per Aplos perfectus est Chri et praedicavit incredulis Judaeis 2 Cor 5 v 20. Eph 2 v 17 veniens evangelizavit pacem. Aplus autem dicit Spiritibus qui in carcere erant Chrm praedicasse.

Ignorantia et peccatum erant carcer iste in quo detinebantur homines captivi. Hinc dicitur

Chrm

Christum venisse ut liberaret Luc 4 ut [illegible]
sionem captivis. Spiritus vel animae dicuntur [illegible] naturam.
haec liberatio pertinet ad animas nostras et spiritum nostrum

1 Joannis 4 v 29.

Omnis Spiritus qui confitetur Jesum Christum qui in carne venit, ex Deo est.

Ex hoc loco ita ratiocinantur Adversarij: Qui aliquo venire dicitur, oportet, antequam veniat ut extiterit. Sed Christus dicitur venisse in carnem ex ipsis interpretibus, incarnatus est. Ergo necesse est eum ante nativitatem ex Maria Virgine extitisse, unde sequitur eum esse aeternum et unum illum Deum.

Respondeo. Hic multa sumuntur pro concesso, quae tamen falsa sunt. Falsum est enim qui in Scriptura venisse dicitur antea extitisse oportuisse. Nam etiam ille qui antea nusquam extitit, sed tunc primum coepit esse, fieri, vel nasci dicitur venire Joan 1 v 9. Illuminat omnem hominem venientem in mundum. Nemo est qui affirmet homines antequam in mundum veniant et nascantur, extitisse. Trinitarij putant quod is qui in carne venit aliam quam humanam naturam sit praeditus et existimant ex ipsa locutione constare eum qui venit in carne aliquando ab ipsa carne fuisse seiunctum

Christum venisse ut liberaret Luc 4 ut praedicem dimissionem captivis. Spiritus vel animae dicuntur, quia haec liberatio pertinet ad animas nostras et spiritum nostrum.

1 Joannis 4 v 29.

Omnis Spiritus qui confitetur Jesum Christum qui in carne venit, ex Deo est.

Ex hoc loco ita ratiocinantur Adversarij: Qui aliquo venire dicitur, oportet, antequam veniat ut extiterit. Sed Christus dicitur venisse in carnem, ipsis interpretibus, incarnatus est. Ergo necesse est eum ante nativitatem ex Maria Virgine extitisse, unde sequitur eum esse aeternum et unum illum Deum.

Respondeo. Hic multa sumuntur pro concesso, quae tamen falsa sunt. Falsum est enim qui in Scriptura venisse dicitur antea extitisse oportuisse. Nam etiam ille qui antea nusquam extitit, sed tunc primum coepit esse, fieri, vel nasci dicitur venire Joan 1 v 9. Illuminat omnem hominem venientem in mundum. Nemo est qui affirmet homines antequam in mundum veniant et nascantur, extitisse. Trinitarij putant quod is qui in carne venit aliam quam humanam naturam sit praeditus et existimant ex ipsa locutione constare eum qui venit in carne aliquando ab ipsa carne fuisse seiunctum

fuisse seiunctum. Verum decipiunt, nam aliter res se
habet prorsus, id quod ex simili locutione patet.
1 Cor. 10 v. 3 In carne ambulare.
Gal. 2 v. 20 In carne vivere.
Phil. 1 v. 2. Remanere in carne. Haec omnia à Pau-
lo Apostolo dicuntur, nec tamen alia, quam humana natura prae-
ditus erat Paulus.

Nota. In dicto de quo agimus propositio In si
motum ad locum sciret, quod fieret, si in Accusativo
casu dictum fuisset ἐστὶ σάρκα in carnem, tum
videri posset quod verbum Veniendi hoc loco con-
junctionem aliquam esse quae antea separata fuisset,
scire posset, sed textus aliter habet, nempe in carne,
quod Hebraeorum more nihil aliud est quam cum carne.
Quam vim verbum Veniendi et propositio in, in
hac locutione in carne habeat vid. 1 Joan. 5, 6.
Jesus Christus venit non in aqua solum, sed in aqua
et sanguine. Hic vides quid sit venire in ali-
qua re. Et sic videmus quod aliud sit in carne
venire, et sic apparet falsum esse quod Trinitarii pro concesso sumunt.
Tamquam scriptum esset ἐστὶ σάρκα in carne.
Et alterum quoque quod super falsam translationem

Jesus

textus aedificant

2 Falsum est et hoc quod caro sciat humanam naturam.

3 Falsum est itidem quod in carne venire sciat incarnari.

Nota.

1 Quod Apostolus hic nominatim loquitur de Jesu Christo. Jesus autem et Christus nomina sunt illius hominis qui in utero Mariae est conceptus Luc. 1. qui nullo modo in carne venire potuit.

2 Quod vox Carnis in scriptura fere semper sciat infirmitatem vid. Heb. 5 et supra.

Sensus igitur est: Omnis Spiritus qui confitetur quod is Jesus sit Christus qui in carne venit ÷ qui humilitate et infirmitate circumdatus munus suum obijt, est ex Deo. Qui vero eius infirmitate offensi negant eum esse Christum, ijsunt Antichristi Spiritus. Joannis Apostoli tempore falsi Prophetae erant, qui negabant Jesum Nazarenum esse Messiam, Christum, propterea quod nulla cum mundana majestate, potentia, sed humilis et abjectus vivisset, adeo ut etiam tanquam infamis homo crucifixus fuisset. Contra hoc pugnat Joannes et monet ne quis offendatur humilitate et cruce Christi, sed confitetur eum pro Christo; is enim venit in carne, hoc est humilis, abjectus, et passus est.

J. Joannis 5 v 7 m

Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in coelo Pr. Verbum et S.S. et hi tres unum sunt.

Hic locus in antiquioribus graecis et Latinis codicibus non habetur, nec a Syriaco interprete agnoscitur. Germanica editio Lutheri illam etiam non habet. Vid. Annot. Eras. super hunc locum. Sed etiamsi concedamus locum extare in omnibus, ex eo tamen Trinitas personarum in una essentia exsculpi non potest. Ratio est, quia hic non dicitur Pr. Verbum et S.S. sunt unus ille Deus, sed dicitur tantum. et hi tres unum sunt, quod non de unitate essentiae, sed de consensu intelligendum esse inde patet, quod etiam in sequenti versu de aqua Spiritu et Sanguine dicitur quod unum sint. Sic nullo modo de unitate essentiae accipi potest. Deinde non erat propositum Apostolo hic de unitate aliqua essentiae loqui, sed de fide testimonij, et ostendere Jesum esse Christum, seu Filium Dei, atque in hac confessione sitam esse vitam aeternam. Hoc probat sex testibus, hos omnes idem testari eodem consensu, testimonium perhibere affirmat.

Multi Trinitarij vi veritatis coacti hoc ipsum fatentur

fatentē, ut Erasmus, Calvinus, Beza Hemingius &c.

Nota. Quomodo hi tres testificentur in coelo, ÷ in coelo existentes. De coelo testatus est Pr̄ de Jesu Nazareno in Jordane et in monte Sancto, inquiens: Hic est Filius meus dilectus (Matt 3 v 17. c. 17 v 5) ipsum audite.

Filius seu Verbum testatus est de coelo postquā illuc ascenderet se vivere et in coelis regnare Act 9 v 5 Ego sum Jesus Nazarenus quem tu persequeris, inquit ad Saulū. Huc pertinent etiam aliae apparitiones et sermones ab ipso Jesu habiti, postquā in coelū ascenderat ut: Apoc 1 et 3 ubi Jesus se tanquam Dominū coelestem et populū Dei gubernantem dicit et ostendit.

Spr̄s S. testatus est de coelo in festo Pentecostes quando effundebatē in Aplos, quod Jesus sit Chr̄s, quia instinctu Spr̄s Sancti testificabantur de Jesu, quod Deus eum excitavit et fecit eum Dominū et Chr̄m Act 2. Huc pertinent etiam apparitiones Angelorū, qui Spr̄s dicuntē ut sunt. Item voces auditā

et monitionis, de qua re exemplum Act 13 ff 2.

Testes qui in terra testificati sunt quod Jesus sit Chrs, sunt Aqua ÷ puritas doctrinæ Christi; Spus ÷ miracula a Chro et Aplis in nomine Chri edita. Sanguis ÷ mors Chri cruenta.

Nota. diverso modo numerati Spus inter testes in cœlo, et inter testes in terra. Inter hos prout consideratur, quatenus virtus divina in terris vires suas exerit et effecta producit, ut factum est in miraculis à Chro et Aplis editis. Inter cœlestes verò numerati, prout virtus ista divina consideratur, quatenus de cœlo se exeruit, ita ut aperte intellectum sit.

Ita est Pr Verbum et S.S. Unum quemadmodum Aqua Sanguis et S. Hoc in majorem converte. Atqui Aqua Sanguis et Spus non sunt unum essentia sed consensu et testimonio dicendo. Ergo Pr Sermo et S.S quoque eo modo sunt Unum.

Major probatur: Ubicunque scopus verborum idem est, ibi eadem est ratio considerationis; Atqui hic idem est scopus verborum. E. eadem est ratio considerationis. Quod scopus verborum idem sit, patet, quia in utroque membro agit

agit de testimonio.

T. Joannis 5 ℣ 20.

Et scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis mentem ut cognoscamus verum Deum, et sumus in vero Deo, in Filio eius Jesu Chrō. Hic est verus Deus.

Trinitarij putant eo quod in his verbis Chrs dici videtz verus Deus, eum esse unum illum Deum. Respondeo.

Neutrum est verum; nam nō Chrs dr hic verus Deus, ut infra demonstrabr.

Sed etiamsi Chrs diceretz verus Deus, nō statim sequeretz eum esse unum illum Deum. Raō est, quia etiam multi alij, qui dicuntz Dij, ut sunt Angeli, Reges etc. non sunt falsi sed veri Dij. Hoc respectu dr unus ille Deus, qui est Pr, Deus Deōr Deut 10 ℣ 17. Non est autem summus ille creator omnium Deus Deōr falsōr, sed verōr.

Nota. Verum opponitz fictitio seu imaginario.

Duo sunt in hoc loco diligenter notanda:

T. Quod nō simplr hic de vero Deo agr, sed de illo vero Deo ut articulus appositus in graeco aperte indicat. Chrs autē ipse est verus Deus

nā fal

(nam falsus Deus nō est) nō tn̄ est ille Verus Deus. Ille, inquā Solus Verus Deus qui à seipso et perfectissima raōe Deus est, hic eñ est tm̄ Pr̄.

Hinc etiam dr̄ Pr̄ Solus Verus Deus Joā 17, 3. Ea etiam raōe qua nimirū etiam dr̄ Solus beatus, solus sapiens, solus bonus, ob excellentiā scl̄t, quāvis etiam alij dicūtur beati, sapientes, boni &c.

2 Observandū quod pronomina relativa nō semp̄ id quod propius est, referūt, sed sæpe referunt Antecedens, remotius. vid Act 4 11. 7 & 9, 35, 36. 10 & 6. In hac eadē 1 Joh 2 & 23 habemus clar̄ exemplū, inqt̄ eñ: quis est mendax nisi qui negat quod Jesus est Chr̄s. Hic est Antichr̄s ille negans Pr̄em et Filiū. Hic vides Relativū ἐστὸς nō ad Chr̄m, quod ppius est, sed ad mendacem, qd̄ remotius est referri, nisi blasphemas dicamus Joānē.

In 2da epla v 7 inqt̄ hic idem Aplus: qui nō confitetur in carne Venisse Jesū Chr̄m. Hic est seductor et Antichr̄s. Relativū Hic nō ad ppius, sed ad remotius refertur, nempe ad eū qui nō confitetur.

Simlr̄ fit etiam in hoc loco quem ex manibus hūmus. Relativū ἐστὸς nō refertur ad Filiū, quod ppius est, sed ad illū Verum Deū quod remotius est, cuius filius

ibidē

ibidem Jesus Chrs dr. Rao quod hoc in loco ita fieri debeat, quia Chrs nusquam dr Deus cum articulo absolute. Supra vide. pag 78.

Ex hoc loco contra Adversarios.

De eo tm dr hic quod sit ille Verus Deus qui hnt Filium; atqui Jesus C. non hnt filium. E. hic non de Jesu Chro dr quod sit verus D.

Aliud.

Is tm, quem Jesus C. docuit esse Verum Deum dr hic, quod sit Verus ille Deus; atqui Chrs docuit nos Prem suum verum Deum Joa 17. E. is dr hic esse Verus Deus.

Nota et observa diligenter.

Chrs dr, et est quoque Verus Deus; sed tn non Unus ille Deus verus, hic enim tantum Pr est.

Unus ille Deus est Verus Deus, sed non vice versa; Verus Deus est unus ille Deus; Alias sequeretur Reges Judices etc. esse unum illum Deum. Nota.

Nota ipsemet Aplus distinguit inter illum verum Deum, et inter filium, nam dicit: Filius Dei venit 2.

Ex Epistola Judæ v 4

Et illum solum δεσπότην, Deum et Dnum nrm Jesu Chrm negantes.

Hic quidam putant Chrm dici solu Deum, et hanc afferunt raoem quod in græco unus tm articulus his dictionibus sit ꝑfixus, et dictum: illum solum δεσπότην Deum et Dnum nrm J. Chrm; Et propterea ex ratione linguæ græcæ tantum ad personam unam, et consequenter ad unum tm Jesu Chrm omnia referenda esse. Respondeo.

Regulam istam in græca lingua quam quidam constituerunt non esse perpetuam

testis

testis Eras. Rott. in lingua graeca versatissimus; sunt enim exempla in S. Scriptura, quae contrarium ostendunt. Vid. sup. in expl. epist. ad Tit. 2. ℣ 13.

Quod autem hic non de uno tm, sed de duobus agatur, nimirum de Pre et de Filio, ostendit copula Et interjecta inter Deum et Dominum.

Deinde vox δεσποτης in N. T. Pri tm tributa invenitur, ut Luc 2 29. Act 4, 24 2 Tim 2 ℣ 25 in graec

Ex eadem Epla ℣ 5 Vulgata sic habet: Quoniam Jesus ex Aegypto populum salvans 2.

Vulgata versio hujus loci est corrupta: Nam in graecis omnibus exemplaribus est vox κυριος. Adversarij instant et dicunt: Sit ita; inhilominus tm Jesus intelligendus est, quia ipsemet Passim in N. T.

hoc noe

hoc nomine vocatē.

R. Tribuitē quidem in N. T. ipsi Jesu nomen Domini; sed tū non semper. Tunc tribuitē ipsi hoc nomē quando ad tempus Novi T. referte. Quod autem hic ad tempora V. T. referatē, patet ex eo, quod mentio sit eductionis ex Aegypto.

Ex Apoca. 1 ℣ 8.

Ego sum α et ω principiū et finis dicit Dominus Deus, qui est, qui erat, et qui futurus est Omnipotens. Item ℣ 11 dr: Ego sum α et ω primus et novissimus ℣ 17. Ego sū primus et ultimus. Cap 22 ℣ 13. Ego sū α et ω primus et novissimus principium et finis. R.

Quod primū locū attinet c. 1 ℣ 8 is loqr de Deo Trē. Hoc patet ex ℣ 4 ubi manifestū distinguitē Jesus Chrs ab eo

ab eo, qui est, qui erat et qui futurus est:
Nam distinctē precatē gratiam à Jesu C.
Et infr. C. 4 vs 8 distinguitur Jesus C. ab
eo qui est, qui erat et qui futurus est:
Nam de hoc dr̄ quod sedeat in throno,
De Agno seu Chrō dr̄ quod stet corā throno.

Nota: His tribus attributis: qui est, qui
erat, et qui futurus est, denotatē æter-
nitas, seu absoluta ꝑpetuitas Dei.
Reliqui loci, ut C. 1 vs 11 et vs 17. Cap 22
vs 13 de Chrō loquuntē, quemadmodum
ex circumstantijs ubiqz apparet.
Nota primus et ultimus α et ω dupli-
citer accipiūtē: Absolutē et Respective.
Alia raōe dr̄ Deus Pr̄ primus et ultimus,
Alia ittē raōe Chrs.
Deus Pr̄ dr̄ Absolutē; nam ipse est ex
quo oīa

quo omnia 1 Cor 8 ℣ 6. Eph 4 ℣ 6. Chrs
autem respectu istius rei, quam Deus per eum facit.
Ideo dr, quod Jesus C. sit Dnus per quem omnia
1 Cor 8 ℣ 6. Chrs est inchoator et perfector
nostrae fidei Heb 12 ℣ 2. Ipse est inchoator
et perfector Novi foederis, ipse inchoavit nostram
salutem et perfecit eam. Hujus respectu dr pri-
mus et ultimus α et ω. Aliquando dr etiam
de Deo, quod sit primus et ultimus, non sim-
pliciter et absolute, sed secundum quid ut Esa
44 ℣ 6. Vide Oecolampadium et Calvinum
super hunc locum.

Apocalyp 2. ℣ 23.

Ego sum scrutans corda et renes, inquit
Unus ille Deus, nempe Pr, a seipso hoc habet
Chrs autem hoc a Deo Pre accepit, quemadmo-
dum omne, judicium Joan 5 ut ipsemet testatur;

sic etiam ea omnia, quæ ad judicium exequendum pertinent.

Apoca 17 vs 14 c. 19 vs 16.

Dr Chrs Rex Regum et Dnus Dominantium.

Trinitarij dicunt: Uni illi Deo tribuitur hoc epitheton, tribuitur etiam Chro. E. Chrs est unus illo Deus. R. Pondeo.

Aliter tribuitur Uni illi Deo et alter Chro: Uni illi Deo tribuitur cum articulo 1 Tim 6 vs 15 qui sæpe excellentiam scat. Chro vero tribuitur hic hoc epitheton sine articulo.

Deus Pr est Rex Regum et Dnus Dominor (nantium) à seipso et sine exceptione omnium Regum et Dominor. Rex et Dnus etiam ipsius Christi. At Chrs est Rex Regum et Dominus Dominor alior omnium excepto Deo Pre, à quo Chrs omnia hec et accepit. Chrs est constitutus Rex ut patet ex Ps. 2. Et factus est Chrs ÷ Rex Act 2.

LIBER SECVNDus.

Hactenus examinavimus locos eos ex quibus Adversarij dogma Trinitatis elicere et stabilire conantz; seqr nunc,

Dr Stenerio

Destructio distinctionum et Regularum quas Trinitarij ad errores suos confirmandos excogitarunt.

Tres hent potissimum distinctiones

Prima est inter Essentiam et Personam.
Secunda inter duas naas divinã et humanã.
Tertia, quod dicant Dei vocabulum aliãs distinctè vel de Patre, vel de Filio, vel de S. Sancto accipiendum esse, aliãs communiter de tota Trinitate.

Regulas hent potissimũ duas:

Prima est de communicaõe idiomatum (ut vocãt) scilt quod uni naõe est proprium alteri tribui putant propter unionẽ hypostaticã ut ipsi volũt.
Secunda, Opera Trinitatis ad extra sunt indivisa; opera vero ad intra sunt divisa.
In his distinctionibus et rlis ponunt robur suæ opinionis.
Nota. Quando Trinitarij distinctionibus et rlis suis, de quibus deinceps agemus, utuntur, semper com

semper committunt falsum petitionis principium, nam de hoc contro vertitur: An hæ tres personæ sint unus ille Deus? et an duæ naturæ sint? Essentia num de tribus personis sit accipienda? Nos negamus; ipsi vero probent rem sic se habere, postea uti poterunt his inter nos et ipsos.

Item an tres personæ sint in una Essentia individua? An sit in Christo divina et humana natura? Item, an vocabulum DEI nunc distincte nunc communiter dicatur, ut ipsi affirmant. Probent ergo prius expressis testimonijs scripturæ distinctiones et relationes suas.

Destructio primæ distinctionis.

Quando Adversarij dicunt:

Deus est unus Essentiâ, Trinus v. personis. vel:
Tres sunt Personæ in una essentia Individua.

Contra hoc. 1. Si in Deo est distinctio Essentiæ divinæ et Personæ, necesse est ut etiam in Deo sit id ex quo fluat ista distinctio; Atqui ista distinctio Essentiæ et Personæ fluit ex primis et 2dis substantijs ex specie et Individuo. E. necesse est ut in Deo sint primæ et 2dæ substantiæ,

quod est

quod est absurdum: Nam in Deo nullæ sunt species et Individua, alioquin multi essent numero Dij (quod absurdum est) ut Ex. c. cum dico DEUS non possum intelligere multos Deos; Ratio est, quia in Deo non est species neque genus, sed proinde est, ac si dicam, hic DEUS, seu hoc individuum, quod Deus dicitur, et est numero unum.

Longe aliter se habet in humanis ubi species et genera sunt: Nam cum dico, Homo: intelligo multos homines, imo omnes qui sunt ejusdem essentiæ, omnia scilicet individua ejusdem speciei, quæ nostro sunt plura.

Hinc sic argumentor: Ibi tantum potest distinctio esse essentiæ et personæ ubi sunt species et individua; atqui in Deo nullæ sunt species et individua. E. distinctio essentiæ et personæ ibi esse non possunt.

Melius sic: Ibi tantum potest esse distinctio essentiæ et personæ ubi dantur primæ et 2dæ substantiæ; atqui in Deo non dantur 1 et 2 substantiæ. E. in Deo non datur distinctio essentiæ et personæ. vi: in fine

2 Deinde essentia seu natura divina est substantia individua, persona quoque substantia existente

Ergo non

Ergo non possunt in ea plures esse personae.

Ratio consequentiae est, quia simul esset unica substantia individua, et etiam plures substantiae individuae, quod implicat contradictionem. // persona quoque substantia existente

Quaecunque essentia est numero una illa non potest esse in pluribus personis realiter a seinvicem distinctis; atqui essentia est numero una. E. essentia divina non potest esse in pluribus personis, et quidem realiter distinctis a se invicem.

Trinitarij respondent: Essentiam aliam esse finitam aliam infinitam. Infinitam dicunt esse posse in pluribus personis. Ad hoc dicimus, ostendant ex sacris ita fieri posse. Item: Si persona est substantia individua non possunt esse plures personae in una essentia; atqui persona est substantia individua. E. non possunt plures personae esse in una essentia. Dicere unam essentiam esse tres personas nihil aliud est quam unicam numero essentiam esse plures communicabiles

Subst

substantias. vel: unicam numero essentiam esse plures
eodem tempore essas. Nam plures personae quid
sunt aliud, quam plures numero essentiae vel naturae.

3 Porro Aristoteles ponit duas esse condi-
tiones primae substantiae: 1 quod non sit in subjecto
2 quod non dicatur de subjecto.
In subjecto esse duobus modis dicitur: Aut ita ut
accidens subjecto inest, aut ita ut dicuntur ea
in esse quae sunt de natura moris subjectorum.
Neutro modo inest prima substantia. Posteriori
modo inest 2da substantia, siquidem 2dae sub-
stantiae sunt de natura primae substantiae

Hinc est quod 2dae substantiae praedicentur de
aliis h. e. materiam pluribus communicant.
At non item primae substantiae.

Ex quo apparet, si plures personae essent
in una individua essentia, fore primam sub-
stantiam in subjecto quod absurdum est. Nam
utraque est prima substantia, et essentia individua
et persona: Nam persona est substantia intelligens
incommunicabilis.

4 Postre

4 Postremo si in una essentia individua essent tres personae P. F. et S. S. sequeretur Filium esse Patrem et Contra. Item, S. S. esse Patrem et Filium, et vice versa, atqui verum prius: E. et posterius.

Ratio consequentiae est: quae est una et eadem numero natura, seu essentia, ij non possunt non esse unus et idem.

Ex his palam est trinitarior distinctionem stare non posse, id quod manifestius constabit ubi argumenta contra trinitatem adferemus.

Accedit quod haec distinctio sibi contradicit: Nam si Deus est unus trinus esse non potest. Aut si est trinus, unus numero esse non potest.

Concludo igitur. Quaecunque doctrina ex sacris litteris probari non potest, et rationi sanae contradicit est falsa et fugienda; atqui doctrina de unitate essentiae et trinitate personarum ex S. litteris probari non potest, et rationi sanae contradicit. Ergo ea doctrina est fugienda.

Nota sunt

Nota. Sunt quidem quædam in S. Lris quæ
rationem superant, sed ea sunt claris et expressis
verbis revelata, et insuper rationi sanæ non contradi-
cunt, aliàs quomodo est eis fides habenda, cum fi-
des nostra in divinis fundamentis fundamentum
firmum habere debeat ne vacillet. Fides enim
Rō 1.4.17. ex auditu, auditus ex verbo Dei est inquit Aplus
Argtm. Quicunque est fons divinitatis, aliam ha-
bere debet numero essentiam ab eo, qui non est fons
divinitatis; atqui Pr est fons divinitatis. E.
Pr aliam debet habere nro essentiam ab eo qui non
est fons divinitatis.

5. Tres personæ numero differentes nullo mo-
do possunt esse in una essentia individua; atqui
Pr F. et S.S. sunt personæ numero differentes. E.
P. F. et S.S. nullo modo possunt esse in una essentia
individua.

Minor hujus est manifesta, quia Trinitarij
primo dicunt: Pater est prima, Filius est
secunda S.S. tertia Trinitatis persona. Major

Major probatur sic: Si tres personae numero differentes sunt in una essentia individua, sequitur quod illa essentia sit individua et non individua, quod implicat contradictionem; atqui verum prius. E. et posterius.

Major iterum probatur: Quisquis statuit in essentia unica numero quod ei nullo modo competit, is statuit essentiam individuam et non individuam; at qui statuit plures personas numero differentes in unica essentia, is statuit in ~~unica~~ essentia individua quod ei non competit. E. qui statuit plures personas numero differentes in unica essentia, is statuit essentiam unicam individuam et non individuam.

Minor probatur: Qui attribuit uni essentiae individuae quod implicat contradictionem, is attribuit ei, quod ei non competit; At qui statuit tres personas in una numero essentia, is attribuit essentiae individuae, quod implicat contradictionem. E. qui statuit plures numero differentes personas in una essentia, is tribuit essentiae individuae, quod ei non competit.

Minor probatur

Minor probatur: Quicunque ponit in aliquo simul esse et non esse ille implicat contradictionem; at qui qui ponit in una essentia individua tres personas numero differentes, is ponit simul esse et non esse. E. qui ponit tres personas nro differentes in unica essentia individua, implicat contradictionem.

Major probatur: qui ponit in essentia individua id quod essentiam tollit individuam, is ponit id, quod implicat contradictionem; At qui ponit tres personas in una essentia individua, ponit id quod tollit essentiam individuam: E. qui ponit plures personas in essentia individua, is ponit id, quod implicat contradictionem:

Minor probatur: Qui in una essentia individua plures essentias ponit, is ponit, quod essentiam individuam tollit; At qui ponit plures personas in essentia individua, ponit plures essentias. E. is qui ponit plures personas in essentia individua, ponit quod tollit essentiam individuam

Minor probatur: Qui ponit plures substantias ponit plures essentias; At qui ponit plures personas ponit plures

ponit plures Substantias. E qui ponit plures Personas, ponit plures Essentias.

Minor probatur ex eo quod persona est Substantia, intelligens individua

Aliud Argumentum.

Qui unum et idem dicit numero, unum et plures simul is ponit contradictorium; At qui dicit Deum esse Essentiam unum et personis trinum, is dicit eum simul numero unum et plura. E ponit contradictorium.

Nota. Ex mente et ratione etiam S. Irar. tot essentiae, quot personae rationales, ita ut cum dicit Jehovam esse Deum et non esse alium praeter eum, hoc tam de persona quam de Essentia Dei accipiendum sit.

Praeterea locus 1 Cor 8 non tam affirmat unum esse Deum, sed eundem etiam, qui unus tantum Deus est, exprimit. Jam si unus Deus nobis est, Pater ille ex quo omnia, certe persona Patris est unus ille Deus, et qui Pater ille non est ex quo omnia, non etiam nobis unus ille Deus.

Adversarij sic argumentantur.

Quicquid datur in Essentia Divina id datur in Essentia

Essentia numero una; atqui plures personae inter se distinctae dantur in essentia divina. E. plures personae dantur in essentia numero una.

Minor negatur. Ipsi intuentur probare sic: In qua essentia divina datur Pater F. et S. S. in ea dantur plures personae inter se distinctae; Atqui in essentia divina datur P. F. et S. S. E. in una essentia divina dantur plures personae distinctae inter se. Minor negatur.

Et hanc probare non possunt nec rationibus nec ex sacris.

De vocabulo ὑποστασις et οὐσίας

Nicepho. Historicus Ecclesiasticus lib 10 c. 15 ὑποστασιν dicit variè à graecis usurpari

Sophocles pro residij collatis ponit.

Menander pro iuris condimento.

Alius pro vini fece in fundo cadi subsistente.

Guielmus, Budaeus in Comment. graec. ling. dicit ὑποστασις est trutina subsistens.

Hieronymus in Epist. ad Damasum Papam, quae extat in tertio tomo exemplar. inquit: In prophanis scholis ὑποστασις nihil aliud est quam.

quam ὄυσια. Dicit etiam ibidem: quisquis dicit tres ὑποστάσεις is ὄυσιαι dicit, tres naturas asserere cogitem. Lateant igitur tres hypostases inquit et una teneatur, aut si putatis rectum tres hypostases dici debere, credite venenum sub melle latere.

Eras. Roterod. in annot. in eandem epist. inquit: Hypostasis graecis 1 scat substantiam 2 fundamentum seu materiam vel argumentum. 3 id substantiam vocant quod non est accidens.

Hilarius saepe dicit tres personas substantias esse in Deo. Calvi. instit. lib. 13. c. 13. sect. 23. Pater est fons totius Deitatis. Item sect. 25. Pater est fons totius Deitatis.

Zanchius in altera parte de Elohim lib. 1 c. 2. pag. 12.

Destructio Secundae distinctionis Trinitariorum.

Dicunt enim in Christo duas esse naturas Divinam et humanam. Secundum Divinam dicunt

Christum esse

Chrm esse unum illum Deum et ab aeterno ex essentia Dei genitum. Secundum humanam autem conceptum, natum ex Maria Virgine, passum, mortuum esse.

Contra. Ea tm distinctio est admittenda in religionis negocio, quae habet fundamentum in S. lris; Atqui haec distinctio duarum naturarum non habet fundamentum in S. lris E. non est admittenda.

Si Adversarij Minorem negaverint urgendi sunt ut demonstrent hanc suam distinctionem in sacris extare. Nos negamus eam ibi esse.

Adversarij ad haec dicunt.

Concipi, nasci, crescere, sitire, dormire, pati, mori sunt humanae naae; miracula autem edere, peccata remittere, vitam aeternam dare, sunt divinae naturae opera. Respondeo.

Haec non demonstrant in Chro fuisse praeter humanam naam etiam divinam, sed tantum, qui Chro, qui quoad naam homo fuit, fuisse divinam potentiam per quam miracula fecit, peccata remisit et vitam aeternam dare potuit.

Potentia

Potentia divina non importat nisi divinam naturam: nam Deus potest cui velit potentiam divinam communicare.

Nota. Potentia Dei alia est naturalis ipsi Deo, et haec est incommunicabilis, ut est ipsa Dei essentia propter summam simplicitatem. Alia est quam Deus communicare potest cui velit. In hoc posteriori gratie perfectissimo modo data est potentia divina Christo Joan 5 Pater dedit omne judicium Filio; si dedit omne judicium, dedit etiam divinam potentiam divinam scientiam, et hac ratione fecit eum Deus Divinum Dominum Act 2. Et per consequens Deum.

Deinde, quaecunque distinctio introducit vel statuit duos Christos seu duos filios Dei sacris litteris est contraria; Atqui haec distinctio Trinitariorum de duabus naturis introducit seu statuit duos filios Dei seu duos Christos. Ergo haec distinctio ipsorum contraria est S. litteris.

Minor hujus probatur. Quaecunque doctrina statuit in Christo duas naturas quarum qualibet est persona ea introducit duos Christos seu filios Dei; Atqui doctrina Trinitariorum statuit duas naturas in Christo

in Chro, quar quilibet est persona. E. doctrina tri-
nitariorum introducit duos Chros seu filios Dei.

Minor probatur. Si Chrs est nata Deus et hoo,
(ut Trinitarij volunt) sequitur eum non esse unam personam
seu unum numero suppositum, sed aliud et aliud, seu
aliam et aliam hypostasim. Vel, si Chrs est reve-
ra hoo, ergo ipsa nata rei exigit, ut qui hoo ap-
pellatur humanae sit nata.

Hinc excipiunt Trinitarij et dicunt. Igitur etiam
qui verus est Deus est de una persona, Chrs est
verus Deus secundum vos. E. est de una persona.

Respondeo. Alia est ratio vocis Dei in scriptu-
ra, quam vocis hominis. Vox Dei sumitur quandoque in
scriptura dignitatem. Sed voce hominis de-
notatur tantum is, qui est hoo; Atqui verum pri-
us, secundum Trinitarios. E. et posterius.

Ratio consequentis est, quaecunque toto gre
(distant) differunt, non sunt idem numero, Deus et
hoo differunt toto gre. E. non sunt idem numero.

Aliter sic: Duae natae quare quilibet perso-
nam constituit non possunt esse in eodem supposito,

Atqui

Atqui hæ duæ naæ divina et humana quælibet constituit personam. E. hæ duæ naæ non possunt esse in eodem supposito.

Minor tam hujus quam primi syllmi probatur. Ipsimet Trinitarij dicunt divinam naam seu λόγον esse personam et quidem 2dm Trinitatis.

Humanam quoque naam in Chro esse personam probatur evidenter multis rationibus:

1 Qui concipitur, nascitur ex muliere, patitur, moritur est persona, et quidem diversa ab ea, quæ concipi nasci, pati, mori non potest; Atqui homo Jesus Chri est conceptus, natus ex muliere, passus. Ergo homo Jesus C. est persona et quidem diversa ab ea quæ concipi nasci non potest.

Minor hujus syllmi est certa. Major probatur sic:

Quando quis concipitur, ex muliere nascitur, tunc non naa, sed persona concipitur nascitur et prodit quæ antea non fuit. Naa autem humana est communis omnibus hoibus. Et contra, quando quis moritur non naa, sed persona moritur, et definit esse quæ antea non erat. Nam suppositorum

est

est nasci, mori, agere, pati &c.

2 Ubicunque est anima rationalis et corpus humanum ibi est persona; At qui in Christo Jesu est anima rationalis et corpus humanum praeter divinam naturam. E. C. est persona etiam praeter naturam divinam. Item. Quicunque moritur et in agone mortis Deo commendat animam suam, et emittit is est persona; At qui homo Jesus est mortuus et in agone mortis Deo commendavit Spiritum suum et emisit. E. Jesus C. est vere persona.

Jam sic argutor: Quicunque est vere mortuus non potest ea esse persona, quae mortua non est; At qui filius Dei vere est mortuus. E. hic filius Dei qui mortuus est, non potest esse ea persona, quae mortua non est. Et sic per consequens duo erunt filii Dei secundum Trinitarior doctrinam, unus qui mortuus, alter qui mortuus non est.

Major huius syllogismi valet, alioquin implicant contradictionem. Minor probatur, Rom 5; Ibi expresse dicitur filium Dei esse mortuum. Item Matt 27 v 45.

3. Postr.

3 Postremo addo et hoc: Si in Christo fuisset Divina natura quae (ut Trinitarij volunt) est unus ille Deus nullo modo potuisset Christus dicere Joan. 5 quod a seipso nihil posset facere. Quod enim quis potest respectu alterius naturae, simpliciter dicere nequit id se non posse. Ut v.g. quod homo potest respectu animae, de homine negari simpliciter non potest, etiamsi id respectu corporis non posset. Deinde nec hoc potuisset Christus dicere sibi omnia a Patre data esse, si divina natura in ipso fuisset. Nam Christus a seipso habuisset omnia. Vel hinc solum constare potest falsum esse quicquid Trinitarij de duabus naturis in Christo sunt commenti.

Nota, etiam in hoc contradictione, Christus est unus ille Deus, Christus est ex substantia Patris genitus.

Destructio tertiae distinctionis Trinitariorum, quando dicunt scripturam dupliciter loqui de Deo.

1 Communiter seu inclusive, seu indefinite.

ubi

Ubi sctt vocabulum Dei simplr seu absolutē
profertz ut Deut 6. Audi Izrael Deus tuus unus ē
Deus ē. Hic dicūt Trinitarij totam Trinitatem cōprehēdi.

2 Respectivē seu distinctē; quando in medi-
um venit relaō, tunc unam quamqz personam sigillatim
nunc Patrem, nunc Filium, nūc S.S. unum illum Deum vo-
cari. Hanc distinctionem falsam esse, commentum hu-
manum esse multis modis pbatz.

1. Sic: Quaecunqz distinctio repugnat
disertis verbis S. Scripturae ea nō est recipien-
da; atqui haec distinctio Trinitariorum repugnat
disertis verbis S. scripturae. E. nō est recipienda

Minor huius pbatz: Quaecunqz distinctio
statuit pter Prem Dni nri J.C. alium aliquem unum
illum Deum illa repugnat S. scripturae; Atqui haec
distinctio Trinitariorum pter Prem Dni nri J.C. alium
Filium et S.S. verum illum Deum statuit. E. haec dis-
tinctio ipsorum repugnat S. scripturae.

Major huius Syllmi pbatz testimonio Chri
Joan 17. Haec est vita aeterna 21. Item testimonio
Apli 1 Cor 8. Nobis tn unus est Deus, nempe Pr
Trinita

Trinitarij excipiunt, et dicunt in his locis Christum non excludi. De utroque sigillatim videbimus.

Ex hoc loco Joa. 7. sic argtor:

Quicunque ab uno Deo missus est, non potest habere eandem numero essentiam cum eo a quo missus est; Atqui J. C. missus est ab uno vero Deo. E. Chrs non potest unam eandem numero essentiam habere cum uno illo vero Deo, a quo missus est. Item.

Quicunque missus est non potest esse ille idem qui eum misit, atqui J. C. missus est ab uno illo Deo. E. Chrs non potest esse ille idem unus Deus, qui eum misit. Nota.

Vox Moros vel solus refertur ad Praecedentem, nempe Patrem. Hoc patet ex eo, quod articulum habet adjunctum. Et sensus est: Solus Pater est ille unus verus Deus ÷ praeter Patrem nemo est unus ille verus Deus. Trinitarij referunt vocem Solus ad sequens, scilicet ad Deum, ut sensus sit: Pater est solus verus Deus ÷ nihil aliud quam Deus. Et sic habet sensum absurdum.

Qui

Quis enim dixit unquam, Patrem esse aliquid aliud, quam Deum? Sic corrumpunt verba Xti, ut suam opinionem stabilire queant.

Sed contra hoc sic argumentor:

Solus Pater est unus ille Verus Deus. Jesus Chrs non est Pater. Et J. C. non est unus ille Verus Deus.

Major huius probatz per absurdum tale.

Si non Pater est solus unus ille Verus Deus, sequitur quod plures erunt unus ille Verus Deus, quod implicat contradictionem unum numero esse et plures esse.

Ex his patet quod Chrs excluditz Joh. 17 quando dr solum Patrem esse unum illum verum Deum.

De loco 1 Cor 8 vide supra.

Illis quae ibi dicta sunt adde et haec: Ille tm est unus ille Deus qui est Pr ex quo omnia; at qui Chrs non est Pr ex quo oia. E. Chrs non est unus ille Deus. Major huius syllmi probatz.

Quicunqz est prima caa omnium et summum tenet imperium in oes sine exceptione is solus est unus ille Deus; At qui Pr ex quo oia est prima caa omnium et summum tenet imperium in oes sine exceptione. E. solus Pr est unus ille Deus. Minor hu

Minor hujus syllmi probatz. Vid supra.
1 Cor 8 Pr ex quo omnia.
1 Cor 11 ⁂ 3 Deus est caput Christi.
Eph 4 ⁂ 6 Deus est Pater omnium.
Joh 10 ⁂ 29 Pr major est oribus.
Minor principalis syllmi probatz.
1 Quod Chrs nō est Pr.
2 Quod Chrs nō est caa Prris
3 Quod Deus oia p Chrm fecit.
4 Quod Chrs nō est fons divinitatis.
Is est unus ille Deus, qui est Pr Christi, qui p Chrm omnia fecit et qui est fons divinitatis; At qui Chrs nō est Pr, nec per Chrm omnia fecit, nec est fons divinitatis. Ergo Chrs nō est unus ille Deus, nec ille ex quo oia

Trinitarij inter cæteros addunt locum Deut 6
Audi Israel Deus tuus unus est, et dicunt totam Trinitatem P. F. et S. S. Deum intelligi indefinitè seu communiter, ut ipsi loquuntur. Sed falsum est.
Probatz. F Quicunque hic Deus 6 intelligitur, est Pater, F. C. Sed Chrs dicit esse Deum Israelis, is tm hic Deus 6 intelligitur; At qui Chrs dicit Patrem suum Deum Israelis Joan 8 ⁂ 54. Ergo is tm intelligitur hic, qui est Pr Jesu C.
Major patet ex eo, dr enim: Audi Israel 2.
Si Dominus

Trinitas nō est Pater
Trinitas hic nō intelligitur.
Minor hujus probatz F

222 Si Adversarij hic accipere volunt quod Deus
Israelis nō dicatur Joan 8. Contra
Si Deus Judaeor nō est alius quam Deus Israel
sequitur quod Deus Israelis sit Pater Jesu Christi
Et qui verum prius ego et posterius.
Accedit quod Chrs eundem suum Deum esse dixit
Marc 12 v 29. Joan 20 v 17.
Aliter sic: Is Deus tm intelligitur hic Deus 6
quem Chrs dixit Patrem suum; atqui nec Filium nec
Spiritum S. dixit esse Patrem suum. E. nec Filium
nec S. S. intelligitur hic Deus 6. sed solus Pr.
Minor Syllmi principalis, quae haec erat:
distinctio Trinitariorum repugnat disertis verbis
S. Scripturae, probatur adhuc tali argto
Quaecunque distinc. dicit tres, ubi Scriptura
unum dicit, ea repugnat disertis verbis Scrip. S.
Haec distin. Trinitariorum inclusive, inclusive, de
finite indefinite dicit tres ubi Scriptura unum dicit
E. haec distinctio ipsorum repugnat disertis verbis S. Script.
Minor hujus manifesta est: nam ubi Scrip
tura dicit Unus est Deus, ibi dicunt Trinitarij
debere tres personas intelligi inclusive seu communi
ter et indefinite. Aliud

Aliud argumentum quo destructz distinct. Advers:
Quaecunque distinctio obscurat locos claros et facit eos dubios non est recipienda; At distinctio Trinitariorum de Deo inclusive et exclusive, distincte et communiter, definite et indefinite etc. (ut illi loquuntur obscurat locos claros et facit eos dubios. E. haec distinctio non est recipienda.
Minor probatur: quaecunque distinctio exponit hos locos ubi dicitur Unus est Deus, per tres vel tria, obscurat locos claros et facit eos dubios; At distinctio Trinitariorum exponit tales locos, ubi dicitur unus est Deus, per tres vel tria. E. haec ipsorum distinctio obscurat locos claros et dubios facit.
3 Argumentum. Quaecunque distinctio involvit contradictionem in re, ea distinctio non est recipienda; At distinctio Trinitariorum involvit contradictionem in hanc rem scilicet Unus est Deus. E. non est recipienda.
Minor probatur ex eo ubi scriptura dicit unus est Deus, Trinitarij sua distinctione adhibita dicunt ibi intelligi debere tres personas simul P. Fili. et S.S. Jam autem unum esse et tres simul contradictio est: Nam quod unum est numero, id plures esse nunquam possunt; At qui Deus unus est nostro,

Ergo

E. cum sit Deus numero unus, plures esse nō possunt.

Adversarij dicunt ad hæc: Hoc axioma valet in humanis, in divinis nō ittē. Contra

Si hoc axioma valet in humanis, unum nō plura esse nō posse, multo magis valet in divinis, ubi oīa sunt simplicissa, nec ullā compositionē admittunt, et præsertim primū Ens, quod est Deus, qui est numero unus et simplicissimus, aliās nō esset primum Ens.

Adde et hoc: quicquid est infinitum et simplicissimum est numero unum; At unus est Deus solus et infinitus. E. nō potest esse nisi simplicissimus et numero unus.

4 Argumentum. Si Deus est absolutē unus nō datur ullus respectus in eo; At qui Deus est absolutē unus. E. nō datur in eo ullus respectus.

Falsa igr̄ est Trinitariorū distinctio ubi dicunt, Deū nunc absolutē, nunc respectivē considerandū esse.

Rāo consequentiæ est: Absolutē unū et respective unū involvit contradictionē.

Deum absolutē esse unū sic probatur:

Quicunque est simplicissimus est absolutē et numero unus; At qui Deus est simplicissimus. E. est absolutē et numero unus.

Nota 1. Si Trinitarij hanc suā distinctionē salvam esse volunt nēsse est ut probent expressis scripturæ s. testimonijs F. et S.S. æquē esse unum illum Deū

illum Deum ex quo omnia, quemadmodum de Patre expresse contestatum est. Sed hoc facere nunquam possunt, et ideo evanescit ipsorum distinctio.

2 Diligenter observandum, quando in hac disputatione de Deo dicitur, Unus Deus, unus ille Deus, unus ille verus Deus, unus Deus numero semper intelligitur ille unus Deus qui a seipso est, qui est Summus et altissimus, independens, fons et Author omnium, qui solus Pater est ex quo omnia.

Destructio Regulae Communicationis idiomatum Trinitariorum.

Communicatio idiomatum est aut locutio propria aut figurata; atqui non est propria, nec figurata. Ergo est nulla.

Minor probatur: Omnis loquendi modus qui apud probatos Authores, in Biblijs et quotidiano sermone invenitur est aut proprius, aut figuratus; Atqui Communicationis idiomatum loquendi modus nec apud probatos Authores, nec in Biblijs nec in quotidiano sermone invenitur Ergo Communicationis idiomatum loquendi modus [illegible] nec fig.

Adversarij ipsimet fatentur Communicatione idiomatum non esse proprium, sed figuratum loquendi modum. At nec figuratum esse multis modis probatur.

1 Quod in nullo idiomate est usitatum, nec in Biblijs, nec apud probatos Authores, nec in quotidiano sermone usurpatum invenitur id nec proprium nec figuratum est, sed inusitatum

2 Quaecunque nullo figurato loquendi modo excusari possunt, ea non est locutio figurata. Atqui Communicatio idiomatum nullo figurato loquendi modo excusari possunt. E. non est figurata locutio.

3. Quicquid confundit proprietates rerum id est inusitatum, et nullo loquendi modo excusari potest; At Communicatio idiomatum confundit proprietates rerum. E. est inusitatum et nullo loquendi modo excusari possunt

Major huius probatur inde, quod nihil potest esse magis inusitatum quam confusio rerum inusitatum vero est nullis rationibus regulis subjectum

Minor probatur. Ubicunque rei finitae tribuitur proprietas rei infinitae et contra, ibi fit confusio rerum; Atqui in Communicatione idiomatum tribuitur rei finitae proprietas rei infinitae, et contra E. in Communicatione idiomatum fit confusio rerum.

Aliter

Aliter probatur sic: Ubicunque duo in eodem supposito conjunguntur et proprietas unius ex conjunctis alteri conjunctorum attribuitur et de toto id negatur vel affirmatur, quod alterius conjunctorum est proprium ibi rerum natura pervertitur. Atqui in communicatione idiomatum hoc fit. E. per communicationem idiomatum pervertitur rerum natura.

Concludo igitur. Omnis locutio quae pervertit naturam rerum, quae nullo loquendi modo excusari potest, quae nusquam, nec apud probatos auctores, nec in Biblijs, nec in quotidiano sermone invenitur est ficta, nova, et commentitia. Talis est communicatio idiomatum. Ergo etc.

Aliud. Omnis locutio nova et ficta in religionis negotio est vitanda et inde explodenda, communicatio idiomatum est talis locutio. E. in religionis negotio est vitanda et explodenda.

Huc pertinet quod Paulus praecipit Timotheo suo 1 Tim 6 ts 34, si quis diversam sequitur doctrinam et non accedit sanis sermonibus domini nostri J.C., et ei quae secundum pietatem est doctrinae, is inflatus est et nihil sciens etc.

Item

Item, Tim. 1. v. 13 Formam habeto Sanorum sermonum, quos a me audivisti cum fide et charitate quae est in Christo J.

Destructio regulae Trinitariorum.

Opera Trinitatis ad extra sunt indivisa. ad intra v. divisa.

Falsam esse ipsorum regulam satis erit uno id exemplo ostendere. Trinitarij dicunt: Quemadmodum trium personarum est una essentia et potentia (sic loquitur Augustinus) sic etiam est una operatio ad extra. Jam sic sumo: Atqui incarnati, concipi, nasci, pati, mori etc. sunt operationes ad extra. E. haec operationes sunt communes tribus personis Trinitatis. Et quemadmodum Filius est incarnatus, conceptus, natus, passus, mortuus etc. ita Pater et S. S. Nam una persona incarnante, nascente, patiente et moriente reliquae personae etiam idipsum sunt passae et operatae.

Quis non videt quam absurdum hoc sit, et atheologa ipsismet fatentibus. Absurda ergo et atheologa est ipsorum regula.

De altera parte ipsorum regulae, ubi dicitur opera Trinitatis ad intra esse divisa, videbimus infra quando agemus de aeterna generatione Filij ex substantia Patris a Trinitarijs confictae.

Vidimus distinctiones et regulas Trinitariorum, ostendimus stare non posse: sequitur nunc ut ostendamus

Ostendimus

Dogma Trinitatis in sacris non extare. Trinitatem non esse unum illum Deum & multa absurda ex hoc dogmate sequi.

De primo.

Trinitas non extat in s. literis.

Ea doctrina tm̄ de Deo est accipienda quæ à Prophetis et Aplis est tradita. At doctrina de Trinitate nō est à Prophetis et Aplis tradita. E. ea doctrina non est accipienda.

Minor probatz 1. Rationibus
2 Confessione ipsorum Trinitariorum.

Rationibus sic: Si Trinitas est unus ille Deus, debet in Sacris extare. Rāo est, nā nonnisi ex Sacris cognoscimus quod sit Deus; Atqui Trinitas in Sacris nō extat. E. Trinitas nō est unus ille D.

Maior etiam sic formari pt̄: Id tm̄ de Deo credendz est, et recipiendz quod à Prophetis et Aplis traditū est; At Trinitas à Prophetis et Aplis nō est tradita. E. nō est credenda.

Minor huius

Minor hujus probatur: Quæ æquè sunt necessaria ad salutem, æquè se habere debent in S. Lris; Atqui Trini Dei nomen non habetur æquè ut unius Dei nomen. Ergo &c.

Aliter. Illud tm expresse extat in S. Lris quod ad literam reperitur; At Trinitas non reperitur ad literam in S. Lris. E. ibi non extat. Nota

Si Trinitarij minorem negaverint, ostendant ibi reperiri ut expresse extare. Nam ego per Inductionem probo in S. Lris expresse non extare.

Major primi Syllmi sic probatur: Quodcumque Dei nomen est necessarium ad Salutem, habetur in S. Lris; Atqui Trini Dei nomen non habetur in S. Lris. E. Trini Dei nomen non est necessarium ad Salutem.

Vel sic: Id tm est necessarium ad Salutem quod expresse habetur in S. Lris; Atqui Trini Dei nomen non est expresse in Sacris l. E. Trini Dei nomen non est necessarium ad Salutem.

Si majorem hujus negat Contradictorium ejus erit verum, quod absurdum, scilicet, quiddam quod non habetur in S. Lris est necessarium &c. Si Trinitarij Majorem hujus argumenti negaverint: Quæcumque sunt necessaria ad Salutem ad literam extare in sacris l., omnium eorum locorum hoc per Inductionem probatur.

Si autem Minorem negaverint, incumbit ipsis ut ost

ut ostendant Trinitatem expresse extare in S. lris.

Concludo itaq; sic: Is tm̄ p uno Deo coli debet cujus nomen expresse extat in S. lris; Atqui Trinitatis Nomē expresse nō extat in Sacris l. Ergo 2.

Addo. Quicunq; colit talē Deā cujus nomen in S. lris nō extat is colit Deā alienū; Atqui Trinitarij colunt talem Deam. Ergo 2.

Seqr iam altera probatio minoris ppōis Syllmi.

Multi ex ipsis Trinitarijs et quidem Doctiores vocem Trinitatis velut exoticā et confictā, explosam e religione Christiana cupiunt.

Romana Eccla p traditione hēt. Dicunt enī in V. T. Trinitatē nō fuisse revelatā ne Judaei ad idololatriam deficerent. In N. T. quoq; ab Aplis nō fuisse pdicatā, ne Judaei offenderentz, et putarent illos velle multitudinē Deor introducere; sed ab Episcopis post Apolr tempora fuisse Trinitatē palam prædicatam.

Alphonsus Pisanus Jesuita probat Trinitatē ex Mercurio Trismegisto et Platone.

Antonius Possevinus Jesuita perinde facit.

Joannes Ecchius Pontificius dicit in suo Enchiridio

Trinit.

Trinitatem esse traditionem.

Lutherus in Postilla majo. dom. prox. post Penteco-
sten inquit: Tametsi vocula haec Trinitas nusquam
in divinis scriptis reperiatur, et caeterum tantum hu-
manitus inventa sit, unde etiam frigide sonat,
ac multo praestantius foret si Deus potius quam Tri-
nitas dicatur. Et Paulo post ibidem dicit:
Academiae varias distinctiones et commenta ad-
invenerunt quibus Trinitatis rationem ostendere
conati sunt et stulti in ea re facti sunt.

Calvinus in Epist. ad fratres Polonos scribit:
Precatio vulgo trita: Sancta Trinitas unus Deus
miserere nostri et omnino barbarum saepit. Vide
Antonij Posseuij lib. de Atheism. Luth. et Calv. etc.

De altero.

Trinitas non est unus ille Deus: vel
P. F. et S. S. simul non sunt unus Deus.

T. Is est unus ille Deus qui est Pater ex
quo omnia et habet filium Jesum C. Atqui Trinitas
non est Pater ex quo omnia, nec habet filium Jesum Christum
E. Trinitas non est unus ille Deus. Simili

Simili ratione de Filio et de S. Sancto conclu-
di potest

2 Is tm̄ pro uno illo Deo agnoscendus est, quē
scriptura S. expresse unum et solum verum Deum ap-
pellat; At S. sacra Trinitatem nusquam unum solum
verum Deum appellat expressē. G. Trinitas pro
uno solo vero Deo non est agnoscenda.

E Contra. Quicunque in S. Sacra unus et
solus verus Deus appellatur expressē is est unus
ille Deus; At Pater Jesu C. appellatur in S. Sacra
unus et solus verus Deus. Joan 17 13. 1 Cor 8.
E. Pr̄ Jesu C. est unus ille Deus.

Nota. Quando in scriptura dr̄, unus Deus
vel solus verus Deus, tunc hæc phrasis ita est
intelligenda quemadmodum illa, ubi dr̄ quod
Deus solus bonus, solus sapiens, solus potens &c.
nempe quia ā seipso talis est, et etiam au-
thor et fons est omnis bonitatis et sapientiæ &c.
Alij, de quibus dr̄, quod sint sapientes, poten-
tes, hēnt hoc ab illo qui ā seipso talis est
et oīa hēt. Dr̄ Pr̄ solus verus Deus et u-
nus ille Deus, quia ā seipso Deus est, et solus

est

234

est absolutē Summus, altissimus, primus Author
et fons omnium. Alij omnes qui etiam Dij vocantur,
et sunt, nō falsi dij, ab uno illo Deo hēnt hoc
propter quod Dei nomen ipsis tribuitur.

Aliud argumentum

3 Is tm̄ est unus ille Deus cui sumus reconcilia-
ati per filium Jesum C. Atqui Trinitati nō sumus
reconciliati per filium J. C. E. Trinitas nō est
unus ille Deus. Major est vera, alioquin Con-
tradictorium valebit, scilicet: Nō tm̄ is est unus
Deus, cui sumus reconciliati, et sic plures e-
runt unus ille Deus. Minor probatur.
Illi tm̄ sumus reconciliati qui est Pater Jesu C.
Atqui Trinitas nō est Pater J. C. E. Trinitati nō
sumus reconciliati. Minor hujus probatur Rom 5 v 10
dicitur enim: Reconciliati sumus Deo per mortem filij ejus.
Eph 2 v 18 explicatur cui sumus reconciliati, et dicitur
Per Christum habemus accessum ad Patrem. Et Joh 14
v 6. Christus inquit Nemo venit ad Patrem nisi per me.

Aliud. Si nō tm̄ is est unus ille Deus cui
sumus reconciliati per J. C. sequitur plures esse Deos
Atqui nō

Atqui nō tm̄ is est unus ille Deus cui sumus reconciliati p Jesum C. E. sunt plures dij.
Major est demonstrāo. Minor est Adversariorum, si hanc negaverint, negabunt suā propositionem; Aliud argumentum.

4 Is tm̄ est unus ille Deus de quo S. Sacra dicit quod p filiū locutus sit, quod p eum secula fecerit, quod constituerit eum hæredem omnium; At scriptura S. de Trinitate nō dicit quod per filiū locutus sit, secula per eū fecit. E. Trinitas nō est unus ille Deus. Talia argta quam plurima ex Scri. S. formari possunt.

Probemus etiam uno aut altero argto Patrē F. et S.S. simul nō esse unū Deum.

Et Is tm̄ est unus ille Deus qui iuxta summum perfectionis modum est unus; Atqui Pr̄ F. et S.S. nō est unus iuxta summū perfectionis modū. E. P. F. et S.S. nō est unus ille Deus.
Major huius recta est: aliās nō potest

esse primum Ens, nisi sit simplicissimus, et sum-
mo perfectionis modo unus.

Minor probatur: Illud tamen est unum juxta sum-
mum perfectionis modum in quo nulla datur distin-
ctio aut differentia aliarum rerum vel per-
sonarum in eodem existente; Atqui in Patre F. et
S.S. datur distinctio et differentia rerum et perso-
narum. E. P. F. et S.S. non sunt unus juxta sum-
mum perfectionis modum.

Minor probatur: Ubicunque est alia et
alia persona, item Pater gignens et filius ge-
nitus et S.S. procedens ibi datur distinctio et
differentia rerum et personarum; Atqui Pater
est alia persona, alia item filius alia S.S.
Item P. gignit F. gignitur, S.S. procedit. Ergo
inter Patrem F. et S.S. datur distinctio et diffe-
rentia rerum et personarum. Et ipsimet Tri-
nitarii dicunt: Pater est alius, Filius est alius
S.S. est alius, unusquisque etiam est persona.
Item Pater non est filius nec S.S. Filius non est

Pater

Pater, neq3 S.S. Spus S. nō est Pr neq3 filij.
Pater nō est genitus neq3 procedens, sed gignens
Filius nō est gignens nec procedens sed genitus
S.S. nō est gignens nec genitus sed procedens.
Pater est prima persona trinitatis et fons divinitatis
Filius est 2da persona et est a Patre.
S. Sanctus est 3tia persona et est a Pre et filio simul
Inter primum, secundum et 3tium, item gignere, gigni et procedere ri est distinctio et differentia. Ex quibus manifestum est quod Pater F. et S.S. inter se multis modis distinguantur. E. nō sunt unus iuxta summam perfectionis modum, et per consequens non possunt esse unus ille Deus. sed diversi ab invicem sunt

De tertio.

Absurda quæ de Trinitate sequuntur.

Omnis doctrina absurda est vitanda et abijcienda; Atqui trinitatis doctrina est absurda. E. est abijcienda et vitanda.

Minor probatz: Quaecunq doctrina ex
S. lris probari nō potest et sanae rationi contra-
dicit est absurda; Atqui Trinitas ex Sacris pro-
bari nō potest ~~nō potest~~ et rationi sanae cōtradicit
e. est absurda. Minor huius hēt duas partes:
Prior probatz sic: Omnis vera Dei Cognitio tm
ex Sacris probari potest; Atqui Trinitatis cogni-
tio nō est vera cognitio. e. Trinitas ex Sacris
probari nō potest.

Minor hujus probatz. Ea tm est salu-
taris vera Dei cognitio, quae expressē in S.
lris extat; Atqui Trinitatis cognitio expres-
sē in S. lris nō extat. e. Trinitatis cognitio
nō est vera, salutaris Dei cognitio.

Si Trinitarij majorē hujus negaverint,
extra scripturam aliquā veram salutarem
Dei cognitionē esse, necessū erit, quod est ab-
surdum. Si autem Minorē negaverint do-
ceant Trinitatis cognitionem in Sacris expressē
extare. Praeterea ad probationē hujus per-
tinent quae dicta sunt antea. Sequitur probatio alterius
Parti

partis minoris propositi, ubi dr: Trinitas sanae rationi contradicit. Huc pertinent omnia quae dicta sunt de falsis distinctis et relat. Trinitatis. Sed ut adhuc magis appareat absurditas doctrinae Trinitariorum addam quaedam.

2 Quaecunque doctrina quae uni illi Deo ascribit talia, quae ab essentia seu natura ipsius immutabili prorsus sunt aliena et eidem contraria, est absurda. Talis est doctrina Trinitariorum. Ergo est absurda.

Minor probatur. Quaecunque doctrina statuit essentiam divinam constare tribus personis, ac totam communem esse singulis personis, ita ut tota sit in Patre, tota in filio, tota in S. Sancto ex eo nostro sequitur una persona incarnata et ex muliere nascente &c. totam divinam essentiam esse incarnatam ex muliere natam &c. Atqui Trinitariorum doctrina statuit hoc. Ergo una persona incarnata nascente &c. tota essentia divina est incarnata, nata &c.

Jam hinc minorem principalis syllogismi sic probo:

Omnis

240

Omnis doctrina quae statuit essentiam divinam esse incarnatam ex muliere natam, ea adscribit Deo talia quae ab essentia illius immutabili prorsus sunt aliena et eidem contraria, At Trinitariorum doctrina statuit totam essentiam divinam esse incarnatam ex muliere natam. Ergo Trinitatis doctrina adscribit Deo talia, quae ab essentia sua immutabili sunt prorsus aliena et eidem contraria, Igitur etiam absurda.

Quicquid tandem Trinitarii ad haec respondent semper committunt fallaciam petitionis principii, quod in responsione non est admittendum.

3 Quaecunque doctrina sibi adversatur est absurda; Atqui doctrina Trinit. sibi adversatur. E. haec doctrina est absurda.

Minor probatur: Quaecunque doctrina docet unum esse tria, et contra, tria esse unum simul et eodem tempore ea adversatur sibi; Atqui doctrina Trinit. sic docet. E. doctrina Trinit. adversatur sibi.

Minor probatur ex eo quod Trinitarii dicunt simul et eodem tempore Deus est Trinus et unus.

et Unus. Item una est essentia, tres personae, unus est Deus et quaelibet etiam persona est Deus.

Et ad hoc argumentum nihil respondere possunt, quam quod Deus est unus in essentia trinus in p. Atqui hoc est in quaestione et hoc negamus et impugnamus igitur ipsorum responsio est nulla.

4 Quaecunque doctrina statuit in Deo numerum et quidem ternarium ea est absurda. At doct. Trin. statuit in Deo numerum et quidem ternarium E. est absurda.

Minor probatur. Quodcunque dogma dicit P. F. et S. S. sunt unus Deus, item prima secunda 3tia persona Trinitatis, id statuit in Deo numerum et quidem ternarium // Le Trinitari. dogma statuit P. F. et S. S. essentiam Deum. item primam secundam et 3tiam personam Trinitatis. Ergo.

Jam sic concludo hoc argumentum: Si in Deo est numerus et quidem ternarius, sequitur quod in Deo est Compositio, sequitur item quod in Deo est quantitas discreta, et quod Deus mensuratur, numeratur etc. quae omnia sunt absurda; Atqui verum prius. E. et posterius.

Ad hoc respondent Trinitarii scilicet

petendo

petendo principium et dicunt: Trinitas nō
est proprie loquendo numerus ternarius, quia
nō hēt tres unitates, sed sunt tres sup-
positorum unitatem essentialem. Et haec re-
sponsio nulla est, nam tria supposita proprie
loquendo numerari possunt et sunt tres
unitates. Deinde ostendant Trinitarij
haec tria supposita esse in una essentia
postea uti poterunt hac responsione.
Hoc quaeritur: An tria supposita sint
in una essentia divina. Nos negamus.

5 Si Pater est unus ille Deus
Filius est unus ille Deus, S.S. est unus ille
Deus, Trinitas est unus ille Deus, sequitur quod
totidem sint Dij quot dicuntur unus ille Deus
Ac qui verum prius, et posterius.

Antecedens est adversariorum: Nam
ipsi dicunt, Trinitatem esse unum illum Deum
Filium esse unum illum Deum, S.S. Similiter vide-
tiam Athanasij Symbolum. Consequ

Consequens iam est. Si de quolibet horum dicitur quod sit unus ille Deus, sequitur totidem esse Deos quot dicuntur Unus ille Deus.

Ratio Consequentiae etiam inde patet, quia Pater non est Trinitas, neque Filius, neque S. S. Filius non est Trinitas non pater non Spiritus S. Spiritus S. non est Trinitas non Pater non Filius Trinitas quoque nec est Pater, nec Filius nec Spiritus S. Sequitur igitur, aut totidem erunt Dii, quot dicuntur unus ille Deus, aut erit Pater Trinitas Filius et Spiritus S. Filius itidem erit Pater, Trinitas et S. S. Spiritus S. erit Pater, Trinitas et Filius. Alias hi tres unus ille Deus esse non possunt, utrumque autem est absurdum.

6 Si Christus est Filius Dei, Deus autem est Trinitas, sequitur quod Filius Trinitatis sit Christus et sic erunt quatuor, quod est absurdum, Atque Verum Prius E. et Posterius

Antecedens est scripturae Consequens vero Trinitariorum. Trinitarii ad hoc respondent: Christus est Filius non respectu Dei, sed

respectu Patris, respectu Dei Chrs est ille idem Deus qui Pr, respectu Personae Pris e Filius.

Hic petunt principium, nam pro concesso sumunt quod tres personae sint in una essentia, in hac igr respondent. Tamen contra ipsorum responsi: sic arguitur:

Si Chrs non est Filius Dei qua Pater est Deus, non erit revera Filius Dei; At qui verum prius e. et posterius. Vel sic:

Si Chrs non respectu Dei sed respectu Personae Pris est Filius, sequitur quod Chrs non est Filius Dei, quod est absurdum, At qui verum prius

Ratio Consequentiae est quod Pr non est Unus ille Deus, sed tm pars Dei: Nam filius et S.S. una cum Pre sunt unus ille Deus.

Hoc sic probo: Tantum es est unus ille Deus qui est Trinus in Personis; At qui Pr non est Trinus in Personis. E. Pr non est unus ille Dei.

Etiam hoc manet firmum ex sententia Trinitatis: Si Chrs est Filius Dei, Deus autem est

est Trinitas, sequitur quod Christus est Filius Trinitatis.

Hoc sic probo: Tantum unus ille Deus est Pater Christi; At Trinitas est unus ille Deus. E. Trinitas est Pater Christi. Et hoc et aliud absurdum

Si Christus est Filius Dei, Deus autem est Trinitas, sequitur quod Christus erit filius Trinitatis, et per consequens etiam suscipiet filius; Atque verum prius E. et posterius.

Ratio consequentiae est, quod Trinitas sine Christo non sit Trinitas: Nam constat ex Patre F. et S.S.

7 Tantum is est unus ille Deus qui est Trinus in personis; At qui Pater non est trinus in personis, neque filius neque S.S. E. nullus hoc est unus ille Deus

8. Essentia aut concurrit ad Trinitatem constituendam, aut non concurrit. Iam sic colligo: Si concurrit, erit quaternitas, Essentia. P. F. et SS. Ratio consequentiae est quia essentia divinum quid est a personis. Ipsimet adversarii distinguunt inter essentiam et personam. Dico igitur:

Unum commune et tria distincta sunt quatuor

res

tres distinctæ. In Trinitate est una Essentia Communis, et tres distinctæ personæ. E. sunt 4 et sic non est amplius Trinitas sed quaternitas.

Si autem Essentia non concurrit ad Trinitatem constituendam, falsum erit, quod dicunt Trinitarij: Trinitas est unus Deus Essentia.

9 Si Pater Filius et S.S. sunt unius et ejusdem Essentiæ, et propterea etiam quilibet eorum sit unus ille Deus, sequitur quod falso dicitur: Unus Pater, alter Filius, Tertius S.S. seu procedens ab utroque, potius dicendi forent fratres, vel unus et idem. Si autem hoc absurdum, igitur et illud.

10. Trinitas ante incarnationem 2dæ personæ Trinitatis aut fuit perfecta, aut imperfecta. Si perfecta fuit, nunc redundat aliquid in ea quod est absurdum.

Ratio Consequentiæ est, quod 2da persona Trinitatis, quæ antea Deus tantum erat, certo tempore homo facta est, et sic humana natura accessit ad Trinitatem. Si autem Trinitas ante in-

ante incarnationem fuit imperfecta. et per incarnationem illi aliquid accessit, Deus esse non potuit; nam imperfectio in Deum non cadit.

Plurima talia absurda ex doctrina trinitariorum colligi possunt. Nunc sequitur ut videamus falsitatem doctrinae.

De Aeterna generatione Filij ex Substantia Patris.

A. Illi competit generatio cui competit genus generationis; Atque Deo non competit genus generationis. E. nec generatio.

Major est manifesta: nam sublato genere tollitur species. Minor probatur: Illi tantum competit genus generationis, cui competit motus a non esse ad esse. Atqui Deo non competit motus a non esse ad esse; E. Deo non competit genus generationis.

Minor probatur: In quocumque est motus a non esse ad esse corruptioni est obnoxium; Atqui Deus non est corruptioni obnoxius. E. in Deo non est motus a non esse ad esse.

Ad hoc

Ad hæc respondent Trinitarij, et dicunt: Alia generatio est naturalis, alia spiritualis. In naturali valent hæc, in spirituali non ittem.

Hæc responsio nulla est; quia nec ex Scriptura S. nec ex ratione desumptis argumentis probare possunt talem in Deo generationem esse, qualem ipsi confixerunt. vide sup. in expl. ps. 2.

Si in Deo talis est generatio qualem Trinitarij commenti sunt ita debet se habere, quemadmodum alia se habent quæ in Deo sunt: e. gratia justitia, bonitas, sanctitas, misericordia. Atqui hæc in Deo ita se habent, ut definitio justitiæ bonitatis, sanctitatis &c. eadem sit divinæ quæ humanæ, quamvis hæc omnia in Deo perfectiora sint. Ergo etiam generatio eodem modo se habet. Et sic per consequens genus generationis in Deo esse debet, nempe motus a non esse ad esse, quod est absurdum.

Si Filius a Patre est genitus, aut

illa

illa generatio habet initium aut non; Si initium facta est in Deo mutatio: nam id accidit in Deo, quod antea non fuit. Si autem non habet initium aut habet finem, aut non. Si ista generatio non habet finem, sed adhuc durat, est imperfecta, et sic erit imperfectio in Deo; Si autem habet finem et desijt ista generatio rursus facta est mutatio in Deo: Nam id cessavit in Deo quod antea fuit.

3 Cum Deus Pater gigneret filium, aut extitit tunc realiter filius, aut non: Si extitit gigni non potuit: nam tunc incipit quis realiter existere quando gignitur. Si a filius realiter non extitit, aeternus esse non potest.

4 Si Pater ex sua Essentia genuit filium coaeternum, sequitur quod etiam filius ex sua essentia genuit filium coaeternum et Spiritus S. similiter. Atque verum prius E. et posterius.

Ratio Consequentiae est quod eadem Essentia est in filio et S. Sancto quae est in Patre, Eadem essentia est filius et S.S. et unus ille Deus quae Pater.

5 Si Deus genuit filium ex Essentia sua,

tunc

249 hinc aut partem essentiae suae dedit filio, aut to-
tam essentiam. Partem non dedit: nam essentia divina
est impartibilis et indivisibilis. Totam quoque
non dedit: nam si dedisset id factum esset aut
alienatione sui, et sic Pater eam amplius non haberet,
aut communicatione, et sic essentia divina mul-
tiplicata esset, quod est absurdum: Nam essentia
divina numero est una.

6 Quaecunque realiter non differunt
et separari nequeunt, eorum communicato uno
communicatur nostro et alterum; Atqui hypostasis
et essentia Dei Patris realiter non differunt
et separari nequeunt. Et communicata es-
sentia Patris, necessario communicatur etiam hypo-
stasis. Aut si hypostasis Patris non est com-
municata filio, neque essentia Patris ei est communicata

Ex hoc argumento sequitur: Aut quod Pater fi-
lio suo essentiam non communicavit; si non
communicavit, ubi est generatio aeterna filii?
ubi communicatio essentialis personarum Trinitatis?
Aut quo

Aut quod Pr filio suo et essentiam suam et hypostasim suam communicavit, quia haec duo realiter in Patre non differunt, et sic filius erit Pr propter hypostasim Patris, quae ei est communicata, quemadmodum etiam propter essentiam Deus est.

7 Quicquid praedicatur de aliquo, id praedicatur vel essentialiter vel accidentaliter; Atqui tò gignere praedicatur de toto Patre, tò nasci de tò filio, tò procedere de tò S. Sancto. Ergo aut essentialiter aut accidentaliter. Non accidentaliter, quia sic accidens inhaerens in Deum caderet, et etiam tò gignere esset accidens in Patre, nasci in filio, procedere in S. S. et sic tres personae Trinitatis tribus accidentibus differrent.

Ex hoc sequitur quod essentialiter praedicentur haec de Deo, tertium non datur. Jam sic arguitur: Quicquid essentialiter praedicatur de una persona Trinitatis id praedicatur communiter de omnibus tribus personis. Ratio in promptu est, quia essentialia sunt communicabilia tribus personis

veluti

reluti Omnipotentia etc. Atqui rō gignere p-
dicatz de una Persona Trinitatis, de Pre, Essle. &
rō gignere prædicatz etiam de reliquis Perso-
nis Trinitatis, nempe de Filio et S.S. Et
per Consequens filius etiam genuit. Sp. S. similiter.
Filius erit Pr. S.S. similr. Sic concludendum
et de rō nasci et de rō procedere. Talia et
similia absurda plurima colligi possunt ex
generaōe essentiali filij

Trinitarij respondent: In humanis valet
hæc, in divinis vero nō.
Ad hæc dicimus et rogamus ut probent claris
et expressis testimonijs S. Sacræ Deum Prem
ex essentia sua genuisse sibi filium coæternum.
Si hoc facere nō possunt manebunt hæc
absurda, quæ ex ipsor opinionē colligūtz.

Nota q̄ tantum mortalibus competit talis
generaō de qua hic sermo est. Luc 20 ps 35
inqt Chrs eos qui futuri seculi et resurrectionis
ex mortu

ex mortuis participes erunt, nuptias ideo non tractaturos quia amplius mori non poterunt.

2 Qualem autem generationem S. scrip. tribuat et quando genuerit. Vide sup. in expli Ps. 2. Hodie genui te.

Expendamus etiam absurditatem opinionis

De incarnatione

1 Si Patris, filij et S. Sancti est una et eadem essentia sequitur quod dum una persona est incarnata etiam duae reliquae sunt incarnatae. Atqui verum prius. Ratio consequentiae est 1 Quia Opera Trinitatis ad extra sunt communia tribus personis ut ipsimet Trinitarij loquuntur. 2 Essentia et persona in Trinitate non differunt realiter nec separari possunt; incarnante igitur una persona filij incarnata est etiam essentia. Essentia autem cum sit communis tribus personis similiter et reliquae personae sunt incarnatae. Hoc confirmatur

Hoc confirmatur adhuc sic: Aut est filius unus Deus cum Patre et S.S. aut non. Si filius est unus Deus cum Patre et S.S. sequitur quod cum filius est incarnatus etiam Pater sit incarnatus et S.S. similiter, alioquin hi tres unus esse non possunt. Si filius unus Deus non est cum Patre falsa est ipsorum religio. Vid. sup.

2 Duae diversae substantiae de uno et eodem subiecto nempe Christo absolute praedicari atque hac ratione simul esse nullo modo possunt. Major est vera, Alioquin sequitur unam et eandem rem diversas sui ipsius essentias seu formas essentiales habere posse. Hoc autem implicat contradictionem: Nam ex forma essentiali diversa res diversa necessario constituitur: Si quidem diversam rem habere nihil aliud est quam diversam formam essentialem habere. vid. sup.

Observatio. Hic observandum duo diversa quidem simul esse possunt, tunc scilicet, cum alicuius

alicuius rei sunt accidentia, vel, cum aliqua
ratione eius sunt partes ex quibus ipsum subie-
ctum constituitur et tertium quid efficitur, ut ex
anima et corpore constituitur homo tanquam par-
tibus. Sed tunc non praedicatur absolute de subie-
cto ut e. gratia non dicitur: homo est anima, homo
est corpus; nec etiam homo est anima et corpus.

Iam autem Deus et homo ~~sunt in Christo ut Acci-~~
~~dentia~~; ~~nec etiam haec sunt duae substantiae Deus et~~ Dubitatio
~~homo in Christo, sed~~ ut partes ex quibus terti-
um quid nempe Christus efficitur ipsimet Trinita-
rijs fatentibus. E. male et contra scripturam
et contra rationem loquuntur Trinitarij, quando di-
cunt, Christus est Deus et homo, perinde ac si quis
diceret: homo est anima et corpus.

Porro notandum quod Adversarij similitu-
dine ab anima hominis et corpore desumta
uti non possunt, nam haec duae partes hominis
sunt ex quibus tertium quid, scilicet homo constituitur.

Deinde

Deinde etiam ideo, quia quemadmodum homo ipse nec corpus est nec anima revera: sic Christus nec Deus nec homo revera est.

Huc pertinent etiam alia, ut disseparatione enumeratione non sequatur idem suppositum vel eadem persona. Item, si Christus est Deus et homo est alius et alius, seu duae naturae erunt in una persona, aut ex his duobus aliquid tertium constans et realiter differens ab illis ex quibus constat.

Item si Deus est homo erit aliqualiter et substantia creata: nam quicquid praedicatur de praedicato praedicatur etiam de subiecto praedicati.

Item in Deum nulla cadit mutatio. At si Deus factus est homo mutatus est nova substantiali perfectione acquisita.

Item, Quemadmodum Deus et pati et mori non potest, ita nec caro vel homo fieri potest. vid. sup. in expl. Rom. 1 v. 3.

Ut veritas magis elucescat videamus an Christus sit unus ille Deus, quemadmodum Adversarii dicunt.

Quod Christus

Quod Christus unus ille Deus esse non potest probatz

Primo.

Quod sit conceptus Luc 1 v 31.

Natus Luc 2 Matt. 2.

1 Crevit Sapientia Luc 2 v 21

4 Esurivit Matt 4. Mar 11 v 12 Luc 22

2 Subditus fuit Luc 2 v 51

3 Circumcisus Luc 2 v 21.

5 Sitivit Joa 19 v 28.

Edit, bibit Matt 11 Marc 2 Luc 22.

Dormivit Matt 8 Luc 8.

Fessus est, sedit Joa 4, 6.

Flevit Luc 9 Joa 11. Heb 5 v 7.

Occultavit se Joa 8.

Servivit Joa 13

Ignoravit aliquid Marc 13 v 32.

Coepit expavescere Marc 14 33.

Turbatus est Spiritu Joa 11 et 12.

Tenuit tristis

257 Fuit tristis Matth 26 ~~Luc 22~~ Marc 14.

Procidit in faciem Matt 26 Luc 22

Orare Marc 14 Luc 11 et 22.

Gratias egit Matt 11 Joa 6 et 11.

Corroboratus est Luc 22. Passus est mortuus resuscitatus est

Hinc tale argumentum formari potest:

Quicunque quocunque modo talis est. vel, in quecunque quocunque modo hec cadunt is unus Deus esse non potest.

Secundo

Quod sit ~~ordinatus~~ a Deo in nostram salutem ante constitutionem mundi 1 Pet 1 v 20.

Promissus olim Gen 12 v 3. Deut 18, 15. 16. Luc 1, 54. Act 3, v 22. Rom 1 v 3.

Natus ex muliere Gal 4 v 4

Sanctificatus a Pre Joa 10 v 36.

Unctus oleo exultationis Heb 1 v 9

Spiritu et potentia Act 10 38

Sine mensura Joa 3 v 34.

Mittens in mundum Joa 10 36.

Per hunc locutus est Deus ult. d. Heb 1. Judeo dicitur etiam Sermo Joa 1 v 1.

Per eundem condidit Deus orbem ~~[illegible]~~ Heb 1, v 2. Jud 2, 5.

Renovare omnia 2 Cor 5 18.

Reconci

Reconciliavit Col 1 v 20
Recapitulavit Eph 1 v 10.
Redemit nos Eph 1 v 7.
Hunc tradidit pro nobis Joa 3, 16.
Excitavit ex morte Act 2, 24, 32. et c. 10 v 40. Ro 4, 24. Eph
Exaltavit. Act 5 v 31
Collocavit ad dexteram suam in coelis Eph 1 v 20.
Supra omnem potestatem dominationem et virtutem
et omne nomen Eph 1 v 21.
Subjecit ei omnia Eph 1 v 22. 1 Cor 15.
Dedit ei nomen supra omne nomen Phil 2 v 9, 10.
Omnem judicium Joa 5 22.
Omnem potestatem in coelo et in terra Matth 28
Gloriam 1 Pet 1 v 21.
Fecit eum Dominum et Christum Act 2 v 36.
Principem et Sacerdotem Act 5 v 31
Constituit haeredem omnium Heb 1 v 2.
Caput Ecclesiae Eph 1, 22. Col 1 v 17.
Mediatorem 1 Tim 2 v 5.
Regem Ps. 2 v 6.
Pontificem Heb 5 v
Judicem omnium Act 10 v 42. 17 v 31. 1 Tim 4

— Tertio.

Quia est filius unius illius Dei Matth 16, 16,

2 259 Habet Deum 27 46. Joan 20 v 17. Eph. 1 v 3, 17.
1 Pet 1 v 3. Apoc 3 v 12.
Habet Patrem Joan 5 v 55.
Habet caput Deum 1 Cor 11 v 3.

Adde quicquid Christus habet a Deo et Patre suo habet.
Ostendunt praeterea, quae in secunda probatione dicta et notata sunt, etiam sequentia testimonia Mat 11 v 27. 24 v 36. 26 v 52. 28 v 18. Marc 13 v 3[illegible] Joan 5 v 19, 22, 26, 30. 7 v 16, 39. 8 v 16, 26 28. 10 v 29, 36, 37; c. 12 v 43, 49. 14 v 31. 17 v 7, 11, 12, 24. Act 2 v 36. 10 v 42, 43. Heb 5 v 5, 6, 7. 8, 9. 1 Cor 1 v 30. 15 v 27, 28. Phil 2 v 9, 11. 1 Pet 1 v 21 &c.

Ad haec respondent Trinitarii duarum naturarum distinctione, sed dico

1 Quod haec ipsorum distinc. stare non potest. Vid. sup.

2 Hac responsione petunt principium, quia nondum probaverunt in Christo praeter humanam etiam divinam fuisse naturam secundum quam sit unus ille Deus.

3 Non solum absurdum est sed etiam impium de uno illo Deo talia affirmare vel cogitare.

Notan. et observandum 1 Quemadmodum Christus

Chrs est una persona seu unum suppositum, ita est in eo una tantum personatura vid. sup in exp. Ro 1, 3.
2 Quoad naam est hoc, quoad qualitates est quoad officium, authoritatem potestatem est (singularis et) divinus, nam hec omnia sunt divina in ipso vid. supra in expl. marc 2, 5.
3 Quemadmodum impossibile est, quod unus ille Deus hoc sit vel fieri possit; ita econtra impossibile est quod hoc unus ille Deus sit vel fieri possit vid. sup in expl. Rom 1, 3.
4 Unus ille Deus hoc tantam vim ut possit homines quos vult evehere sup omnes alios; imo divina gloria, authoritate potestate donare ~ Deos efficere. Hoc affirmat scriptura S. de Chro ex presse Eph 1. 1 Re 1. Hinc est quod Chrs dr Deus et etiam est Deus; imo verus Deus (nam falsus Deus non est) sed tn non verus unus ille Deus, qui est Pr. vid. sup. ubi destruitz distinctio Trinita: quando dicunt scripturam expltr loqui Deo

Chrs ita est Deus ut suum habeat Deum matt 27. Joa 20. Eph 1. Apoc 3. vide hic in 3tia probatione quod Chrs non sit unus ille Deus.

De Spiritu S.

De Spiritu S. hactenus obiter tantum quædam attigimus, verum quandoquidem ea doctrina prorsus est necessaria hic eam explicabimus.

De Spiritu Sancto.

De S.S. duo notandum: 1 quid non sit. 2 quid sit.

De Spiritu Sancto duo sunt nobis explicanda:

1 Quod non sit persona.

2 Quod non sit unus ille Deus; nam Trini. hæc duo asserunt de S.S. Utrumque falsum esse demonstrandum est nobis.

De primo. S. Sanctum non esse personam ex eo constat, quod S. Sanctus dicitur dari, idque vel ad mensuram vel sine mensura. Act 3 v 2. Joan 3 34. Eph 4, 7.

Item S.S. dicitur effundi et de eo effundi Act 2 v 17, 33

Item dicitur potari 1 Cor 12 v 13.

Item dicitur duplicari 4 Reg 2 v 9.

Item de partes ex eo fieri Num 11, 17.

Dicitur auferri Psal 51 11

Dicitur modo esse modo non esse Joh 7, 39.

Dicitur extingui 1 Tess. 5 19.

1 Hic notandum est, etsi non in omnibus locis citatis nomen S. Sancti expresse scriptum est; tamen nemo negare audebit ubique de Spiritu S. verba fieri.

Hæc

Hæc omnia talia sunt ut nihil eorum de vera persona dici queat. Unum ex his assumens examinabo:

Si S. Sanctus persona esset eo modo quo datur, dari non posset, scilicet ad mensuram vel sine mensura &c. Ratio Consequentiæ hinc patet: Spiritus S. aut totus datur aut pars: Si pars datur, hæc persona aut erit finitæ aut infinitæ substantiæ: Si finitæ, nullo modo in partes dividi potest persona, quinimmo persona illa corrumpatur aut mutilatur; sequitur igitur (cum innumerabilibus S.S. detur) si uni cuique eius portio aliqua daretur) corrumpi personam istam.

Si autem S.S. totus datur, certe si finitæ substantiæ est uni tantum dari eodem tempore potest et in diversis locis esse non potest. Et sic falsum foret quod dicitur in S. Sacra compluribus eodem tempore S. Sanctum fuisse datum

Si autem S.S. est infinitæ substantiæ, homines eum recipere non possunt. Ratio Consequentiæ est: Quia finitæ substantiæ, quales sunt homines, non sunt capaces infinitæ substantiæ, præsertim per modum receptionis.

2

2 Si S. S. est infinitæ substantiæ is semper ubique est, et idcirco nullo pacto dari potest. Ratio est, quia non magis in uno homine quam in alio erit, nec magis in homine quam in alia quavis re.

3 Præterea necesse est Spiritum S. in omnibus eundem omnino esse et eadem prorsus effecta operari, quod tamen falsum esse S. Sacra, et experientia testatur.

Ex his constat S. S. personam nullo modo esse posse. Ex reliquis locis supra citatis simili modo argumentari licet. Aliud.

Si S. S. naturaliter in Deo est, persona esse non potest; Atqui S. S. naturaliter in Deo est. E. S. S. persona non est.

Antecedens probatur ex Paulo verum esse 1 Cor 2 11. ubi dicitur: quis enim hominum novit ea quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui est in eo. Sic et ea quæ sunt Dei, nemo novit nisi Spiritus Dei. Nota Spiritus Dei et S. S. idem est in hac disputatione. Hinc jam sic argumentor: Si S.

Si Spiritus S. in Deo naturaliter non esset, non potuisset Paulus Dei Spiritum cum hominis Spiritu comparare. Atqui Paulus comparat S. Dei cum Spiritu hominis. E. S. S naturaliter est in Deo.

Consequens primi Syllogismi sic probo:

Si S. S. est Persona sequitur unam personam realiter in actu esse Persona, et quidem reciprocè, aut certè sequitur Dei et S. Sancti eandem esse personam, et unum idemque esse per omnia illud quod inest. Atqui utrumque falsum est.

Ex his quae dicta sunt patet falsum esse etiam illud commentum Trinitariorum scilicet S. Sanctum esse unum illum Deum. Nam si S. Sanctus non est Persona, nec unus ille Deus esse potest. Sed adhuc manifestius patet ex eo, quod S. S. nusquam in S. sacra expressè deus dicatur.

Nunc videndum quid sit Spiritus S. S.

Spiritus S. seu Spiritus Dei in potiori scaone acceptus est vis et efficacia, quae semper in Deo naturaliter fuit, est, per quam Deus omnia operatur quae vult.

Hic Spiritus varias appellationes assumit

Deum

sdm ea quae efficiat et operatur, ut Spiritus Sapientiae et intelligentiae, S. fortitudinis, S. Consilij, S. Scientiae et metus Dei Esa 11 v 2. Hinc dicitur S. gratiae, mansuetudinis, humilitatis etc.

Sic virtus seu vis illa divina, quam aliqua ratione res sanctificatur, peculiari nomine S. Sanctus appellatur. Luc. 1 v 35. S. Sanctus veniet super te et virtus altissimi obumbrabit tibi. In hoc dicto posterius membrum nihil aliud est, quam explicatio prioris: nam particula Et hic est non copulativa, sed explicativa. Quemadmodum in sacris saepe fit, quod etiam Beza annotavit, et proinde est, ac si, id est. Solet in Sacris etiam saepe una eademque res bis poni in eodem loco explicationis causa.

Ut melius intelligatur doctrina de Spiritu Sancto, haec notanda et observanda sunt:

1 Quod haec vis et efficacia qua Deus omnia operatur et sanctificat, per metaphoram a vento et flatu ductam, Spiritus dicitur ad indicandum quam facile

Deus

Deus omnia operatur. Nam nihil est quo res qualitate aliqua facilius repleantur et simul commoveantur quam vento

2 Spiritui S. saepe tribuuntur ea quae sunt personarum propria, quamvis non sit persona. Nam hoc valde usitatum est in Scriptura ut rebus tribuatur id quod personis proprie convenit, ut peccato, legi, charitati, vento &c. vide sup in expl. 1 Cor 12 v 11.

3. S.S. vel S. Dei dicitur aliquando etiam Spiritus Christi propterea quod ipse Christus eodem Spiritu fuit praeditus et unctus sine mensura, ex cuius plenitudine fideles acceperunt et participes eidem sunt facti.

4 Ex eo quod dicitur in Symbolo Apostolo. Credo in S.S. volunt Trinitarii probare eum esse personam et porro unum illum Deum. Sed hoc argumentum est, valde infirmum. Ratio est, quia etiam de iis hoc dicitur qui nulla ratione unus ille Deus esse possunt ut Exo. 14 vs 31.

Populus

Populus timebat Jehovam et credebat in eum et famulum eius Mosen. 2 Cron 20 v 20 Credite in Jehovam et Prophetis eius.

Imo non tantum de personis dicitur, qui unus ille Deus non sunt, sed etiam de rebus, ut Marc. 1 v 15 Credite in Evangelium. Joan 12 v 36. Credite in lucem. Psal 78 v 37. Non credebant in miracula eius 1 Joan 5 v 10 qui Deo non credit, non credit in testimonium eius

1 Pet. 1 v 13. Collocate fiduciam vestram in gratiam quae vobis offertur.

In Symbolo Constantinopolitano dicitur: Credo in Ecclesiam Catholicam. Athanasius in epist. ad Epictetum Episcopum: Credimus in S. S. in Ecclesiam Catholicam, in resurrectionem carnis, in regnum coelorum in justum judicium et vitam aeternam Amen.

Omnis Spiritus laudet Dominum.

Quandoquidem hactenus

Quandoquidem hactenus satis superq; actum est de naa. seu persona Christi, iam deinceps de munere ipsius agendum est. Munus Christi consistit in tribus, quod scilicet sit Propheta seu Magister noster unicus, Rex noster coelestis et Sacerdos aeternus.

De Prophetico munere Christi.

Propheticum munus Christi consistit in eo quod nobis voluntatem Dei patefecit, manifestavit, confirmavit.

Haec voluntas Dei quam Chrs patefecit est N. F. Hoc N. F. comprehendit duo in se: Unum respicit Deum, Alterum nos homines. Illud scilicet quod Deum respicit sunt promissa omnium praestantissima et mandata perfectissima, quae Chrs Dei nomine resipiscentibus dedit; His promissum est donum S. Sancti et vita aeterna. Mandatum vero est observatio eorum praeceptorum, quae in lege de moribus data erant, cum iis partim quae ad istam legem sunt addita, de quibus vid. Mat. 5, 6 et alibi, partim tanquam nova prorsus a Chro praecepta, qualia sunt abnegatio sui ipsius, vectatio crucis.

crucis et imitatio Xti, et celebratio coenae Dni.

Hoc N. F. confirmavit Christus

I in innocentia et sanctitate vitae, et morte et
fusione sanguinis sui, de his omnibus vide in
Catechesi sutius. Alterum quod in N. F. ad
nos homines spectat est fides in Je. Chro.
Per hanc fidem consequimur iustificationem,
h. e remissionem peccatorum et vitam aeternam.
Ex Miraculis antea inauditis et divinis.

Ordo hic immutatus fuit ut nota.

De Fide et iustificatione.

Quid sit fides et quomodo justificatio nostra
perficiatur, videndum est.

Justificatio fit per fidem. Qui autem fidit, non tantum
debet credere verum esse, quod dicit, sed etiam
id facere quod jubet. De tali fide loquitur Apostolus
Heb. 11 in quibus: quia possibile est Deo sine fide
placere, omnes qui ante Xtum placuerunt fide
iustificati teste Apostolo Heb. 11 quia Deo obedie-
bant, et eodem tempore eius misericordiam fidebant
et sperabant condonationem imperfectionum suarum, quam
quae id in fidere tunc expressum non esset.

Qui sub No. F. Deo placent per fidem, iustifi-
catur illi quoque, sed tantum discrimen est inter
illam iustificationem qua homines ante Evangelium
iustificat

iustificati, et inter illa quae nos sub N. T. iusti-
ficamur.
Iustificatio per fidem ante Christum Foederi non
fuit inclusa, sed Deus monuit tantum homines per Alo-
son et alios Prophetas, suae benignitatis et
misericordiae; At in N. T. comprehensa est promis-
sio remissionis peccatorum, modo confidamus
Deo et poenitentiam agamus. Hinc dicitur Gal 3 v 23
venisse fidem sub Evangelio h. e. tunc publica-
ta est fides et Foederi inclusa, quod antea
factum non erat. 2. Fides ante Christum respicie-
bat Deum Israelis solum. At nunc sub N. T.
requiritur fides in Deum et Christum, sive quod re-
ipsa idem est: Fides in Deum per Xtum. Joh.
14 inquit Xtus: Creditis in Deum et in me cre-
dite. Joh 12 inquit: qui credit in me non credit
in me, sed in eum qui misit me. Ex his
palam est quod fides in Christum Deum respi-
cit, et in eo, velut in ultimo suo fine termi-
natur, et hoc ideo fecit, quia Deus misit Sanc-
tificavit, et exaltavit Christum.
Tertio Fides illorum aut Christum require-
bat, observationem praeceptorum, quae tunc proposita erant.
At fides in N. T. requirit observationem
praeceptorum quae per Christum data sunt. Est igitur
haec

hæc fides nihil aliud quam non dubitare de
illo quod scilicet Deus preces nostras in no-
mine Xti exaudit, et quod nos quoque quæ
Christus mandavit ea facere.

Ut autem sciatur de quali observatione præ-
ceptorum divinorum hic sermo sit, sciendum
Obedientiam seu observationem duplicem esse,
Altera est absolutissima, quando quis nihil
unquam delinquit nec verbis, nec factis, neque
mente vel animo. Altera quando quis præ-
ceptorum divinorum nullum infringit, ita ut habitum ha-
beant et in eo peccato hæreant.

Priori modo nemo servat præcepta Dei neque
exigitur absolute ab hominibus talis obedi-
entia, sed exigitur tantum aspiratio et conatus
perfectus ad eam quam proxime accedendi.

Secundo modo fuerunt etiam ante Christum
multi homines iusti, et quamvis aliæ fragilitates
et imperfectiones in illis essent vel abantur tamen
iusti. Quæ appellatio illis attributa non fuisset
nisi pro viribus Dei præcepta observassent, et de-
us imperfectiones iis condonasset.

Altera hæc observatio præceptorum Dei ut

ad salutem

ad Salutem omnino necessaria est, et ab omnibus requiritur, ita etiam possibilis est omnibus Deo obedire volentibus et opem eius implorantibus. Ex hac Dictione intelligi potest quomodo Paulus Apostolus opera opponat fidei Rom 3 v 28. Gal 2 v 16 Eph 2 v 8 inquiens hominem fide iustificari sine operibus.

Hic sciendum quod Apostolus non loquitur simpliciter de operibus legis, nec etiam de omnibus operibus simpliciter, sed de perpetuis et perfectis, qualia requirebat absolutissima mandatorum observatio.

Talia appellantur leges, quia lex talem obedientiam requirebat ab illis qui per legem iustificari volebant. Nota: Verba Pauli Rom 3 v 28. Gal 2, 16. Eph 2 v 8 possunt etiam hunc sensum habere: nulla esse opera quae tanta sint ut propter istorum merita iustificari possimus. Opera ipsa per se et propter meritum suum, quaecunque tandem illa sint, non sunt causa iustificationis nostrae, iam etiam si hoc accidit, quod nemo est qui perfectissime et integerrime per totam vitam omnia opera faciat quae praecepta sunt, multo minus potest per ipsa opera, tanquam meritoria, iustificari.

Sub Evangelio quoque requiritur obedientia

sed non

sed non illa perfectissima et absolutissima legis,
preum fidei, quae a poenitentibus exigitur, ut deinceps
Deo per Xtum obediant, neve in ullo peccato habi-
tum habeant, qui autem peccavit non potest per le-
gem seu exemplo legis iustificari. Potest au-
tem per fidem iustificari si poenitentiam agat
et deinceps per Christum Deo obediat. Iam autem
omnes peccaverant, ideo erant etiam omnes rei
mortis aeternae. Deus pro ingenti misericordia
sua obtulit omnibus gratiam suam in eo angelio suo
per Xtum, ut qui in ipsum credant, iustificentur.
Haec fides ut supra diximus non est
sine operibus quinimo ita est coniuncta cum bonis operibus ut sine his nullo modo existere
possit.
Nota. In hac quaestione idem est obedi-
entia, observatio praeceptorum Xti, pietas Christi-
ana, et bona opera. Bona opera, seu pietas
Christiana a fide reipsa non distinguuntur, quo-
niam sunt complementum fidei, quemadmo-
dum anima est essentiale et formale ho-
minis, ita opera vel pietas sunt fidei
forma et essentia vid Iac 2 v 26
Hinc est quod Scriptura cum fidei cum
bonis operibus salutem tribuit, quatenus scilicet
nec sine

nec sine fide, nec sine bonis operibus salus
dari potest.

Haec obedientia seu pietas eo progredi
et promoveri debet ut homo in nullo pecca-
to vel vitio haereat, sed in omnibus virtuti-
bus Christianis habitum habeat. Hoc
vocat Scriptura secundum Spiritum ambula-
re et non secundum carnem: Si enim a X
ignorantia, incogitantia, fragilitate aliquid
peccet modo resipiscat et in praeceptis
Christi observandis pergat, Deus hoc
in misericordia sua tegere et condonare
vult. Qui hac fide praediti sunt iustifi-
cantur et salvantur ex Dei gratia: Nam ad
nostram iustificationem requiruntur haec duo:
1 Miseratio et Clementia Dei 2 nostra in Deum
per Christum fides. Hinc est quod salus nostra
aliquando gratiae Dei, aliquando vero fi-
dei attribuitur. Haec duo ita conjunguntur
ut alterum sine altero effectum suum produ-
cere non potest. Principalis causa iustifi-
cationis est Dei gratia, causa sine qua Deus ne-
minem iustificare vult, est fides in Xtum Jesum

Nota

275

Nota Eph 2 dr quod fides Dei donum sit, quia meriti non eramus ut nobis occasio daretur ad credendum, sed totum illud ex Dei benignitate manavit.

Ex his quae dicta sunt facile conciliari potest locus Pauli Rom 3. Gal 2 cum Apto Jacobo 2 ubi inquit, nos non fide tm sed etiam operibus iustificari.

Aliter considerat Paulus opera, Alr Jacobus Paulus tanquam meritoria ut sua ipsorum ex homine iustificantia. Item eiusmodi quae perfecta sunt, quibus si ad Dei praeceptum examinentur nihil deest. At Aptus Jacobus opera tanquam causam considerat sine qua non, et intelligit nomine operum non perfectissimam, sed eam obedientiam, sine qua Deus nomine charum habere vult.

Postquam audivimus quid sit fides, et quomodo iustificatio nostra perficiatur investigandum erit an haec quae de fide dicta sunt in nostra potestate sint, ut ea faciamus vel non. Deinde quod de praedestinatione sciendum est. Dae libero

De libero arbitrio

Ut tota res melius intelligatur considerandum est primus homo, nempe Adamus. Hic consideratur secundum essentiam et qualitates.

Quod essentiam primi hominis concernit, scriptura testatur quod sit formatus ex terra. 1 Cor. 15 considerat Apostolus Adamum simpliciter quomodo creatus fuerit, dum dicit eum esse ex terra et terrenum. Deus inflavit ei spiritum dicit Scriptura S. gen. 2. Spiritus qui a Deo fuit inditus homini est immortalis, corpus autem quod ex terra est formatum est fragile et mortale.

Primo inde patet quia Adam etiam ante lapsum natura mortalis fuit, quia de tali materia factus erat, quae sua natura non poterat (perpetuo) nec potest durare; sunt etiam aliae rationes quibus hoc probatur quae non ingrediuntur propius in essentiam

Secundo quod Adamus comedit bibit ut nutriretur etiam ante lapsum. Is enim non potest habere naturam et essentiam immortalem qui revera edit et bibit ut nutriatur: Quia

Nam ubi immortalitas est ibi esse, et cibis non est opus, id aperte ostendit Apostolus 1 Cor. 6 v. 13 cum ait esca ventris et venter escis, Deus autem illum, et hanc destruet

X Tertia ratio quod homo ante lapsum destinatus erat generationi Gen. 1 v. 28. Tantum ea generant quae ipsa intelligere possunt, qui autem immortales sunt liberos non procreant teste Xto Luc. 20 v. 35

Quarta ratio est. Data fuit Adamo arbor vitae in Paradiso. Si Adam erat immortalis ad quid erat ipsi arbor vitae. Dare aliquid ei ad dandam vitam immortalem, qui natura sua immortalis est, est superfluum

Quinta. Si Adamus immortalis creatus est, per lapsum mortalis factus fuisset, hoc fuisset eius peccati pena maxime propria, et inde sequeretur quod tantum impii hodie moriuntur: Regenerati vero mortis non essent obnoxii; quia certum est quod Christus abstulit proprias penas peccati: nam ideo venit Christus ut dissolvat opera diaboli. Et videmus quod pii moriuntur a quibus pena peccati est ablata; Ergo sequitur quod peccatum

peccatum mortalitatis naturalis causa fuerit, et quod primus homo, a quo omnes progeniti sunt, ante lapsum mortalis fuit.

Sexto Adam ante lapsum corpus animale habuit Gen. 2 v. 7 et 1 Cor. 15 v. 44. At corpus animale est mortale.

Septimo. Omnes causae quae nos faciunt mortales sunt vel in homine vel extra eum. Intra nos, ut caro Sanguis etc. Extra nos sunt aestus solis, frigus, Astra, Aestas, hyems etc. Haec omnia extiterunt ante lapsum, quemadmodum etiam adhuc extant.

Objectio I. Hic objiciunt: Deus comminatus est Adamo. Si ex fructu arboris comederet futurum ut moreretur. Hinc videtur concludi posse, quod antea Adamus morti obnoxius non fuerit. R.

Deus comminabatur ipsi non naturalem mortem, sed necessitatem moriendi et in pulverem revertendi, quasi diceret Deus: Tu quidem mortalis es, sed tamen possum te conservare. Si vero comederis omnino morieris, quod est tibi naturale fiet tibi necessarium.

Nota. Ille dicitur morti mancipatus, cui necessario moriendum

moriendum est. E. c. homicida est morti obno-
xius, || quatenus est homo, sed postquam homici-
dium commisit et sententia pronunciata est de eo,
necessario ei moriendum est. Sic Adamus erat
naa mortalis, sed post peccatum, quod ipsi erat
naale, necessarium factum est, et insuper ut
in morte perpetuo maneret: Nam hec est
poena peccati propria. Et factum esset nisi Deus
ingenti sua benignitate ab hoc reatu genus hu-
manum liberasset.

Obiectio 2. Rom 5 dr, mors per peccatum intravit.

R. Naturalia naturaliter sunt necessaria, sed
Deus est supra naturam. Etiamsi Adamus pro-
pter suam naam mortalis erat; tn gratia et
potentia Dei potuisset ista naturalis morien-
di necessitas averti, si obediens fuisset, sed iam
Adamus peccando privavit se et liberos suos
ista gratia Dei, et necessario ei moriendum erat,
et sic quod antea naale erat, datum est ei pro
poena, et omnino necessarium factum est ut E. c.
si quis ad perpetuos carceres damnaretur, et
interim peccaret contra flagistratum de eo
diceretur, ~~[illegible]~~ nostra gra concessa est vita
et libe

et liberari potuisset suo tempore, sed iam omnino moriendum est ei.

Concludendum igitur Adamum mortalem creatum fuisse, et si in obedientia persistisset, habebat arborem vitae, ex qua si comedisset ad multa secula produxisset vitam, et tandem vel mortuus fuisset, et iterum a Deo ad vitam revocatus fuisset, et immortalis factus, quemadmodum fideles in novissimo die in vitam revocabuntur, et immortales efficiuntur. Vel etiam potuisset Deus sua gratia eum a morte conservare et immortalitatem donare.

De qualitatibus Adami ante lapsu.

Plerique existimant Adamum ante lapsum habitum non acquisitum sed infusum omnis virtutis, sanctitatis et iustitiae habuisse: vel ut alii loquuntur eum habuisse originalem iustitiam. Sed haec opinio nullum habet fundamentum in S.S. Nam de infuso habitu nihil dicit. Acquisitum vero habitum habere non potuit, quia talis acquiritur per actus multos continuatos et longo tempore. Addo etiam: Si Adamus originali iustitia fuisset conditus peccare non potuisset tam facile. Nota. Deus creavit

Adamum

Adamum rectum, dicit Ecclesiastes 2 ℣ 30 h.c.
ab omni labe, et ita ut voluntatem seu liberum
arbitrium non magis ad malum, quam ad bo-
num, et vice versa, haberet.

Ad utrumque erat dispositus, quasi bilax
quae non magis in hanc quam in illam partem
inclinat. Hoc requirebat etiam rei necessitas,
ut esset locus exploratio ipsius obedientiae.

Hinc videre est, quod illi errent qui o-
pinantur imaginem, ad quam homo conditus erat,
consistere in immortalitate et justitia origi-
nali. De immortalitate antea vidimus.
Restat adhuc: Si Adamus similis fuisset
Deo immortalitate et justitia Deo ante lapsum
(ut quidam volunt) mori non potuisset, nec et-
iam peccare, quemadmodum Deus nec mori
nec peccare potest.

Sed jam constat Adamum et peccasse
et mortuum esse. Deinde dicunt ipsimet quod
imago Dei per lapsum Adami amissa sit et deleta.
Legimus autem quod S. Sacra post lapsum A-
dami dicit quod sit ad imaginem Dei factus
Genes ℣ 6. Jac 3 ℣ 9. Sequitur igitur quod imago
et similitudo ad quam homo factus erat non consistit
in Dei immortalitate

in immortalitate et iustitia. Nota imago et similitudo ad quam homo factus erat consistit in dominatu rerum omnium praesertim inferiorum ut satis patet ex loco istius historiae Gen. 1 v. 26.

Hoc imperium quod homo habet super creaturas dependet tantum ex rationis usu; Nam nonnisi ille dominari potest animalibus et aliis qui ratione est praeditus. Et uti patet, Deus habet summum imperium in omnes sine exceptione. Hominem constituit Deus in terra Dominum omnium, et sic est imago Dei, quemadmodum Vice Reges dicuntur imago Regis.

Antequam ad alia veniamus est adhuc una quaestio examinanda, scilicet de peccato originali, ut vocant.

De Peccato Originali.

Ex Adami lapsu in quiunt aliquem, factum est, quod homines nullam habeant voluntatem liberam ad bonum faciendum, sed plane sint inclinati ad malum, neque possunt non peccare. Ista labes seu peccatum originale est fons et radix peccatorum actualium, et dicunt quo non existente non extitissent peccata actualia.

Ad hoc posterius dico breviter. Si hoc verum esset

esset, sequeretur quod Adamus antequam pec-
caret non potuisset peccare. Nam nulla
labes talis in ipso erat. Jam autem peccavit
ut constat. Inde palam est quod peccata
actualia non ex tali labe defluant, sed ex
libera voluntate hominis, quemadmodum etiam
Adamus ex libera voluntate peccavit, cum
aliter facere potuisset, quia rectus factus fuerat.

Deinde ad integram quaestionem sic respondeo:
Si hoc factum fuit scilicet quod vi peccati Adami ista
labes in nos derivata est, quod homines non
potuerunt non peccare, factum fuit, vel vi ipsius peccati per se,
vel ex decreto Dei. Sed quis audivit unquam
quod unus actus vim habeat corrumpendi to-
tum hominem et omnes posteros eius?
Exempla etiam diversum ostendunt.
Si Adami natura fuisset corrupta per lapsum
et etiam omnium posterorum eius tum Abel etiam
fuisset malus, ut Cain. Jam scriptura dicit
Abelem iustum fuisse.

Quidam dicunt ex decreto Dei, in poenam
Adami hoc factum esse. Hoc autem est
falsum propter duas causas:
1. In scriptura disertè commemoratur poenae
lapsus Adami, ut pote ablatio gratiae divinae
qui

quia potuisset à morte conservari, et necessitas moriendi, item expulsio ex Paradiso, et subiectio sudori vultus.

2. Si per lapsum Adami eius natura corrupta fuisset, et hæc labes in omnes posteros eius emanasset, scriptura non tacuisset.

Deinde non videtur ullo modo verisimile quod Deus Author omnis sanctitatis voluerit homini hoc imponere ut non posset non peccare. Nam pugnat hoc cum perfecta sanctitate et justitia Dei, cogere aliquem ut peccet. Nota. Solet quidem Deus peccata aliquando peccatis punire; sed tamen non ipse Deus est peccati Author illius, quod in facto inest, sed facti ipsius duntaxat; malam enim et pravam voluntatem à qua omne peccatum proficiscitur reprehendit Deus in hominibus; siquidem jam pravæ et obstinati sunt, neque boni quicquam facere possunt, nec resipiscere, digni igitur sunt ut vel desperantur à Deo, vel quod ad aliquod facinus patrandum destinentur, ut hac ratione eorum voluntaria malitia palam traducta mensuram suam impleat, et improbitatis suæ meritas pœnas luant.

Rom. 1. quæritur si peccatum originale non est

an sit aliqua

an sit aliqua proclivitas in homine ad peccandum? Et si est, unde illa est sit?

Ad primum respondeo quod sit et quidem magna, sed illa non est proserta ex primi parentis peccato, inde patet quod ista proclivitas ad peccandum non est aequalis in omnibus, sed diversa; si ex laptu Adami penderet haec proclivitas, cum in omnibus eius posteris aequalis foret. Abel non minus malus foret quam Cain, sed magna videmus diversitatem fuisse inter hos duos fratres.

Insuper experientia testatur magna esse diversitatem naturarum et ingeniorum. Alii qui magis inclinati sunt ad peccandum, quam vicissim alii. Inveniuntur pueri qui comparati inter se, alii videntur esse angeli alii diaboli.

Unde igitur est ista proclivitas ad peccandum? Homines peccando seipsos magis ac magis corruperunt, homines corrupti per sectos generare non possunt. Aliqui quemadmodum sunt proclivioris vel ad peccandum in genere, vel ad quaedam vitia, prout vel a parentibus sunt generati, vel prout nati, vel prout a teneris educati: ita etiam tales habent liberos.

Concludo igitur, quod laptus Adami non originale peccatum aliquod posteris suis, sed moriendi

moriendi necessitatem attulit, et reatum coram Deo; non ideo quod peccatum Adami sit imputatum eis, sed quod Adamus iam erat in ea conditione, cum coepit propagare homines. Servus servum gignit Jobbagio Jobbagionem, postquam quis in servitutem est redactus. Liberi qui ex eo nascuntur sunt quoque eidem servituti subiecti, non quod Patris facinus eis imputaretur, sed propter simplicem ex eo in tali conditione existentem propagationem.

Obijciunt hic originalis peccati defensores locum Gen 6 vs 8. Resp.

Ibi non agitur de proclivitate peccandi, sed de actualibus peccatis.

Item Ps. 51 vs 7 In peccatis sum conceptus. Resp.

Resp. Est figuratus loquendi modus atque hyperbolicus ut etiam iste Ps 58 vs 4. Esa 48, 8.

Ex his quae dicta sunt constat hominem habere liberum arbitrium. Homo quidem sibi multum nocuit peccando, sed tamen liberum arbitrium per lapsum non amisit, nec ipsi adempta fuit, siquidem scriptura non dicit. Et videmus etiam quod Deus nunc essam peccata gravissime puniat, neque punire cessat, quod non faceret si hominis voluntas libera non esset: Nam est iustus et nemini injuriam facit.

Jam vide

Jam videndum etiam quousque extendatur liberum arbitrium

Quod homo potest velle obedire Deo, negari non potest, si postea non potest, confugiat ad misericordiam Dei qui vires dabit: Nam Deus omnibus obedire volentibus et conantibus promisit suum auxilium, nempe S. Sanctum. Hoc tamen tenendum quod sub lege homines tantum habebant velle benefacere ut Rom. 7 videre est, quia lex nullas dabat vires homini ad exequendi quod volebant. Sub Evangelio autem habet homo non tantum velle, sed etiam posse obedire Deo. Nam promissio vitae aeternae multis modis confirmata dat vires exequendi et faciendi quod Deus vult, quam spem Deus postea confirmat in rebus arduis et tentationibus. Lege Praelectiones Theolo. pag. 1. 2. 3. 4. et 5.

De Praedestinatione et Praescientia Dei

Ut haec doctrina melius intelligatur considerandae sunt quaedam ante omnia.

Voluntas Dei consideratur dupliciter: Absolute vel non absolute

Si Deus absolute vult, fiet omnino; quis enim resistere posset voluntati Dei? quia habet causas omnium in manu sua.

Absolute voluit Deus ut ex Aegyptiaca servitute Israelitae exirent. Absolute voluit ut Messias in Bethlehem Juda nasceretur et Jerosolymis puteretur

pateretz, et morte tertia die resurgeret, et in coelum ascenderet et esset Rex Populi Dei, Judex omnium, et in novissimo Die mundus aboleatur, et mortui resurgant. Tale est etiam illud Jacobi Act. Act 15 ubi agens de vocatione gentium ostendit, quod verē opus sit Dei. Nam ab aeterno inquit, Deo sunt cognita opera eius, scilicet quae verē sunt opera Dei, ea sunt ipsi cognita ab aeterno. Nam ipse praescivit, et decrevit ea.

Notandum non omne opus quod Deus operatur proprie Dei opus dici potest, sed id quod ex eius voluntate pendet, nec ad hominis actionem respectum habet.

Deinde datur voluntas Dei quae non est omninō absoluta, sed habet adjunctam aliquam conditionem. Hac ratione saepe non fit quod Deus vult, et tamen non fit simpliciter contra eius voluntatem, quia conditionaliter vult, ut in servandis hominibus per Evangelium, ubi addita est conditio. Si credunt salvantur, hoc vult Deus. Si non credunt non fit ÷ non salvantur. Nam tales aspernantur gratiam Dei. Fit quidem contra voluntatem Dei, sed non absolutē, quia si nolunt salvari, pereunt.

Conditio quae adjuncta est huic voluntati Dei respicit

resticit et requirit etiam voluntatem hominis.
Nam Deus vult ut homines liberè obediant, ita
ut eodem tempore quo obediunt possint non obedire,
ut appareat qui ex amore virtutis Deo obedit
vel non, et sic locus virtuti et vitio, item praemio
et poenae, quae omnia excluderentur, si homo liberum
arbitrium non haberet.
Cum itaque Deus praecipit vultque summopere
ut homines obediant, seu ut id faciant liberè,
ita ut et possint et non possint, et cum non possint,
faciant tamen spe praemij et consequendi.
Itaque Deus hominem cogere non vult, neque tamen
absque homine hoc habere vult.
Si Deus cogeret hominem ad obediendum, non haberet
quod vult, scilicet ut liberè obediat. Nulla esset
praeterea vera virtus Deo obedire, nullusque foret
locus praemij. Ut autem ita haec fieri et lo-
cum habere possint (siquidem sapientia et iustitia ita
Dei requirit) voluit Deus homini cor liberum relin-
quere, ut homo Creatori suo libera voluntate ser-
vat, tale cor et tali cultum requirit Deus.
Nota. Omnes aliae res sunt in potestate Dei
praeter cor hominis, hoc liberum reliquit ei Deus
ut tale cor habere posset, quod vult in sacrificium.
Sed tamen sciendum 1. quod Deus potest flec-
tere cor hominis ad id faciendum quod Deus
decreverit

decreverit, si necessitas ita requirit, saltem gloriae nominis sui et emolumentum fidelium. Hoc autem est extraordinarium quiddam

2 Homo ita habet liberum cor suum, quod potest cogitare, proponere, constituere, consultare quicquid velit, tam in bonis rebus quam in malis; sed eventus et effectus est in manu Dei, qui hunc moderatur prout ipsi visum est. Ideo inquit Salomon: Hominis est probare cor, sed Dei dare exitum, et quid etiam lingua loquatur. In hoc consistit providentia Dei, quae homines timentes Deum valde consolatur. Sit periculum magnum, sint hostes potentes et astuti ac multi scimus quod nihil succedat, nisi quod Deus permittit. Igitur illi fidendum in cuius manu sunt rerum eventus, et in hoc consistit gubernatio mundi. Nota.

2 Obedientia de hominis consistit in voluntate et quidem in deliberata voluntate; ita enim contra, peccatum quoque consistit in voluntate deliberata, non tamen in eventu et effectu.

Inde iam pro peccato habetur quicquid homo omnino vult, etiamsi impediatur in eventu. Qui omnino vult aliquem occidere, iam ille commisit homicidium etiamsi eventus non sequatur, propterea quod impeditus fuerit, ut E. g. Saul Rex homicida erat

erat, quia constituerat omnino se David occisurum.
Ita e contra obedientia consistit in voluntate deli-
berata et pro virtute reputatur, etiamsi plane eren-
tus ita non subsequatur, quod videre est in
exemplo Abrahami, qui volebat filium suum ma-
ctare ad mandatum Dei, quamvis non macta-
vit, sed impeditus fuit; tamen imputatum est ipsi ad
iustitiam: Nam omnino decreverat id facere.
Hoc ideo dicitur quia aliqui habent semi delibe-
ratam voluntatem in re bona: nam volunt
Deo obedire, sed non faciunt, quia abstrahuntur
vel difficultate vel alia re. Hoc non putatur pro
virtute, sed pro segnitie et vitio.
Nota 3 Deus omnia scit vel praescit, quia
ei sunt omnia praesentia, inquiunt aliqui: sed at-
tendendum et diligenter observandum, quod Deus
ea omnia praescit quae certo futura sunt, quae
pendent a voluntate Dei absoluta, nec ad actio-
nes hominis respectum habent.
Deinde Deo omnia sunt praesentia, ea scilicet, omnia
quae aliquomodo sunt, quae vero nec fuerunt, nec
sunt praesentia, nec certo futura sunt; nullo modo sunt
Enti opponitur non Ens; non Ens autem nullo modo est.
Inter non Entia numerantur hominis actiones volun-
tariae, sive bonae sive malae sint, antequam fiunt,
quae tunc revera non existunt.

Talia

Talia nequidem ipsius Dei respectu sunt revera futura, nedum ipsi praesentia sint. Nam Deus permisit in his hominibus cor liberum ut cogitare possint, quod velint. Omnes quidem cogitationes et arcana cordis videt Deus et scit, sed antequam cogitent hoc vel illud Deo non est praesens, quia nondum extant, et nec est, et contingens est sit ne homo aliquid cogitaturus, et etiam hoc ne vel illud.

Nota 4 Omnia potest Deus facere, quae non implicant contradictionem. Cum dicitur aliquid non posse fieri a Deo, id non divinae virtutis imbecillitati, sed rei defectui, vel impotentiae, vel incapacitati adscribendum est.

Deus omnia potest praeterea quae sua natura nullo modo fieri possunt, et haec dicuntur impossibilia. Si Deus prorsus potest aliquid impossibile facere, impossibile non esset impossibile sed fieret possibile quod involvit contradictionem.

Jam ad rem. Quemadmodum Deus omnia potest, ea scilicet quae per se potentia sunt, seu quae sua natura possibilia sunt (ea enim quae sua natura non possibilia sunt nec Deum facere posse recte dicitur; nec tamen ipsius omni potentiae quicquam derogatur) Ita etiam Deus omnia scit, ea scilicet quae natura sua scibilia sunt (ea autem quae natura sua nullo modo

scire

sciri possunt, ea ex rei ipsius natura nullo modo sciri possunt, nec tamen omniscientiae Dei quicquam derogatur. Quemadmodum ex ipsius rei natura nulla ratione fieri potest ut factum in fretum reddatur, E. C. ut virgo violata non sit violata, Deus quidem efficere potuisset, sed ut non sit violata nullo modo fieri potest. Pari ratione quae nullo modo sunt, ea ex ipsius rei natura nullo modo fieri possunt. Nam non entis nulla est scientia. Nec tamen in Deo ulla est imperfectio, etiamsi eum quaedam facere posse quaedam etiam eum scire affirmari nequeat. Nam res illae nulli potentiae aut scientiae sunt obnoxiae, nec ullam omnino passivam potentiam aut scientiam admittunt.

Fatendum tamen omnino sciri a Deo omnia quaecunque futura sunt, sed distinguendum inter ea quae futura sunt. Quaedam dependent ex voluntate Dei absoluta, seu ex decreto Dei, quaedam vero ex arbitrio hominum. Haec sunt contingentia, possunt fieri vel non fieri, existere vel non existere. Donec haec non existunt in corde hominis, cogitatione revera non sunt, nec certo futura dici possunt. Quamprimum autem homo animo et cogitatione aliquid concipit id videt

id videt Deus, et scit etiam quando et quomodo cogit et hoc suas cogitationes adimplere. Hoc jam vel impedit, vel permittit, prout eius iudicia requirunt. Illa autem quae ex Dei decreto dependent vere sunt opera Dei, certo futura sunt, quia Deus ea praescivit et decrevit. De talibus loquitur Jacobus Act. 15 ut sup. indicatum.

Ex his quae hactenus dicta sunt respondere ad omnes rationes possunt quibus Calvinistae probare volunt quod omnia quaecumque fiunt ab hominibus in salutis negotio potissimum, ea prius ita a Deo praescita et decreta fuisse.

Objiciunt: Deus quaecumque vult, facit.

Resp. hoc de Absoluta Dei voluntate intelligendum est; quae ab hominibus fiunt aut non fiunt in salutis negotio, in eorum arbitrio et potestate posuit Deus; in his igitur non absoluta ~~Voluntas~~ voluntas Dei, sed illa consideratur, quae adjunctam habet conditionem.

Ex hac divinae voluntatis distinctione, patet quod ~~modo~~ omnipotentia Dei una cum voluntate eius, quae in dandis praeceptis apparet, consistere potuit, nimirum ita ut supra declaratum est.

Calvinistae

295

Calvinistae confixerunt aliam quandam distinctionem voluntatis divinae qua probare volunt suam opinionem de praedestinatione, quod scilicet Deus quosque vocet impios per praedicationem verbi ad poenitentiam (hanc vocant apertam voluntatem Dei) sed tamen occultè aliquid de iis decrevit; hanc vero vocant occultam seu voluntatem beneplaciti.

Hac distinctione sua faciunt Deum simulatorem quasi id quod praecipit non vere velit, sed tantum id quod evenire videmus.

Afferunt quidem exempla quaedam, sed ea nihil ad rem faciunt. Primum exemplum est Abrahami Gen. 22 quod a Deo jussus sit immolare Isaacum, et tamen postea a Deo impeditus sit. Hinc apparet inquiunt illa duplex voluntas Dei, aperta scilicet et occulta.

Rp. Hoc singulare mandatum Dei fuit, nec est cum reliquis mandatis Dei conferendum, nisi velimus Deum semper tentandi gratia sua praecepta dare, vel omnino ita dedisse, quod falsum.

Deinde nihil aliud voluit quam quod Abraham fecit: Nam Abraham omnia fecit, quae in ipsius potestate erant, ut id eo ipso fiat quod mandatum fuit. Nam deliberata voluntas pro facto reputatur, ideo etiam dicitur quod Abraham Isaacum obtulit.

Alterum Exemplum est Pharaonis Exo. 4. Deus iubet Pharaoni ut dimittat populum Israelitarum

Et dic

ut dicit, etiam induraret cor Pharaonis

Rp. Hoc quoque singulare singulare aliquid est, quod ad generalia Dei mandata Dei non est tra-
hendum. Nam Pharao meritus erat sua malitia et
tyrannide poenas, ideo merito potuit Deus iudicia
sua in eum exercere, nempe indurando cor eius, ut
praeteritorum suorum scelerum poenas condignas luat, ut
ex punitione ipsius appareret iustitia et poten-
tia Dei.

3 Exemplum est 1 Sam. 13. Decretum Dei erat
ut Saul esset semper Rex, postea elegit Dauid.

Rp. Hoc quoque singulare est. Deinde quan-
do Deus dicit: in sempiternum conservasse do-
mum Saulis (vult dicere) quamdiu durasset ipsius familia seu
posteritas. Postea quando nulli posteri Saulis in-
ventissent, transtulit regnum in tribum Iudae, ut an-
tea erat praedictum. Iam ad rem:

Calviniani dicunt Deum ab aeterno quosdam
nominatim praedestinasse, et creasse ut sint boni, et sal-
vantur, quosdam vero ut sint mali, et damnantur.
Hanc praedestinationem negamus
Ideo quia ei contradicunt testimonia Sacrae S.
(vid) 1 Tim 2 v 4. 2 Pet 3 v 9.
2 Adsunt rationes evidentes. Prima est quod si
ea opinio vera esset, omnis religio funditus tol-
leretur, quia manifeste ex ea consequitur: quaecumque
ad vitam pertinent omnia ex necessitate fieri;

Si hoc

297 Si hoc verum est, quorsum attinet laborare ac
studere ut vi sinus. Frustra esset omnis labor, omne
studium viè vivendi, ubi necessariò omnia eveniunt,
et aliter fieri non potest. 2 Altera quod ea
opinione admissa necesse est ut Deo multa in-
dignissima tribuantur, ut pote iniquitas, simulatio
cum deceptione conjuncta, inscitia et pravitas:
1 Quia iniquus est qui aliquem punit, quod ea non
fecerit, quae nullo modo facere potuit. Atqui Deus
punit (juxta Calvinistas) impios, propterea quod
non obediunt, cum tamen hoc in ipsorum potestate
non sit. Eo major est haec iniquitas, quod Deus
ita decrevit ut obedire non possint.
|||et eos ita creavit|||
2 2. Simulatio cum deceptione conjuncta, quia cum Deus
quosdam praedestinaverit ad aeternam damnationem, ita
ut nullo modo salvari possint, et tamen eis offerat
gratiam et salutem in praedicatione Evangelii,
quid aliud est quam simulatio? Ex una parte
offert vitam et gratiam suam, ex altera parte
destinavit eos aeternae damnationi. Haec est
3 species deceptionis. 3. Inscitia est praeterea
in eo, quod Deus id tentaret, quod ipsemet opti-
mè novit fieri non posse, stultum est ad conari,
sive revera sive simulatè fiat, quod constat
4 nullo modo fieri posse. 4 Pravitas postremò
tribuitur ideo quia Author fieret peccati. Nam
cum Deus neminem condemnet, nisi qui peccaverit,
necesse

necesse est, ut cum Deus quosdam omnino aeternae damnationi destinaverit, quod simul etiam eos destinaverit ad hoc ut peccent, et aliter facere nequeant. Calvinistae non possunt eo confugere, quod dicere velint, Deum ab aeternitate aliquos ideo praedestinasse damnationi, quia praeviderit eos peccaturos, nam ipsimet dicunt quod Deus eos

// quod praeviderit eos peccaturos, sed quia eos reprobaverit //

non ideo reprobaverit // ideo etiam peccare, nec aliter // facere posse

Explicationes locorum Sacrae S. ex quibus Calviniam suam opinionem probare conantur vide in praelectio. Theologicis J. Socini

Ut autem haec doctrina recte intelligatur attendendum quomodo hae voces: Praedestinatio, Electio, Vocatio et praescire in Sacra Scriptura accipiantur:

Praedestinavit nos Deus inquit Apostolus Eph. 1 v. 5, scilicet in adoptionem filiorum. Postea v. 11 dicit de fidelibus quod sint praedestinati secundum propositum.

Praedestinare scilicet ante definire, constituere, decernere, proponere. Hoc fuit Dei propositum seu decretum adhuc ante mundi iacta fundamenta, quod velit per Christum Judaeos et gentes ad aeternam vitam vocare, et per filiis suis agnoscere eos qui obedientes erunt vocationi suae. Jam qui hoc Dei consilium acceperunt, et vocationi paruerunt, dicuntur destinati seu praedestinati a Deo secundum propositum

non quod Deus sua predestinatione eos ad credendum
vocat, sed quia ad predicationem Evangelij sua sponte
hoc faciunt, quod Deus ab illis requirit, quos
pro filijs suis hereditate et in Heredes adoptare decreverat.

Verbum eligendi dupliciter accipitur in scriptura;
Primo scilicet quod verbum vocandi: ij autem dicuntur
vocati qui predicationi Evangelij assentiunt.
De his dicitur etiam aliquando quod sint electi, sed
improprie ut 1 Cor. 1 v. 27 28. Proprie autem dicuntur
isti electi qui non solum Evangelio predicato fi-
dem adjunxerunt, sed etiam vitam vocatione sua
dignam instituunt, ut multi sunt vocati, pauci electi.
E. G. quando dicitur: Deus nos elegit in Xto ante mun-
di constitutionem Eph. 1 v. 4. non scilicet eligendi actus,
sed eligendi decretum, ex scilicet loquendi modo, quo
dicitur etiam data fuisse nobis gratia ante tempo-
ra secularia 2 Tim. 1 v. 9. Item Deum suos
iam glorificasse Rom. 8. Quando vero dicitur
nos electos esse, intelligitur de eventu, et scilicet quod
predicationi Evangelicae assensum praebuerunt et
obedierunt. Nam tales decreverat Deus pro
filijs suis agnituros et habituros qui credituri erant
in Christum; non ideo credunt, ~~quod antea credunt~~
quod antea fuerint electi, sed quia credunt ideo
~~credunt~~ credientes et sunt electi. Verbum vocan

Verbum Vocandi cum de Deo Activè dr. et ad nos Passivè in Salutis negocio refertur, idem omnino scat quod Verbum Eligendi in prima scaoe.

Nam ij dicuntur Vocati qui Evangelio assentiuntur. Rom 8 v 28 dr quos praescivit eos praedestinavit etiam conformes fieri imagini filij sui.

Verbum Noscere et praescire scat saepe idem quod approbare ut Psal 1. Dominus novit viam iustor. Matth. 7. Non novi ac nescivi vos.

Jam praescire seu praenoscere scat etiam idem quod antea noscere approbare. Apostolus vult igr dicere: quod Deus antea approbavit, ejus operari omnia in bonum, quia quos approbavit eos etiam antea decrevit similes fore vel fieri filio suo unigenito. Eos autem approbavit antea seu approbare decrevit quicumque erant in filium suum unigenitum qui illis Dna esse voluit, et exemplar quoddam.

Ex his quae dicta sunt constat quod voces praedestinare, eligere, vocare praescire in sacris l. cum ad Salutem nostra a Deo procuratam accomodantur nullam necessitatem declarent, nec etiam liberam nostra voluntatem ea in re excludant. Lege praelectio. Theo. Pag 16, 17, 18, 19.

Itaque concludo neminem esse ex his quibus Evangelium pure annunciatur nisi prius iusto Dei iudicio

iudicio ob peccata sua induratus atque excae-
catus fuerit) qui liberè atque suâ sponte ei
assentiri non possit, et etiam ipsius Evangelij
praecepta facere non possit: Nam Deus largitur
suam opem ijs qui voluntatem Dei conantur perficere.

De remissione sive conditionatione peccatorum.

Postquam expendimus homines quatenus ex
Adamo originem trahunt, non tantum mortales esse,
sed ijs etiam post lapsum necessariò moriendum
esse, nunc qua ratione fiat ut homo ab ista ne-
cessitate moriendi liberetur et quando id conse-
quamur videndum est. In hac quaestione duo
erunt expendenda:

ab ipsaque mortalitate

1. Quod peccata nostra non satisfactione a-
liqua deleantur, ut vulgus Christianorum sentit et
credit.

2. Quod hoc remissione s. condonatione fiat.

De primo vulgus Christianorum credit Christum
iustitiae Dei, per quam nos peccatores damnari
merebamur, pro peccatis nostris plane satisfe-
cisse, et poenas quas nos luere debebamus
nostri loco perpessum esse:

Hanc satisfactionem negamus nos propter
has rationes:

1. Est

1. Est quod nusquam in S. Lris istius Satisfactionis fit mentio, nec alterius cuiusquam rei, quae tantumdem valeret.
2. Quod multis in locis testantur apertè sacrae Lrae nullam in iustificatione nostra per Christum Satisfactionem intervenisse.
3. Quia illa Satisfactio Dei gloriam obscurat.
4. Quia fieri nullo modo potest ut salvis nobis pro peccatis nostris Deo satisfactum fuerit, nequidem per ipsum Christum. Inter alia expendat quilibet hoc unum: Poena quam nos meriti eramus pro peccatis nostris, mors aeterna. Atqui Christus mortem aeternam non est expertus, et vae nobis si eam expertus esset 1 Cor 15 v 17. Harum rationum explicationem et confirmationem vide in Christ. Thed. pag 87 usque ad 108.

Qui Satisfactionem statuunt conantur eam ex quibusdam locis scripturae astruere, ut vote quod dr Christum pro nobis et peccatis nostris mortuum. Deinde quod nos redemit, quod dedit semetipsum et animam suam redemptionem pro nobis vel pro multis. Tum quod noster Mediator sit, quod peccata nra portet;

Porro

Porro quod nos reconciliarit Deo, et sit pro-
vitatio pro peccatis nostris. Denique ex illis
sacrificiis quae mortem Xti adumbrabant.

Videamus ordine singula.

I Christum pro nobis mortuum esse, non sciat Xtum
pro nobis satisfecisse, nec etiam Christum loco seu
vice nostri mortuum esse. Patet i ex eo quod
alibi dicitur Christum pro peccatis mortuum fuisse. Nemo
ita insensatus est qui dicere ausit Christum lo-
co seu vice peccatorum nostrorum mortuum esse.
Et dicitur etiam 1 Joh 3 nos pro fratribus animam
ponere debere. Et Paulus Colloss 1 inquit
Gaudeo in afflictionibus meis pro vobis et
supplero reliquas afflictiones Xti pro corpo-
re eius, quae est Eccla. Certum autem est
nec fidelibus pro fratribus unquam satisfacere
nec Paulum cuiquam pro Eccla satisfecisse.
Nota particula pro in hac sententia locutione
idem sciat quod propter, pro peccatis nostris
i.e. propter peccata nostra, pro nobis i.e.
propter nos, uti Aplus 1 Cor 8 v 10 expres-
se loquitur: pro nobis et propter nos mortuus
est Xti ut nos summo beneficio afficeret,
scilicet ut

scilt ut Xtum aeternam quam revelavit amplecteremur et consequeremur. Quando id fiat postea ~~ut~~ docebimus.

Secundo Ex his testimoniis quae testantur Xtum nos redemisse et semetipsum dedisse redemptionem. satisfactio probari non potest. Constat ex eo quod de ipso deo dicitur, eum redemisse populum suum ex Aegypto Esa 29 v 22. Item quod Moses fuerit Redemptor Act 7. v 35. Item quod simus redempti a nostris iniquitatibus Tit 2. A Conversatione ~~[illegible]~~ vana, Pet 1. A maledictione legis Gal 3. Certum autem est deum nemini satisfecisse, nec etiam iniquitatibus, aut conversationi vanae aut legi satisfactum dici potest.

Nota vox Redimere simpliciter liberationem notat; nihilominus causa est quare S. Sanctus voce Redemptionis utitur quia haec metaphorica voce magis ac disertius exprimitur charitas Dei ac Xti in liberatione nostra. Potest enim contingere liberatio sine magno labore et sine charitate. Et haec redemptio nostra sine insigni charitate et magno labore nullo modo confici

Potuit

Ubi. Est ergo similitudo inter hanc li-
berationem nostram et redemptionem propriedictam.
In propriè accepta redemptione oportet
esse captivus, deinde is qui captivum deti-
net. Porro Redemptor, postremo precium redem-
tionis; ita in nostra liberatione est.
Homo captivus qui captivum detinet est
peccatum, mors, diabolus. Redemptor est Xti,
Denique redemptionis precium est ipse Xti, vel
anima ipsius Xti, quam dedit in mortem.
Tantum in hoc differunt quod in nostra hac
liberatione nemo est qui accipiat aliquid
liberationis nomine. Quod in propriè acce-
pta redemptione semper in xenii necesse est.
Hinc patet quomodo intelligendum sit quando
dicitur Xti, semetipsum dedit redemptionem pro multis.
Tertio ex eo quod Christus mediator dicitur non
probatur eum pro nobis satisfecisse. Moses ap-
pellatus est Mediator Gal 3, non ideo
quod Deo pro Israelitis satisfecisset, sed
quia medius inter Deum et Israelitas stetit,
et Dei voluntatem illis patefecit. Sic Xti
Mediator appellatur non ut Deo pro pecca-
tis nostris satisfaciat, sed quia ipse volun-
tatem Dei nobis patefecit et nos ad Deum ducit.

Quarto

Quarto Scriptura dicit quod Chrs nos Deo reconciliavit; Satisfactores vero dicunt quod Chrs Deum nobis reconciliaverit, sed hoc nusquam legitur in S. Sacra. Quando Deus Xtm misit iam gratia erat parata ex parte Dei; Nam Deus decreverat ex pura sua gratia omnibus peccata sua remittere qui penitentiam acturi sunt.

Hanc voluntatem et decretum publicavit Chrs, qui monuit ut acceptemus hanc gratiam, servando eam conditionem cum qua haec gratia promittebatur.

Nota. Nostra penitentia non est causa quae Deum moverit ad gratiam et remissionem peccatorum offerendam; sed conditio sine qua Deus peccata reipsa remittere non vult.

Nota etiam quomodo per Chrm simus reconciliati Deo. Nos propter peccata nostra eramus inimici Dei et alieni ab eo, Chrs ostendit nobis viam quomodo ad Deum nos converti et ei reconciliari oporteat. Tunc reconciliamur Deo cum ad eum convertimur. Hoc autem cum satisfactione nihil commune habet.

Quinto dr Chrm peccata portasse vel ferre. Haec locutio non sciat pro peccatis satisfacere, sed ea auferre. Hoc ex aliis testimoniis Scripturae patet Exod 24 v 7. In Hebraeo textu dr de Deo ipsum esse qui misericordiam in millibus servet

et portet

ut portet iniquitatem et peccata. Matt. 8/17
dicitur cum Christus multos morbos curasset in populo, tunc
impletum fuisse illud Esa. 53. Ille infirmitates
nostras sustulit et morbos portavit.
Cum tamen Deus nec per peccatis unquam satis-
fecit, nec Christus pro morbis hominum.
Nota vox peccati non tantum factum ipsum pra-
vum, sed etiam poenam peccati sonat.
Sexto ad eo quod Christus propitiatio dicitur Rom. 3,
volunt aliqui satisfactionem astruere, sed falso.
Vel id argumento est quod scriptura dicit ipsum
Deum proposuisse propitiationem Christum, ut Apostolus apo-
stolice loquitur. Deinde ad eo quod illud operculum
arcae foederis propitiatio seu propitiatorium
sit vocatum. Certum est autem hoc operculum Dei
non satisfecisse pro quoquam.
Nota Quemadmodum olim operculum arcae Dei
propitiatorium appellabatur, quia scilicet Deus per il-
lud declarare solebat quando propitius esset po-
pulo suo. Ita dicitur Christus a Deo propositus propi-
tiatio, quia per eum demonstraret Deus universo
mundo uberrime sui propitium esse et fore.
Addit Apostolus ibi per fidem, quia haec benignitas
Dei nemini seipsa contingit, nisi qui fide in
Deum

Deum per Christum praeditus sit. In sanguine ipsius, addit denique, quia mors Xti est evidentissimum argumentum et perfectissima confirmatio eius rei, scilicet quod Deus propitius sit, et peccata remittere velit.

Septimo adducuntur etiam Sacrificia V. T. quibus mors Xti figurata et adumbrata fuit. Hic primum tenendum, non quaevis Sacrificia V. T. praefigurasse sacrificium Xti, sed illud Sacrificium, quod quotannis semel celebrabatur, illa mactatio pecudis, ipsum solum sacrificium, cuius cum sanguine Summus Pontifex in Sancta Sanctorum ingrediebatur adumbrabat, mortem Xti. Quae mactatio non erat ipsum Sacrificium, sed praeparatio ad Sacrificium et illius inchoatio quaedam. Sacrificium vero ipsum erat cum Summus Pontifex ingrediebatur cum illo sanguine in Sancta Sanctorum. Sic etiam mors Xti non erat ipsum Sacrificium, sed ad Sacrificium quaedam praeparatio et Sacrificij inchoatio; Sacrificium vero ipsum tunc peractum est, cum Christus in ipsum coelum ingressus coram Deo pro nobis apparere coepit. Hinc non efficitur Xti morte Deo fuisse satisfactum pro peccatis nostris. Illam nusquam testatur

scripta.

testatur scriptura illa Sacrificia V. T.
eam vim habuisse ut Deo pro peccatis satisfa-
cerent; sed cum illud solemne sacrificium in San-
cto Sanctorum peragebatur eo ritu ut praecepta
erat, expiabantur peccata populi ex gratia
et decreto Dei i. e. poenae peccatorum, quas me-
riti erant, condonabantur. Eodem modo san-
guine Xti expiata peccata nostra dicuntur,
quia per effusionem sanguinis ingressus est
Christus in coelum, et consecutus eam potestatem
qua peccata nostra nunc expiantur revera,
h. e. qua omnes poenae a nobis avertuntur, et olim
etiam ipsa mors aeterna a nobis avertetur, et vi-
ta aeterna nobis condonabitur.

De altero modo satisfactionis

Est adhuc quidam modus satisfactionis quem
Calvinistae statuunt, de quo ajunt quod Xtus
vitae suae sanctitate pro nobis legem Dei perfe-
cte servavit, et quod nobis morte sua meri-
tus sit vitam aeternam, qui hanc justitiam Xti, et
hoc meritum fide apprehendit, et sibi applicat,
Illi imputatur justitia, et eum salvari.

Sed sciendum quod nec satisfactionis, nec
meriti ulla a Xtus mentio in S. literis

Meritum

Meritum propriè acceptum est opus præmio adæquatum. Cum vero nullum opus detur, quod cum vita æterna adæquari possit, nullum etiam propriè dictum meritum dari, manifestum est.

Sed dicunt 1. Christus potuit hoc facere, nam ipse præstitit hæc omnia, quæ nos facere debueramus. Hoc jam dispiciendum. Paulus in 1. Gal. 4. 4. Christum natum esse, et quidem sub lege. Ex eo sequitur Christum etiam universæ legi Dei servandæ subiectum fuisse. Quando igitur hoc pro alijs præstare potuit, quod ipse debebat.

2. Objiciunt Christum plura præstitisse, quam lex præcipiebat. Resp. Etiam ea præstare debuit Christus, quippe quæ sibi à Patre mandata, et injuncta fuerant Joan. 10. 16. 18. et Phil. 2. dicitur Christum obedientem fuisse Deo. At ubi obedientia est ibi mandatum esse oportet.

Apparet igitur nullam pro alijs satisfactionem ex eis quæ Xti fecit, proficisci potuisse.

Addo etiam: Si Christus ~~[illegible]~~ Deo obstrictus non fuisset obedire in ijs omnibus quæ præstitit, certum est tamen quod unius hominis obedientia, licet perfectissima pro uno tantum homine satisfacere potuisset, si modo id aliquo modo fieri posset.

3 obiec

3. Hic si quis obiciat vim infinitam, ad personam Xti perfectam esse respectu naturae divinae, cum qua humana est unita, hinc fieri potuisse

Resp. 2 Sola humana natura quae vi infinita per se non est praedita, legi divinae obedientia praestari et potuit et debuit. Et enim naturae divinae debetur obedientia; et haec nullo modo obedire potest alicui; neque potest aut sibi aut alteri cuiquam mereri, cum ipsa si quae merita sunt, praemio afficiat.

Deinde isti duo modi satisfactionis, quos aliqui confinxerunt simul consistere non possunt. Nam si Christus poenas pro nobis luit (ut isti inquiunt) absolutae sumus, et non opus est alterius iustitia ut ea absolvamur. Si autem Xti iustitia nobis imputatio debet ut absolvamur, satisfactum non est, nec opus satisfactione, et alterutrum supervacaneum fuit.

Nota. Christus omnibus illis satisfecit quae illi a Deo ad salutem nostram procurandam imposita fuere, quae postea videbimus.

2 In Epist. Rom 5 fit mentio imputationis, ubi dicitur Abrahamo fidem pro iustitia sive ad iustitiam imputatam fuisse. Sed sciendum quod

Paulus

Paulus Ap. uti etiam Moses non de aliena fide vel iustitia alterius loquitur, sed de illa ipsa quae in Abrahamo fuit, credidit inquit Ap. Abraham Deo et imputatum est ipsi ad iusti.

Eodem modo si etiam nos Deo per Xtum credimus, imputatur nobis ad iustitiam, h. e. Deus pro iustis habere vult nos: Nam hoc scilicet imputari ad iustitiam, ut patet ex simili locutione. Psal 23 dicitur beatus cui a Domino peccatum non est imputatum: Non imputari peccatum, et imputari ad iustitiam, idem est. Quemadmodum alterius peccatum alij cuipiam non imputatur, sed illi qui fecit: ita etiam iustitia vel fides alterius, nulli alteri imputatur, quam ei qui credit vel qui facit iustitiam. Hinc dicitur, qui facit iustitiam, iustus est. Imputationis iustitiae Xti in S. Lris nulla prorsus mentio est, et haec opinio perniciosa est, quia elevat et tollit omnem vitae emendationem, quam Deus ab ijs requirit qui Xti beneficium percipere volunt. v. d. Praelec. Theol. Socini pag 99. Item lib de Servatore pa. 33.

De Altero

Peccata nostra remittuntur nobis gratis; sed tamen hac conditione ut poenitentiam agamus, et

deinceps

quid hic fides sit et quomodo justificemur xd. seq.

deinceps Deo per Xtum confidamus.

Ut autem poenitentiam agamus, Deo confidamus per Xtum monemur 1 promissione vitae aeternae 2 confirmatione eiusdem promissionis. Utrumque per Xtum contigit nobis; Ipse enim omnium primus aeternam felicitatem et immortalitatem praeaeferit 2 Tim 2 v 8. Ipse confirmavit etiam hanc promissionem vitae innocentia, miraculis, potissimum autem morte sua, quam secuta est resurrectio et exaltatio ipsius. Hinc extitit fides nostra in Xtum, hinc consecuta est etiam liberatio a peccatis, nostris quibus meriti eramus aeternam damnationem.

Haec liberatio dupliciter consideratur:

1 Quatenus ab ipso peccato in hac vita liberamur, dum scilicet relictis vitiis servatores pietatis efficimur.

2 Quatenus peccata non imputantur, sed poena mortis aeternae quam meriti eramus, remittitur et vita aeterna datur.

Utramque liberationem per mortem Xti consequimur.

Priorem ita, quod promissionem remissionis peccatorum et vitae aeternae quam Dei nomine poenitentibus annunciavit, morte sua confirmavit. Si haec promissio vera non fuisset, quomodo

potuisset

potuisset Christus tam diram et tenebrosam
mortem pati super annunciatione eius? Quis
enim super re falsa talia patietur? Deinde
si vera non fuisset quae Christus annunciavit, Deus
non suscitasset eum, multo minus recepisset
in coelum eum. Nam cum falso prophetae
Deus talia nunquam fecit, neque faciet.

Hinc videmus igitur 1 certitudinem promissionis
de remissione peccatorum et vitae aeternae
2 Deinde videmus exemplo Xti principium
impletionis istius promissionis de resurrecti-
one piorum ad vitam aeternam. 3 Videmus
etiam summum Dei et Xti erga nos amorem.
Dei in eo, quod filium suum unigenitum nostri
causa ut ei fidem habeamus et convertamur,
in mortem dedit. Christi vero in eo, quod
animam suam pro nobis dedit, ut nos ad Deum ad-
duceret. 4 Videmus Xtum per mortem suam
pervenisse in regnum suum, et eam conferentem
esse potestatem qua potest fideles a morte
aeternam liberare et vita aeterna donare.

Cum haec contemplamur incipimus crede-
re verbo Xti et concipimus spem vitae immor-
talis, et aeternae beatitudinis. Haec spes facit
quod

quod penitentiam agamus, quod abstineamus
à vitijs et studeamus pietati quam Xti no-
bis praescripsit. Sic enim in 1 Joh. 3.
qui hanc spem habet purificat seipsum, sicut ipse Jurus est.
Nam quis non renunciaret peccato et cupiditati
suae et obediret Deo ut tantum bonum consequi
possit, quale est vita aeterna, praesertim cum
videt promissionem istius boni ita certam ac con-
firmatam ac sanguine Xti obsignatam esse.

Porro cum videt tali et tantam arden-
tem amore Dei et Xti erga se, quomodo non
excitaretur ut ex animo vicissim Deum et Christum
diligat, et ad voluntatem ipsius vivat? Qui
hoc facit illi non imputantur peccata, is libe-
rabitur à morte aeterna quam meritus erat,
et consequetur gratiam Dei per Xtum, et vitam aeter:

Hinc videmus liberationem nostram, quam uni-
versa salus nostra continetur, ut et spem et in
hoc mundo, et reipsa in futuro seculo obti-
nere possimus, nonnisi morte Xti interveniente
peractam esse. Vid. lib. de Servat. pag. 77. 8.

Alteram vero consequimur cum ex morte
per Christum excitati liberabimur à servitute cor-
ruptionis in libertatem filiorum Dei Rom. 8. 27.

Tunc vere

Tunc vere et reipsa habebimus, quod nunc spe tm adepti sumus. Summa: Christus ē Salvator noster quinq; potissimum de causis:

1 Quod nobis veritatē et Dei gratiam manifestavit
2 Quod illam gratiam miraculis et morte sua confirmavit.
3 Quod exemplo nobis ostenderit quomodo gratiæ illius participes fieri possimus.
4 Quod ex mortuis resurrexerit
5 Quod nobis vitam æternam daturus sit.

De his cadem lib. de Servat. pag. 15 usq; 44.

Hic adhuc unū ē attendendū et observandū, scilt Chrm non ex cāa, sed ex decreto et præordinatione Dei tam dira, et tam truculentam mortē subivisse Act. 2 v. 23. 1 Pet. 1 v. 19. Placuit Deo filios suos ad supremam felicitatem per tribulationes adducere, ut hinc elucescat et sapientia Dei et potentia sua et ut fideles habeant orandi, Deo semper adhærendi, auxilium ab ipso petendi, in patientia et constantia sese exercendi. Nam diabolus et mundus

oderunt

oderunt filios Dei, ideo quaerunt etiam eos omnibus modis affligere. Deus permittit propter praedictas causas, ut iam fideles in Xto haberent perfectissimum exemplum, in quo videre possint quomodo Deo sit obediendum et constanter etiam in tribulatione ad finem usque perseverandum.

Voluit Deus ut nullum esset tal amicitiae et afflictionis genus tam acerbum, cui fideles sunt obnoxii, quod Christus non experiretur.

II Deinde ut fideles in exemplo Xti palam viderent hanc viam quam annunciavit quam plena est calamitatis non ad perditionem, quemadmodum coram mundo apparet, sed ad aeternam felicitatem ducere.

III Ut misericors fieret ut Pontifex fidelis, nam in hoc quod tentatus est ipse, potest illis qui tentantur auxiliari Heb 2 v 15, potest nobiscum ferre infirmitates, tentatus per omnia in similitudinem Heb 4 v 15.

Haec est prior consolatio, quod Deus nobis dedit, eique nostri curam commisit, ut nos protegat, et ad vitam aeternam ducat, propterea etiam exaltavit eum tanto pere et

Sedet

Italiae Regi

dedit ei potestatem in coelo et in terra ut
hoc facere possit; quod hic Rex noster
omnes calamitates, contemptus et afflictiones
expertus esset, quae nobis obvenire possunt.
Ideo novit etiam quam acerbum sit talia
pati, et cum ad eum in tribulatione clama-
mus condonet nobis consolet et liberet.

Quod mortem Xti attinet, eam gusta-
vit et passus est. Ut ipse immortali-
tatem consequeretur et eam potestatem qua nos
ab aeterna morte vindicare et aeterna vita
donare posset. Ut nos Christus sua morte
liberaret a metu mortis Hebr. 2. v. 14.
Resurrectio a mortuis est supra vestrationem,
ut ideo difficulter possumus hoc capere quo-
modo fieri possit, cum morimur et in nihilum
redigimur, et iterum resurgere et vivere, et
quidem in aeternum vivere queamus et debeamus.
Ut hoc firmiter credere et sine ullo dubio de
resurrectione nostra certo persuasi esse possi-
mus, voluit Deus ut Filius suus unigenitus
moreretur et quidem truculenta morte. Postquam
igitur Deus eum suscitavit et immortalem effe-
cit, videmus manifeste resurrectionem mortuorum
non esse

non esse impossibile, sed quod Deus et Pos-
sit mortuos resuscitare et quod etiam velit in vitam
revocare, nos etiamsi morimur et a Tyran-
nis occidimur, si modo ei constanter et con-
fidenter confidamus. Ti.

Hac ratione liberavit nos Christus a metu
mortis, quod in ipso videamus quicunque
Deo confidunt in morte non sunt reman-
suri etiamsi moriantur, sed iterum revicturi
sunt. Eo autem certior est haec spes nostra,
quod ipsemet Xtus iam potestatem habet in vi-
tam nos vocandi. Hoc est causa quare Xtus
verus homo esse debuit. Nam Deus non po-
tuisset nos ita certos reddere de nostra
resurrectione; vel potius nos non potuisse-
mus tam firmiter credere et sperare nos
quoque resurrecturos, si Christus vel Ange-
lica vel natura divina fuisset praeditus:
Nam mansisset semper hoc dubium, Christum
revera non mortuum fuisse, ideo fuisse ei
tam facile resurgere; nobiscum autem
secus fieri et fore, qui natura humana sum-
mus expediti ut revera moriamur.

Ob hanc causam voluit Deus ut Christus
concesse

conciperetur, et muliere nasceretur crescere-
ret etc. Nam potuisset Deus Messiam
creare in virili aetate, quemadmodum Ada-
mum. Sed hinc quoque obortum fuisset
dubium, an revera homo sit nec ne; sed
iam cum sit conceptus, et muliere natus, ne-
mo dubitare potest Christum vere naturam
humanam fuisse praeditum.

Nota. Apostoli eiusmodi figuratis lo-
quendi modis, nempe Christum Sanguine suo
nos laevisse, Sanguinem suum fudisse pro
nobis, pro peccatis nostris mortuum esse, pec-
cata nostra expiasse, mundasse etc. vo-
luerunt homines magis devotos red-
dere, et ut ~~[illegible]~~ beneficii semper memo-
res sint, quod assequuti sumus a Deo per
Xtum J. qui nostri causa mortuus est. Illi
quos docebant Apli huius rei veritatem
ipsi tenebant, nam edocti erant ab ipsis.

De Coena Domini

Proxime egimus de morte Xti, quae est
consignatio N. F. Quicunque eam conside-
rat is per eam potest consequi certitudinem
eorum

rerum quae Deus nobis promisit.

Summa. Mors Xti nos omnes et singulos certos reddit de divina benignitate. Cum autem Coena Domini est commemoratio Xti mortis, et per eam gratiarum actio, sequitur ut de ea agamus. In tractatione autem huius loci duo potissimum sunt nobis exponenda:

I Quomodo haec verba: hoc est corpus et hic est sanguis meus, sint intelligenda.

II In quem finem sit coena Domini instituta.

De primo. Vox HOC in verbis Xti, ubi dicit: hoc est corpus meum non panem denotat, inde apparet, quod tunc Xtus cum panem manu teneret et Apostolis porrigeret ipse ad mensam sedebat praesens, et nulla eius mutatio apparebat commesto etiam illo pane corpus Xti nihil ominus nonnisi separatum a pane, et paulo post tradebatur ad mortem. Vox igitur Hoc non ad panem ipsum qua panis, sed ad id quod tunc cum illo pane sciebat, nempe ad totam actionem seu ad fractionem et commestionem panis refertur.

Sctr Christus volens Apostolis futuram corporis sui fractionem et contusionem adumbrare suam et commemora

commemorationem Ecclesiae suae instituere sumsit
panem frigit eum et dedit eis comedendum.
Tali enim Ceremonia assueti erant Apostoli. Nam
Judaei solebant commestionem Agni Paschalis ce-
lebrare in commemorationem transitionis domi-
ni olim in Aegypto factae.
Talis loquendi modus est in hac Ceremonia,
de commestione Agni Paschalis uti Exod 12
v. 11. 27 videre est qualis in Urbis coenae do-
minicae habetur. Ibi dicitur de insueto agni pa-
schalis edendi more: hoc est Pesas Domini
i.e. Transitus Domini. Similis quoque locu-
tio extat apud Prophetam Ezech c. 5 v. 1. 2.
3. 4. 5. Huic iubebat Dominus ut caput et
barbam raderet atque una parte combu-
reret, alteram gladio disperaret, tertiam ad
ventum dispergeret et tandem dicere:
Hoc est Jerusalem. Quemadmodum pili per
Prophetam abrasi, dispersi, combusti et spiritu
ventum dispersi non erant Urbs Hierosolyma,
sed adumbratio, quidcum illa futurum erat: //
Panis a Xto //
ita in coena fractus Xti corpus non erat, sed ad-
umbratio quidcum corpore Domini futurum erat;
Nihilominus tamen quemadmodum ibi recte di-
cebatur: de pilis abrasis, dispersis, combustis et
hoc est

hoc est Jerusalem: ita etiam hic recte dicitur
de pane fracto: hoc est corpus meum. Jam
postquam hoc factum est in celebratione coe-
nae Dominicae, quando panem frangimus et co-
medimus, sic commemoratio et repraesentatio
quaedam fracti pro nobis corporis Xti.
Quemadmodum Israelitae post libera-
tionem ex Aegypto agnum paschalem singulis
annis iuxta praescriptum Domini comederunt,
fiebat hac ceremonia commemoratio transiti-
onis Domini, eius scilicet beneficij cum Angelus
Domini omnes primogenitos occiderat Aegy-
ptiorum, transivit aedes Israelitarum et
pepercit eis. Ex his constare possunt
haec verba: Hoc est corpus meum, figurate acci-
pienda esse. Id etiam ex eo apparet, quod
sequentia verba institutionis coenae Domini ubi
de calice dicitur apud Matt. et Marc. quod
sit Sanguis Xti, omnino figurata sint: Nam
per calicem intelligitur vinum. Decedit hoc quod
Lucas eandem rem describens hic: hic ca-
lix N. T. in Sanguine meo. Hoc repetitur
etiam a Paulo Apostolo iisdem verbis.
Hinc manifeste constat figuram in verbis
continere

continere. Proprie enim loquendo calix non est N. T. Neque calix est in sanguine Xti.

Nam Evangelista Marcus c. 14 scribit Christum postquam Apostoli bibissent protulisse hæc verba: Hoc est Sanguis meus, ut constaret non de vino vel calice, sed de actione illa verba intelligenda esse. Et quod Christus illam actionem appellasset suum sanguinem, quia esset quædam repræsentatio effusionis sanguinis sui paulo post futuræ. Nunc postquam Sanguis Xti effusus est, in cœna infundendo vinum in calicem ac bibendo commemoramus et quodammodo repræsentamus, quid cum Sanguine Xti contigerit, nostri causa effusus fuerit. Certum igitur est quod Christus hanc totam actionem cœnæ non aliam ob causam appellavit, Corpus et sanguinem suum, quam quod pane frangendo et edendo, item vinum in calicem fundendo et bibendo corporis et sanguinis ipsius pro nobis fracti et fusi commemoratio et quædam repræsentatio fieri debeat.

Præterea etiam innuit Christum non de vino dixisse quod sit suus sanguis proprie loquendo

Opinio de reali et corporali seu orali manducatione corporis Christi in cœna

absurda est, et pugnat cum scriptura quæ est

quae testatur corpus Xti in coelis esse, et
Act. 2, 3 illis ad restitutionem omnium esse oportere.

Calvinistarum quoque opinio stare non
potest, (qui negant quidem corpus Xti aut
sanguinem eius reipsa in coena esse; sed tamen
spiritualiter corpus eius comedi et sanguinem eius
bibi asserunt) quia secum pugnat et seipsum
destruit, (evertit) Quod enim spiritualiter sumitur id
non fit ore sed corde, et quod ore sumitur, id
non fit corde, nec etiam creditur, sed sentitur.

De altero nempe de fine Coenae Dni

Finis coenae Dominicae est annunciatio seu
commemoratio mortis Xti quam pro nobis
sustinere voluit. Hoc probatur ex ipsius Xti
instituentis verbis quae apud Luc. c. 23 et
Apost. Paul. 1. Cor. 11 leguntur. Apud Lucam
inquit Chr.: Hoc facite in mei commemorationem.
1 Cor. 11 inquit Apost.: Quotiescunque ederitis pa-
nem hunc et poculum hoc biberitis mortem Dni
annunciabitis donec venerit. Annunciare est
publicum quid et solenne, ut scilicet commemo-
rare et praedicare. Commemoratio autem
ista et praedicatio mortis Xti id necessario
conjunctum

coniunctum habet ut gratias agantur cum ipsi Xto, cum vero Deo Patri, cuius mandato animam ille suam posuit. Hinc dicta fuit coena Domini Eucharistia i.e. gratiarum actio.

Quidam opinantur coenam Dni institutam esse ut nobis mortem Xti in memoriam redigat, et volunt eius finem esse recordationem mortis Xti, sed falluntur. Iam qui ad coenam accedit, iam necesse debet agnoscere beneficium Xti, neque pati ut a Xanimo illius unquam excidat. Ubique et semper debemus recordari mortis Xti, sed eam solenniter annunciare et commemorare non possumus, nisi in coena Dni.

Alii dicunt coenam institutam esse ut augeatur et confirmetur fides in nobis. Et haec opinio quoque falsa est. Qui annunciant mortem Domini eo ipso non confirmant suam fidem, sed declarant, et qui eiusmodi uti vult coena Dni, confirmatus esse debet in fide. Quicquid nos ipsi facimus est fidei nostrae testificatio non confirmatio. Nam illud quod nos in fide confirmare debet, extra nos esse oportet. Cum autem ritu in coena panem et vinum sumimus et eo mortem Dni annunciamus, est opus nostrum quod ipsi facimus, licet a Domino institutum.

Loca

327

Nota. Potest quidem in ipsa Coena celebranda confirmari et augeri fides, sed non ex ipsa panis et vini sumptione, sed ex multis cohortationibus, et solemni illa commemoratione beneficiorum Dei et Xti, et denique ex ipso divino verbo huic ceremoniae adiuncto.

Observatio. Quomodo Coena Dni sit celebranda, mensa sit strata, necessarium est panem frangi, et vinum infundi, a coetu Xti, quantus iste potest, celebrari debet, ideo antiquitus Synaxis dicta fuit, et communio appellari potest; nam de pane et vino participare debemus, etiam post participationem non est amplius vulgaris cibus et potus, sed sacer, in sacrum usum destinatus. Causae huius ceremoniae ex Deo et Xto gratiae agi debent. Nemo debet ad Coenam Dni accedere sine fide et sanctitate, nec sine debitu reverentia.

Quare Christus in hac ceremonia pane et vino usus? Quia est quaedam similitudo inter corpus et panem, inter sanguinem et vinum; quemadmodum in hac mortali vita pane et vino nutrimur et alimur: ita animae nostrae morte Xti cum Esu panis et potatione vini in coena commemoramus, aluntque in spem vitae aeternae.

Alteram vero tunc consequemur cum ex morte excitati per Xtum liberabimur a servitute corruptionis, in libertatem gloriosam filiorum Dei. Et Apostolus Rom. 8

Xp 21

℣ 21 Tunc verè iustificati et à peccatis absoluti et reipsa filij dei fici poterimus, quae nunc cum spe adepti sumus. Haec de Coe. Dni.

De Regio Christi officio

Quae hactenus dicta sunt pertinent partim ad officium Xti Propheticum directè, partim verò ita ut sine iis illa intelligi solidè nequeant.

Sequitur nunc ut videamus, quid secundum scripturam de ipsius Xti officio Regio et vero Sacerdotali sit sentiendum.

Officium Regium Xti Duplr consideratur: Ratione regni seu potestatis suae, et ratione populi ipsius qui ipsi subest, de his acturi sumus breviter.

Jesus C. tunc primum factus est Rex reipsa cum mortem devicit et consedit ad dextram Dei Patris ac regnare reipsa in coelo et in terra coepit. Verba Petri Apli Act 2 Christ. ubi inquit: Deus excitavit hunc Jesum et fecit eum Dominum et Chrm ~ Regem. Item Act 5 ℣ 30 31. Hunc Jesum excitavit Deus et exaltavit dextra sua, Principem et Servatorem. Vide praeterea Eph 2 ℣ 19 20. Phil 2, 21.

Nota resurrectio et ascensio Xti ad coelum non pertinent ad munus propheticum Xti, sed est quod

est quoddam medium inter illud et Regium eius
munus. Antecesserunt regnum Xti, et his quasi
gradibus prevenit Xtus ad illud. Chrs hoc so-
lium suum regium in coelis ad dextram Dei
Eph 1 fo 20. 1 Cor 15 v 27. 1 Pet 3 v 22
Heb 2 v 7, 8. In coelis debuit Xtus habere
Thronum suum et regnare, ut possit populum
suum defendere adversus omnes hostes, eum eri-
pere ab omnibus malis, potissimum a morte ad
vitam perducere aeternam perducere. Haec autem expectatio
filiorum Dei est in coelis 2 Pet 3 v 13. Phil 3
v 20. Eo praeivit Xtus ut illis locum pararet.
Joh 14 v.

Ad dextram Dei sedere nihil aliud est
quam habere potestatem ad gubernandum omnia
in coelo et in terra; Potissimum autem ea quae
ad populi Dei conservationem spectant.
Quaecunque sunt in coelo, ea sunt vel personae vel Res
Personae sunt Angeli. Angeli aliqui sunt boni, ali-
qui vero mali. Potestas Xti extendit se supra omnes,
tam bonos quam malos. Phil 2 v 9. Super Ange-
los bonos ideo, ut iis uti ad omne necessarium mini-
sterium quo fideles in necessitate quavis cura-
re possit. Super malos Angelos vero ideo,
ut omnes eorum conatus et machinationes reprimat, ne
pijs nocere possint. Chrm exaltatum esse super
omnem pol

omnem potestatem, dominationem principatum, et omnes Angelos testantur hi loco. Eph 1 v 20. Phil 2 v 9 1 Pet 3 v 20. Col 1 v 13 Heb 1 v 6.

Diaboli etiam appellantur potestates Joh 12 v 31 et C. 14 v 30. et 16 v 11. 2 Cor 4 v 4.

Res coelestes in quibus Chrs potestatem absolutam et aeternam habet sunt vel invisibiles et increatae vel visibiles et creatae.

Invisibiles omnia dona S. Sancti et immortalitatis. Horum largiendi potestatem absolutam habere Christum testantur S. lrae. Chrs baptizavit S. Sancto Mat 3, 11. Act 2 v 33. Chrs effudit S. S. super Aylos Act 2 v 2. Chrs habet potestatem ex mortuis excitandi, et immortalitatem dandi Joh 6. Ego suscitabo eum in Novissimo die. C. 10 v Ego dabo eis vitam aeternam.

Res visibiles s. creatae sunt coelum ipsum Sol Luna Stellae etc. Haec etiam in coelo sunt aliquomodo, In haec omnia extendit se potestas Xti, ita ut possit si salus populi sui flagitet illis uti pro libitu suo. Serenitatem dare tempestatem hominibus immittere

e elementa, nives, grandines, fulmina, tempestas, serenitas etc.

Quaecunque in terra sunt, ea quoque sunt vel Personae vel res Personae sunt hoc. Regnum seu potestas Xti in homines duplici modo considerari potest:

Aut enim reipsa in omnes extendit: ij duplices sunt: Aut enim Xti populi sunt, aut non sunt; sed tamen eius esse potuissent; nam ut essent facultatem et occasionem habuerunt.

Qui Xti

Qui Xti populi sunt, aut improprie populi eius sunt, a proprie
Improprie Xti populi sunt omnes quicunque nomen profitentur, quam-
vis salutarem doctrinam Xti non teneant, qui multi sunt, ut
nostri Valachi, Papistae, Graeci, Ruthenii, Persae, et qui fere
tantum traditiones hominum observant.
Qui vero sunt proprie populus Xti, ij aut in oculis
hominum, aut soli Deo tantum sunt cogniti.
Qui in oculos hominum incurrunt, sunt illi omnes qui salutarem
doctrinam profitentur et tenent. Qui vero soli Deo
sunt noti illi omnes sunt qui Deo per Xtum J. fidunt et eidem
obediunt.

Verus Xti populus is est tantum qui fidem vivam habet,
et haec in corde latet, ut soli Deo et Xto nota. Qui
Xti populus non sunt, esse tamen potuissent, et ut essent
occasionem habent facultatem habuissent, sunt o-
mnes illae gentes ad quas nomen Xti nunquam
pervenit, sive id sua malitia repudiarunt, et ad
idololatriam denuo prolapsi sunt, sive adhuc eius rei
aliqua vestigia apparent, quod nomen Dni J. ad eos pervenit.

Ad hanc posteriorem classem pertinent Judaei et Turcae.
Ad priorem vero multae gentes in oriente apud quas
vel Apostoli vel eorum discipuli nomen Jesu C. praedi-
caverunt, quare posteri nunc nescirent, an Christus J.
unquam extiterit.

Quod denique attinet eos ad quos Xti potestas
extendi potest, sunt mere Ethnici, qui nunquam de
Deo vel de Jesu Xto quicquam audiverunt.
Hi eatenus pertinent ad regnum Xti, quatenus
vel facultatem habent Evangelium ad salutem
eis pertinet

eis Patrefaciendi, vel eos in pristina conditione relinquendi.

Praeter hoc vero sunt in terra alia plurima quae ab ipso Deo hominis causa sunt creata. Super haec quoque habet Xti potestatem absolutam, ut sunt mare, terra, et omnia quae in eis sunt. Ita Xto subiecta sunt, ut quandocunque velit possit ea ad usum populi sui quam et necessitatem regni sui convertere, adeo ut possit etiam esurientibus cibum dare, hostes et bella avertere, itinera dirigere, et nihil non facere quod ex re fidelium suorum sit, vel impedire quod eis noxium esse possit. De his vide Soci. de Divinit. Xti. pag. 97 usque ad finem. Finis. Anno 1653 8 Junij in Sch. Ma. Clau Per me Basili S. Karatsonfalvium.

Sedenti in Throno et Agno gloria et honor in Secula Amen.

Index locorum primæ partis libri huius ex quibus argumenta Adversary ad probanda sua dogmata elicere solent.

Genes.

Cap:	Ver:	Fol:	
I	1	fol 2	Elohim creavit
	2	6	Spiritus Elohim
	3	7	Faciamus homine
III	22	10	Adam quasi 2.
XI	7	12	Age descendamus
XVIII	2	13	Apparuerunt ei 2.
XIX	24	15	Jehova pluit a Je

EXODI

III	6	15	Ego sum Deus Abr.

Psal

II	7	20	Hodie genui te
XXXIII	6	23	Verbo domini
LXVIII	19	24	Ascendisti in alta

CX

CX	v	1.	25.	Dixit Dominus
LXXXI	v	10.	27.	Non erit in te Deus

Proverbiorum

VIII	v	22	28	Dominus possidiem

Esaiæ

VI	v	3	32	Sanctus Sanctus S.
LX	v	6	31	Deus fortis, Pr. a.
XLII	v	6	32	Gloriam meam

Jeremiæ

X	v	11	34	Dij qui non fecer
XXIII	v	6	35	Et Israel habita

Baruch

III	v	36	36	Hic e Deus nr 2.

Micheæ

V	v	2	37	Ex te Bethl.

Zachariæ

XII	v	10	38	Aspiciunt ad me

335 Cap: V:

Matthaei

		Foli.	
I	✓ 23	39	Et vocabunt nomē
XV	✓ 16	42	Tu es Filius Dei
XXVIII	✓ 9	48	Baptizate

Marci

III	✓ 5	54	Filij remissa sunt

Lucae

I	✓ 16	56	Et multos filiorē

Johannis

I	✓ 1	59	In principio
VIII	✓ 57	78	Abraham vidit
XI	✓ 18	81	Potestatem habeo
	30	84	Ego et Pr unū
	28	86	Quia Pr in me.
XII	✓ 4	87	Esaias quando
XIV	✓ 9	89	Philippe qui
XVI	✓ 15	91	Omnia quecumq
	38	92	Divia Pre et veni
XVII	✓ 5	94	Claritate quā
XV	✓ 28	98	Dnus nus et Dz

Actorum

III	✓ 15	103	Authorē vitā
V	✓ 3	101	Anania quare

XX

Cap	V	Folium		
XX	✗	28	104	Ecclam dei qui
XXVIII	✗	25	105	Spis Sanctus

Ad Romanos

I	✗	3	106	Jesus C. factus
IX	✗	5	113	Ex quibus e Chris
XI	✗	36	114	Quoniam ex ipso
XIV	✗	10	116	Omnes stabimus

I ad Corinth

I	✗	2	117	Qui invocat nomen
		24	119	Ipsis vocatis Judaeis et Dei Sapientiam
II	✗	10	121	Spis omnia scrutatur
III	✗	6	122	Templum Dei agitis
VIII	✗	9	124	Nobis unus e Deus
X	✗	4	127	Bibebant autem de
		9	129	Neque tentemus Chris
XII	✗	41	132	Divisiones gratiae
		11	133	Haec omnia operatur

2 ad Corinth

III	✗	17	134	Dnus autem Spis e
IV	✗	4	135	qui e imago

Ad Galatas

I	✗	1	135	Paulus A. non ab homi
IV	✗	4	137	Ubi venit Plenitudo
		8	138	Ij qui naturam non sunt Dei

Ad Ephesios

Ad Epheseos

Cap	V.	Folj.		
IV	✗	8	139	Ascendes in altu

Ad Philippen.

II	✗	2	140	Hoc sentite in vo

Ad Colossen

I	✗	15	147	qui e imago
	ibidem		folio 48 Primogenitus omnis creat-	
		16	150	quoniam per ipsum
II	✗	9	156	In ipso inhabitat

I Timotheum

III	✗	16	157	magnum e pietas ~~Expectatis~~ adven-

Ad Titum

II	✗	13	160	Expectantes adve

Ad Hebraeos

I	✗	2	162	Per quem fecit secu-
		3	164	qui est splendor
	ibidem		Portans omnia verbo suo	
		6	169	Adorent eum omnes
		10	171	Tu Dne in principio
II	✗	14	174	quia pueri communi-
		16	176	Non enim Angelos
X	✗	5	177	Hostiam et oblationem
XI	✗	26	179	Moses dixit

I Petri

I	✠ 11	181	Scrutantes in quod ~~[illegible]~~
III	✠ 19	183	In quo et his qui

I Joannis

I	✠ 2	185	Omnis Spi qui eo
V	✠ 7	188	quoniam tres sunt
	20	191	Et scimus quoniam

Judæ

✠ 4	194	Et illum solum
5	195	quoniam Jesus Xpus

Apocalyp. Joannis

I	✠ 8	196	Ego sum α et eo
II	✠ 23	198	Ego sum scrutans
XVII	✠ 14		Rex Regu dr. fol. 199
XIX	✠ 16		

Institutionum Theologicarum eiusque indicis Finis

LIBRI SECVNDI INDEX

		Folio
I	De Communicatione idiomatum	200
II	De duabus in Xto naturis	211
III	De destructione Communicationis idiomatum	225
IV	Opera Trinitatis ad extra	228
V	De Trinitate, quod non sit in Sacris l.	229
VI	Trinitas non est unus ille Deus	232
VII	Falsitas de aeterna generatione Filij	246
VIII	De Spiritu Sancto	261
IX	De Prophetico Xti munere	268
X	De Fide et Justificatione	269
XI	De libero arbitrio	276
XII	De qualitatibus ante Adami lapsum	280
XIII	De peccato originali	282
XIV	De praedestinatione	287
XV	De remissione peccatorum	301
XVI	De Coena Domini	320
XVII	De Regio Xti officio	328

Finis Indicis libri secundi.

Thimotheus

THEMATVM IN HOC opere succincte explicatorum regestum.

Ex Gen c ĩ ✠ i

Elohim creavit coelum et terram.

✠ 2. Sprs Elohim incubuit aquis.

✠ 26. Faciamus hominẽ ad imaginẽ et similitudinẽ.

Cap. 3. ✠ 22. Adam quasi unus ex nobis.

Cap. 11. ✠ 7. Age descẽdamus et confũdamus

Cap. 18 ✠ 2. Apparuerunt ei tres viri &c.

Cap. 19 ✠ 24 Jehovah pluit a Jehovah

EX EXODO

Cap. 3. ✠ 6. Et ait: Ego sum Deus Abra. Isaac et Jacob.

EX PSALMO

Psal 2. ✠ 7. Hodie genui te.

33. ✠ 6. Verbo Domini coeli firmati sũt et spũ oris eius &c.

68 ✠ 19 Ascendisti in altum coepisti captivitatem

110. ✠ 1 Dixit Dominus Dño meo: Sede à dextris meis &c.

81 ✠ 10 Non erit in te Deus recens &c.

EX PROVER:

Cap. 8 ✠ 22. Dominus possedit me in initio viarũ suarum:

EX ESAIA

Cap. 6 ✠ 3. Sanctus. Sanctus Sanctus

9 ✠ 6 Deus fortis Pater æternitatis

42. ✠ 8. Gloriam meam alteri nõ dabo.

EX IEREMIA.

Cap

241

cap 10 ℣ 11. Dij qui nō fecerunt coelū et terrā &c.
33 ℣ 6. Et Israel habitabit securē, atq; hoc est nomē eius: Jehova justitia nostra.

EX BARVCHO

cap 3. ℣ 36. Hic est deus nr̄, invenit omnē viam scientiæ et tradidit illā Jacob dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hoībus conversatus est.

EX MICHEA

cap 5. ℣ 2. Ex te Bethlehē egredietur mihi qui sit dominator in Israel; et egressus eius ab initio et à diebus seculi

EX ZACHARIA.

Cap 12 ℣ 10. Aspiciunt ad me quē transfixerunt.

EX MATTHAEO

cap 1. ℣ 23. Et vocabunt nomē eius Emmanuel.
16 ℣ 16 Tu es filius Dei vivi.
28 ℣ 19. Baptizantes in nomē Pris F. et S. S.

EX MARCHO.

cap 2 ℣ 5. Tilij remissa sunt tibi peccata, (inqt Chrs)

EX LVCA.

Cap 1. ℣ 16. Et multos filiorū Israel convertet ad Dnum Deū ipsorū, et ipse præcedet ante ipsum &c.

EX IOANNE.

cap 1 ℣ 1. In principio erat verbū et verbū erat &c.
℣ 14. Quasi unigeniti a Pre.
℣ 15 Ante me factus est, qui prior me erat.
℣ 18 Deū nemo vidit unquā, Unigenitus filius qui est in sinu Pris enarravit nobis.

Cap 8

cap 8. ℣ 57. Abraha vidit Deum meum et gavisus est.
℣ 58 Antequam Abraha fiat, ego sum.
cap 10. ℣ 18. Potestatem habeo ponendi animam meam.
℣ 30. Ego et Pater unum sumus.
℣ 38 Quia Pater in me est et ego in Patre
cap. 12. ℣ 41 Esaias quando vidit gloriam eius, et locutus
cap. 14 ℣ 9. Philippe qui videt me videt Patrem.
cap 16 ℣ 15. Omnia quaecumque habet Pater mea sunt, inquit Christus.
cap. 17. ℣ 28. Exivi a Patre et veni in mundum.
℣ 5. Clarifice quam habui apud te priusquam mundus esset.
cap 20 ℣ 28 Dominus meus et Deus meus, Thomas dixit.

EX ACTIS APOSTOLORUM.

cap 5 ℣ 3. Petrus dixit: Anania quare implevit Satanas cor tuum ut mentireris contra Spiritum S. Et postea non est mentitus hominibus, sed Deo.
cap 3 ℣ 15. Authorem vitae interfecistis, inquit Petrus.
cap 20. ℣ 28. Ecclesiam Dei quam acquisivit sanguine proprio.
cap 28. ℣ 25. Spiritus S. locutus est per Esaiam Pro. dicens: Vade ad Populum istum: auribus audietis, et non intelligatis.

EX EPISTOLA AD ROMANOS

cap. 1. ℣ 3 Jesus C. factus ex semine David secundum carnem, praedestinatus autem filius Dei secundum Spiritum Sanctificationis ex resurrectione.
cap. 9. ℣ 5. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui super omnia Deus.
cap 11. ℣ 36. Quoniam ex ipso, et per ipsum et in ipso sunt omnia.
cap 14 ℣ 10. Omnes stabimus ad tribunal Xti, scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus: mihi flectetur omne genu.

EX

EX EPIST. I ad CORINTHIOS.

cap 1 ℣ 2. Qui invocant nomen Dñi nostri J. C.

℣ 24. Ipsis vocatis Judaeis atque graecis Christum Dei Potentiam et Sapientiam.

cap 2 ℣ 10. Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei.

cap 3. ℣ 16. Templum Dei estis et Spiritus Dñi habitat in vobis.

cap 6 ℣ 19. Membra vestra templum sunt Spiritus S.

cap 8 ℣ 6. Nobis unus est Deus, Pater ex quo omnia et nos in illum.

cap 10 ℣ 4. Bibebant autem de spirituali, consequente eos Petra. Petra autem erat Christus

℣ 9 Neque tentemus Xtum sicut quidam eorum tentaverunt

cap 12 ℣ 4. Divisiones gratiarum sunt; idem autem S. & Divisiones ministrationum sunt; idem autem Dñus. Divisiones operationum sunt; idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.

℣ 11. Haec omnia operatur unus et idem Spiritus dividens singulis prout vult.

EX EPIST. 2 CORINTHIOS

cap 3 ℣ 17. Dominus autem Spiritus est

cap 4 ℣ 4 Qui est imago Dei

EX EPI. ad GALATAS.

cap 1 ℣ 1. Paulus d. non ab hominibus sed per J. C. et Deum Patrem

cap 4 ℣ 4. Ubi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum

℣ 8. Jis qui natura non sunt Dei serviebatis nunc autem

EX EPI. ad EPHESEOS.

cap 4 ℣ 8 Ascendens in altum

EX EPI. ad PHILIPPENSES.

cap 2. ℣ 5. Qui cum esset in forma Dei usque ut homo.

EX EPI. ad COLOSSENSES

cap 1 ℣ 15 Qui est imago Dei invisibilis. eodem cap et ℣ 15. Primogenitus omnis creaturae.

℣ 16 et 18. Quoniam per ipsum sunt condita omnia usque ad ℣ 21.

cap 2 ℣ 9. In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis

EX Epist

EX EPIST I ad TIMOTHEVM

cap 3 ℣ 16. Magnum est pietatis mysterium, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, visum est Angelis praedicatum est gentibus, receptum est in gloria.

EX EPIST ad Titum

cap 2 ℣ 13. Expectantes adventum gloriae magni Dei, et Salva.

EX EPIST ad HEBREOS

cap 1 ℣ 2 Per quem fecit secula.
℣ 3 Qui est splendor gloriae et character substantiae
℣ eodem Portans omnia verbo potentiae suae.
℣ 6. Adorent eum omnes Angeli Dei.
℣ 10. Tu Domine in principio fundasti terram, et usque deficient.
cap 2 ℣ 14 Quia pueri communicarunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem.
℣ 16. Non enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahae
cap 10 ℣ 5. Hostiam et oblationem noluisti corpus adaptasti mihi.
cap 11 ℣ 26. Moses majores divitias existimans pro Christi.

EX EPIST I PETRI

cap 1 ℣ 11 Scrutantes in quod et quale tempus sciret in eis spiritus Christi praenuntians eas, quae in Christo sunt passiones et gloriam.
cap 3 ℣ 19 In quo et his qui in carcere erant, spiritibus veniens praedicavit qui increduli fuerant aliquando, quando expectabat Dei lenitas, in diebus Noe.

EX EPIST I Joannis.

cap 4 ℣ 2. Omnis spiritus qui confitetur J. C. in carne venisse.
cap 5 ℣ 7. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in coelo. P. V. S. S.
℣ 20. Hic est verus Deus et vita aeterna.

EX EPIST IVDAE.

℣ 4 Et illum solum δεσποτὰν Deum et Dominum nostrum J. C. negantes
℣ 15 Vulgata sic habet: Quoniam Jesus populum ex Aegypto salvans

Ex Apoc

345

EX APOCALYPSI

cap 1 ℣ 8. Ego sum α et ω. Principium et finis, dicit Dominus Deus, qui est qui fuit et qui futurus est Omnipotens

℣ 11 Ego sum α et ω Primus et novissimus.

℣ 17. Ego sum Primus et ultimus.

cap 17 ℣ 14. et cap 19 ℣ 16 dicitur Christus Rex Regum Dominus Dominantium.

cap 22. ℣ 13. Ego sum α et ω Primus et novissimus Principium et finis. Finis

Deus Creator Coeli et terræ est, qui est

Summa doctrinæ Christianæ
De Deo Patre.
Filio eius Jesu Christo.
Et Spiritu Sancto
De Deo Patre.

Deus Creator Coeli et terræ is est, qui est

Unus Deut 6 ℣ 4 Malach 2 v 10. Marc 12 ℣ 29. Rom 3 ℣ 30. 1 Cor 8 ℣ 6. Gal 3 ℣ 20. Eph 4 ℣ 6. 1 Tim 2 ℣ 5.

Solus ā seipso 2 Reg 19 ℣ 15, 19. Ps. 86 ℣ 10. Esa 37 ℣ 16. Dan 6, ℣ 26. Apoc 1 ℣ 4. c. 4, 8.

Fons et Author omniū bonorē Rom 11 ℣ 36. 1 Cor 8 ℣ 6. Jaco 1 ℣ 16

Altissimus Gen 14 ℣ 18, 19 20 22. Deut 32, 8. Ps. 91 ℣ 1. 2 Sam 22 ℣ 13 14. Dan 5, 18. Luc 1 32 7

Magnus Deus Dan 2 ℣ 45, et 9 ℣ 4 Tit 2, 13.

Deus Deorū Deut 10, 17. Psal 84 7.

Dnūs, et Rex super oēs Deos Ps. 95 ℣ 3. Eph 4 ℣ 6. 1 Tim 6 ℣ 15 16.

Primus et novissimus Esa 41 4. et 44, 6. et 48 ℣ 12. principiū et finis Et et ω. Apoc 1 ℣ 8. et 21 ℣ 6 (Joan 8 ℣ 54. et 17 ℣ 3. 1 Cor 8 ℣ 6 Eph 4, 6)

Chrs. etiā

349 Chrs etiam dr primus et novissimus Apoc 1 n 7
sed ratione muneris sui, ideo addr statim n 18: qui
fui mortuus et vivo in aeternum 2. Siquidem Chrs est
author et consumator Salutis nrae Heb 12.

Hic Deus est

Jesu

Hic Deus non est Trinitas, sed Pr Dni nri
C. Joan 8 n 54. et 17 n 3. 1 Cor 8 n 6. Eph 4, 6.
Deus Abraham Isach et Jacob Act 3 n 13
Deus Israelis Joan 8 n 54
Creator coeli et terrae et eorum qui in eis sunt Act 4, 24, 26
Praeter quem non est Deus alius Deut 4 35, 39.
et 32 n 39. 2 Sam 7, n 22. et 22 n 23.
1 Reg 8 n 60. Esa 44 n 8. et 45, 6 18, 21.

Primus fons omnium, ideo dr.

Fons vitae Ps 36 n 10. et 42 n 2.
Qui verificat omnia 1 Tim 6 n 13
In quo vivimus, movemur et Hung. Act 17, 28.
Pr ex quo omnia. 1 Cor 8 n 6
Pr omnium Eph 4 n 6.
Pr ex quo omnis Paternitas in coelo et in terra
Eph 3 n 14, 15.

Chrs etiam dr Pr, sed non Pater
omnium, aut talis Pr ex quo omnis
Paternitas, aut ex quo omnia 2. Verum dr Pr aeter-
nitatis Esa 9 n 6. ideo, scilt quia (ut Vatablus in
interpretatur) qui credunt in eum vivunt in aeternum.
Etiam 77 Interpretes hunc locum ita interpretati
sunt Pr futuri seculi. Ideo dr in Epist ad Heb 1 v 2
quod sen

quod secula, vel futurus orbis (ut Heb 2 v 5 ex-
plicatz) per eum sit conditus.

Hic Deus est qui

Solus hēt immortalitatē 1 Tim 6 v 16
Habitat lucē inaccessibilē ibidem.
Solus Sapiens 1 Tim 1 v 17.
Solus Potens 1 Tim 6 v 15
Solus bonus Matth 10 v 17. quia ā seipso talis
est, et ab ipso est omnis Sapientia, virtus
bonitas.

qui hēt imperium summū supergēs
ideo dr

Altissimus Deus Deut 32, 8. Ps. 91, 1. 2 Sam 22,
13, 14. Luc 1, 32 35.
Deus deor Deut 10, 17. Ps 84 8. α
Rex sup omnes Deos Ps. 95 3, Eph 4 6
1 Tim 6, 15, 16.
Rex Regum 1 Tim 6 v 15 β
Deus et Pater Dni nri J. C. Eph 1 3. Col 1, 3.
2 Cor 1 v 3. 1 Pet 1 3. Joh. 20, 17.
Deus Jesu Christi Matth 27 46.
Eph 1 v 17. Apoc 3, 12.
Caput Jesu Christi 1 Cor 11 v 3.

Hic Deus dr finis omniū, ideo dicitz

quod

351 Quod Jesus sit Chrs ad gloriam Dei Patris Phil 2 ℣ 11.
Quod filius tradat regnum Patri et Deo suo 1 Cor 15 24.
Quod Pater sit futurus omnia in omnibus ibidem ℣ 28.
Quod propter ipsum omnia et per ipsum omnia Heb 2 10.
Et quod ex ipso per ipsum et in ipso sint omnia Rom 11,
36. Ipsi gloria in secula Amen.

α Chrs etiam dr Deus in Sacris literis, et sane ipse no est falsus Deus, sed verus; no tn Unus ille verus Deus, qui Christi Deus, Pr, Caput dr.

Unus enim ille Deus nec Deum nec Prem, nec Caput hnt, sed solus est altissimus, solus a seipso, omnia enim ex ipso sunt.

β. Dr etiam Chrs Rex Regum Apoc 17, 14, sed sine articulo et addr mox: Agnus inqt vincet illos 2. Qui dr Sermo Dei cap 19 ℣ 13. Et v 15 Et ipse est qui calcat torcular vini furoris et irae Dei Omnipotentis.

Talia et similia uni illi Deo adscribi nequeunt sed Chro qui Deus fecit Dominum et Chrm Act 2.

Nota. Chrs quoque dr Pater Esa 9 ℣ 7 sed futuri seculi: no autem Pr ex quo omnia, ex quo omnis Paternitas. Hic titulus enim Pri solum competit.

De Filio

De Filio, scilicet Jesu Christo.

Jesus Chr. est unus illius Dei filius Matt 3 v. 17 et 14 v. 33. et 16 v. 16. Marc 1 v. 1. 14 v. 62. 15 v. 39. Luc 1 v. 32, 35. et 3 v. 22. Joh 1, 34, 40. et 9 v. 35. 11 v. 27. Rom 1 v. 4. 2 Cor 5 v. 19. 1 Joh 4 v. 15.

Proprius Rom 8 v. 32.

Unigenitus Joh 1, 14 et 18. 3 v. 16 et 18. 1 Joh 4. 9.

Praeordinatus in nostram Salutem ante constitutionem mundi, 1 Pet 1 v. 20.

Promissus olim Gen 12 v. 3. 18 v. 18. 22 v. 18. 26 v. 3. Deut 18 v. 15. Luc 1 v. 54. 24 v. 44. Act 3 v. 22. Rom 1 v. 3.

Conceptus Virtute altissimi Dei in utero Virginis Jes 7, 14. Matth 1, 18. Luc 1 v. 31.

Natus ex muliere Gal 4 v. 4. Matt 2 v. 1. Luc 2 v. 7.

Sanctificatus à Pre Joh. 10 v. 36.

Unctus olio exultationis Heb 1 v. 9.

Spiritu S. repletus Act 10 v. 38.

Sine mensura Joh 3 v. 34.

Missus in mundum Joh 10 v. 36

Pre mune

353 Per hunc locutus est Deus novissimis temporibus Heb 1 v 2, ideo dicitur etiam Sermo Joan 1 v 1.
Apoc 19 v 13.
Per eundem condidit orbem illam futurum. Heb 1, 2. Item 2 v 5
Renovavit omnia 2 Cor 5 v 16
Reconciliavit Col 1 v 20.
Recapitulavit Ephes 1, v 10.
Redemit nos Eph 1 v 7.
Hunc tradidit pro nobis Joh. 3 v 16
Excitavit ex morte Act 2 24. et 3 v 15. 4 v 10.
C. 10 v 40. 13 v 30. Rom 4 v 24. 8, v 11. 10 v 9
1 Cor 6 v 14. 15 v 15. 2 Cor 4 v 14. Gal 1 v 1.
Eph 1 v 20. Col 1 v 12. 1 Thess 1 v 10. Heb 13 v 20.
Collocavit ad dextram suam in coelis supra omnem potestatem, dominationem virtutem, et omne nomen Eph 1, 2
Subiecit ei omnia Eph 1 22. 1 Cor 15 27.
Dedit ei nomen supra omne nomen Phil 2, 9, 10, 11.
Omnem potestatem in coelo et in t. Matt. 28, 18.
Omne judicium Johannis 5 22.
Gloriam 1 Pet 1 v 21.
Honorem 2 Pet 1 v 17.
Fecit eum dominum et Christum Act 2 v 36.
Constituit Haeredem omnium Heb 1 v 2.
Principem et Servatorem Act 5 v 31

Caput

Caput Eccle Eph 1, 22. Col 1 ℣ 17 18
Mediatorem 1 Tim 2 ℣ 5
Regem Psal 2 ℣ 6.
Pontificem Heb 5 ℣ 5, 10. 6 ℣ 20. 7 ℣ 24 2.
Judicem vivorum et mortuorum Act 10, ℣ 40. 17 ℣ 31
2 Tim 4 ℣ 1.

Summa: Non est aliud nomen hominibus datum sub coelo in quo Salvari oporteat Act 4 ℣ 12
Nam fundamentum aliud nemo ponere potest praeter id quod positum est, J. C. 1 Cor 3 ℣ 11.

Ex his patet quis et qualis sit Christus, quem nos secundum Scripturam S. agnoscimus pro
Domino nostro glorioso 1 Cor 2 ℣ 8.
Unico Magistro Matth 23 ℣ 10
Capite Eph 5 ℣ 23
Sacerdote Heb 5 ℣ 5, 10. 6, ℣ 20.
Bono Pastore Joh 10 ℣ 11 14.
Mediatore Novi F. 1 Tim 2 ℣ 5 Heb 9 ℣ 15
Servatore Luc 2 ℣ 11. Joh 4 ℣ 42
Rege Apoc 17, Quem etiam honore prosequimur, iuxta illud; qui non honorat filium 2. Joan 5
Ideo dicimus et nos cum Angelis: Sedenti in throno et Agno benedictio et honor et gloria et potestas 2. Apoc 5 13.

D 5

355

De Spiritu Sancto.

S. Sanctus est illius Dei Patris virtus seu efficacia
Luc. 1 v. 35 v. 36.
Confer hos locos Luc 24 49. Act. 1 4, 5, 6, 7, 8. 1 Pet 3
18. 2 Cor 13 4.
Quae est in ipso 1 Cor 2 v. 11.
Qua condidit omnia Ps 33, 6. Job 33, 4.
Conservat 104 30.
Operatur Zach 4, 6. Esa 34, 16. Eph 3 20.
Christum unxit Luc 4 18. Act 10 38 Heb 1, 9.
Excitavit ex mortuis 2 Cor 13, 4. Eph 1, 19, 20.
Exaltavit Act 2 33. 5 v. 32. Eph 1 v. 19
Homines Sanctificat 1 Cor 6 v. 11.
Renovat Regenerat Tit 3 v. 5, 6.
Obsignavit in diem redemptionis 2 Cor 1 v. 22.
Eph 1 v. 14. 4 v. 30.

Sedenti in Throno et Agno benedictio
et honor et gloria et potestas in saecula sae-
culorum Amen. Finis impositus per me Basili-
um Salathi Karathonfalvium in Schola Varga-
siensi Anno 1653 die 16 Januarij.

Praeludia

Præludia Theologica de Deo et vera eius cognitione cum disputandi formulis consignata.

Quomodo Trinitatis dogma (si modo possit) ex S. Lris demonstrari. Titu. I.

Nos a Christo J. Dno nro et eius Aplis, nec non scriptis Prophetiis edocti credimus Deum omni potentem rerum omnium Creatorem et gubernatorem simplex unum esse. E contra Adversarij nostri Trinitatis cultores, dicunt Deum illum unum quidem in Essentia sed Trinum in personis esse. Atque hanc sententiam testimonijs S. literarum comprobari asserunt. Verum quia illa testimonia nobis ignota sunt (licet neque nos in volvendis ac revolvendis sacris bibliis simus ipsis seniores) ideoque hæc ipsis proponimus argumenta:

1 Omnis de Deo certa et indubitata cognitio procedere debet ex certis et indubitatis principijs ÷ manifestis et disertis S. Scripturæ testimonijs; sed cognitio Trinitatis non fit ex indubitatis principijs ÷ sacræ S. claris testimonijs. E. Trinitatis cognitio non est certa et indubitata.

Z nulla

II Nullum dogma ad salutem necessarium debet
peti ex locis scripturae obscuris vel controversis;
sed dogma trinitatis petitur ex talibus locis. Ergo
non est necessarium ad salutem.

III Qui detorquet locos s. litterarum ad traditio-
nes humanas non est audiendus; sed trinitarius
hoc facit e. non est audiendus.

Minorem probo: quicumque clarioribus et
manifestioribus s. scripturae oraculis ex obscu-
rioribus et controversis locis contradicit, is
loca sacrae literae non nisi detorquendo applicat
ad traditiones; sed trinitarius hoc facit. Ergo
is detorquet locos.

Minor adhuc probatur allatis locis aspectis et
evidentibus contrarium docentibus de quibus
nullum est dubium ut Joh 17, v 3. 1 Cor 8 v 6. Eph
4 v 6. Deut 6 v 4. In quibus Deus Patrem a
Jesu C. et s. Sancto distinguitur, Patrem simpliciter
unus dicitur.

Afferunt isti contra nos locum 1 Joa 5 v 7
Quoniam tres sunt in coelo qui testimonium re-
Sed praeter quam quod hic locus suspectus et
controversus est; nam et varie in quibusdam

exempli

ex emplaribus legitur, et in nonnullis plane desi-
deratur; (quod enim in editione vulgata legitur, Et
hi tres unum sunt, loco eius codex Hyspaniensis
quo usus est Benedictus Arias Montanus, et
alia exemplaria habent: Et hi tres in unum sunt.
Unde fragmentum glossae ordinariae hunc locum
sic explicat: hi tres unum sunt ÷ de una re
testantur.
Alibi vero haec verba plane omittuntur (teste
Pelagio adversus Arianos c. 2) quae nec Nazi-
anzenus, nec Athanasius nec Dydymus, nec Chry-
sosthomus nec Cyrillus, nec Augustinus, nec Beza,
nec Syrus Interpres, nec Leo Juda, nec Lutherus
nec Vatablus legerunt)
Ad illorum argum, quod tale esse potest:
Quoscunque vel quaecunque S. Scriptura dicit unum
esse, sunt eiusdem naturae et essentiae; sed hos testes:
Pater Verbum et S. Sanctum dicit Scriptura unum
esse, E. sunt eiusdem essentiae
Responderi potest per instantiam: quicunque in
S. Lrus unum dicuntur sunt eiusdem essentiae; sed plantans
et rigans 1 Cor 3 v 8, item credentes universi in
Chro Joan 15 v 21, dicuntur unum. E. plantans et rigans

359 ita credentes omnes sunt eiusdem essentiae. Sane
haud insuetum est S. Iris, eos vel ea dicere unum quo-
rum est diversa natura, quando cum respectu ad
unum aliquid tertium conferuntur, ut haec nunc al-
lata exempla ostendunt.

Nos ergo ad hunc locum sic argumentamur:
Ita hic Pater Verbum et S. S. sunt unum quemadmodum
Aqua Sanguis et S. Sed haec unum sunt non essentia
sed consensu in testimonio dando (ut glossa ordi-
naria fragmentum explicat) E. et illa sunt unum hoc modo
Major probatur (licet indirecte) ubicunque idem est
scopus verborum, eadem etiam debet esse considerationis
ratio; Atqui in hoc loco idem est scopus; nam in utro-
que membro agitur de testimonio; Ergo et ratio
considerationis eadem.

In una numero essentia divina non dari plures personas numero distinctas

Titulus 11.

Aliquando contra hoc ita disputatum fuit:
Quicquid datur in essentia divina, id datur in
essentia numero una; sed plures personae dantur
in essentia

in Essentia divina inter se distinctæ. Dantz ergo in divina Essentia tres personæ numero distinctæ.

Respondetur fuit negatione minoris. quæ sic probatz: In qua Essentia datz Pr. F. et S.S. in ea dantz plures personæ inter se distinctæ; At in Essentia divina dantz Pr. F. et S.S. E.

Minor probatz. Si non essent in una Essentia, essent in pluribus; At non in pluribus. E. in una Essia.

Respondebatz, quia in præcedente argumento erat sermo de Essia divina numero una, hic vero simpliciter de Essia concludit, ideoque disputationem non procedere.

Aliud Argumentum.

Ubicunque datz distinctio Essentiæ et personæ necessario illic dandæ sunt etiam 2dæ substiæ genera et species substiarum; sed in deo 2dæ substiæ nullæ dantz. E. etiam nulla personæ et Essiæ distinc.

Aliud

Tres personæ numero differentes non possunt esse in una numero Essentia individua; At qui Pr. F. et S.S. sunt personæ differentes. E. non possunt esse in una re.

Major probatz: Si tres personæ numero differ

differentes statuantur in una indiuidua essentia, consequitur quod illa essentia sit indiuidua et non indiuidua; item quod sit composita; At prius verum est et posterius quod est absurdum, unde Majoris sequela patet.

Adhuc Major Syllogismi probatur:

Quisquis statuit in essentia indiuidua ~~diuina~~ id quod non competit essentiae indiuiduae ~~diuinae~~, is statuit essentiam indiuiduam, non indiuiduam; sed qui statuit in una essentia indiuidua tres personas, is statuit in essentia indiuidua id, quod essentiae non competit. Et qui statuit in una essentia tres personas statuit essentiam indiuiduam et non indiuiduam.

Minor huius probatur:

Qui attribuit unam essentiae indiuiduae quod contradictionem implicat tribuit id quod ei non competit; sed qui statuit, vel ponit tres personas in una essentia, is tribuit, quod implicat etc. Et qui in una essentia tres personas ponit tribuit indiuiduae essentiae quod ei minime competit.

Rursum Minor:

Quicunque in aliquo simul esse et non esse ponit, is implicat; At qui in una essentia

Indiuidua

individua tres personas ponit, ponit simul esse et non esse. E. qui in una essentia individua tres personas ponit is implicat.

Respondebatur distinctione majoris:

Quicunque in aliquo simul esse et non esse ponit, scilicet uno eodemque respectu, is implicat, concedebatur; qui vero haec ponit diversa ratione negabatur propositio. Et dicebatur: in divinis unitatem poni ratione essentiae, pluralitatem vero ratione personarum. Sed urgebatur:

Qui plures ponit personas ponit plures essentias; sed haec distinctio plures ponit personas. E. plures etiam essentias.

Major patet ex definitione personae, quae dicitur substantia individua intelligens.

Argumentum:

Ubi sunt plures substantiae individuae, ibi sunt etiam plures essentiae; sed ubi sunt plures personae, sunt plures substantiae individuae. E. ubi sunt plures ~~substantiae~~ personae, sunt plures essentiae.

Respondebatur concessione quatenus persona substantiae denotat; sed dicebatur, in divinis

personae

personam non scari substantiam, sed tantum relationem quandam, seu modum subsistendi, et sic non procedere disputationem. Urgebatur.

Si persona in divinis scat tantum relationem et modum quendam subsistendi, et non ipsam substantiam, sane illae in divinis personae sunt tantum ens rationis, de quo attributa realia dici non possunt. Quomodo ergo filius dei natus esse, Evangelium annunciasse, passus esse, resurrexisse, glorificatus esse etc.

Hoc usque disputatum est.

Aliud Argumentum.

Personae Trinitatis, vel sunt propriae et verae, vel impropriae et imaginariae; si prius, erunt plures dij, tot scilicet, quot sunt personae; persona enim substantia individua intelligens. Si posterius dicatur, Sabellianismum hoc redolebit, qui in Deo tria tantum nomina statuit.

Aliud.

Quicquid praedicatur, id praedicatur vel essentialiter vel accidentaliter; At qui tò gignere praedicatur de Pre, tò gigni de filio, tò procedere de S. Sancto

Ergo

E. hæc prædicantur vel essentialiter vel accidentaliter; non autem accidentaliter, quia sic accidens inhærens in deum caderet, et sic etiam ratio gignere esset accidens in Patre, et reliqua in reliquis: Atque sic tres personæ Trinitatis, tribus accidentibus differrent; sequitur E. ut essentialiter hæc de Deo prædicentur, nam tertium non datur, unde sic argumentor:

Quicquid prædicatur essentialiter de una Trinitatis persona, id prædicatur communiter de omnibus Trinitatis personis; Ratio in promptu est, quia attributa essentialia tribus personis sunt ex æquo communia, ut omnipotentia, omniscientia etc. Sed ratio gignere essentialiter prædicatur de persona Patris. E. et de filio, et de S. Sancto. Atque sic Pater erit ipse filius, et S. Sanctus erit Pater etc.

Graverus ad hæc dicit: hæc sunt absurdissima absurda; et hinc sequitur juxta Calvinianos quod nullo modo hæc prædicentur de personis Trinitatis; si nullo modo, corruet sane discrimen personarum Trinitatis. Si corruet discrimen hoc

neque

treq3 tres personae Trinitatis, sed duntaxat
una, quod volunt Photiniani, nempe Pr̃ etc.

Chrm Trinitatis filiu esse.

Titulus III. Argumentum.

Si Chrs est filius dei (ut revera est) Deus autem est
Trinitas, seqr quod Chrs erit filius Trinitatis; sed
antecedens verum est E. et Consequens.

Respondent Adversarij: Chrs est filius Dei, nõ
qua Deus, sed qua Pr̃ est.

Contra: Si Chrs nõ est filius dei ut est Deus, sed
ut Pr̃, nõ erit revera dei filius; sed prius ita se
hõt ex assertione praecedenti, E. et posterius, quod
absurdũ.

Chrm nõ esse naã et ab aeterno Deum.

Titulus IV. Argumentum.

Qui fuit crucifixus nõ fuit naã Deus; sed Jesus C.
Corr. 2. fuit crucifixus. E. Jesus C. nõ fuit naã Deus.

Si respondeant per distinctionem naturarum in
Chro, dicantq3 secundum humanam naam Chri-
stũ crucifixum fuisse nihil proficient,

quia

1 quia principium potuit cum nos negemus i-
stas duas naturas in Christo dari.
2 quia hoc loco Apostolus plane excludit illam Christi
naturam divinam (quam ipsi Trinitarij aeternam
quandam λόγον comminiscuntur) quae crucifigi non potuit.

Aliud.

Qui finitus est, non est Deus ab aeterno. Christus est fi-
nitus. E. non est ab aeterno Deus.

Minor probatur: qui concipitur, nascitur moritur, est
finitus: sed Christus etc. Et etc.

Respondeo per naturam distinctionem non potest,
illam enim non dari infra ostendemus

Aliud.

Qui est primogenitus omnis creaturae, is non est
aeternus Deus; Creatura si quidem nulla aeterna est,
sed Christus est primogenitus omnis creaturae.
Minor probatur. Col. 1. v. 15 Apoc. 3. v. 14.

Aliud.

Qui ad alterius voluntatem et mandata locutus est,
et fecit opera, is non fuit Deus aeternus; sed Christus
ad voluntatem et mandatum alterius (nempe
Patris) locutus est et fecit opera, ut ipsemet

testatur

367 testatur Joa 5 19, 30. et 12, 99. et 14 10. E.
Christus non sunt aeternus Deus.

Hic quoque ad naturam distinctionem confugere non possunt, haec enim attributa personae constituunt; ipsi vero ne duas cogantur dare in Christo personas, et sic duos Dei filios, negant humanam naturam esse personam, quam tamen nos si Deus voluerit ostendemus revera esse personam.

Aliud

Quicunque per afflictiones redditus est perfectus, is non est natura Deus, sed Christus etc. vid Heb 2 ts 10. Ergo

Aliud

Cui Deus omnia se excepto subiecit is non est natura Deus; sed Christo etc. 1 Cor 15 ts 27. Ergo.

Consequentia huius argumenti probatur:

Quae hypostaticè sunt unita, quodcunque alteri eorum subiicitur, subiicitur etiam alteri; sed duae naturae in Christo hypostaticè sunt unitae. E quod humanae subiectum est, etiam divinae naturae.

Aliud.

Qui propter sanctificationem et in mundum mistionem est Deus, is non est natura et ab aeterno Deus; sed Christus etc. Joan 10. Ergo etc.

Aliud

Aliud.

Qui est factus Dominus divinus, is non est natura et ab aeterno sed factus Deus est; sed Christus vide Act 2 v 36. Ergo etc.

Divinum Dominum factum esse patet 1 quia istud Dominium, vel est divinum vel civile; non civile Ergo divinum. 2 quia Christus accepit Dominium S. Sancti mittendi ut patet Act 2 v 33.

Aliud.

Cui competit adorari a rebus creatis ex dono alicujus propter praestitam obedientiam, is non est aeternus Deus; sed Christo competit adoratio ex dono Patris propter obedientiam usque ad mortem crucis praestitam testante Apostolo Phil 2, 9, 10, 11. Ergo etc.

Aliud.

Quem Summus Deus jubet adorari ab Angelis, is non est natura Deus; sed Christum Summus ille Deus jubet adorari ab Angelis Heb 1, 6. Ergo.

Locorum qui contra hunc titulum ab Adversarijs afferuntur, examen.

Prover 8 et 1 Cor 1 v 24. Argumentum

Sapientia est aeterna, Christus est Sapientia Dei. E.

Respo

369

R. 1 Si largiret Christum esse aeternum, vis certe hujus argumenti non concluderet ipsum esse aeternum Deum; sed respondeo ad Majorem argumenti per instantiam. Potentia Dei est aeterna, Evangelium est potentia Dei vid Rom 1 v 26. E. Evangelium est aeternum. Qualis Consequentia?

2 Respondeo ad formam et dico quatuor esse terminos; aliter enim Medium in Majore, aliter in Minore accipere; nam illic simpliciter Sapientia ponitur, hic vero Sapientia Dei, et sane aliam Sapientiam Salomon intellexit per quam principes imperant. Aliam Apostolus, per quam vocati salvantur.

Ergo ita locum ad ipsos retorquemus: ut se habet Dei Sapientia, ita se habet eius potentia sed juxta Adversarios ita se habet Dei Sapientia ut persona, Ergo et potentia habet se ut persona, Et per Consequens erunt duae personae.

Consequentia et nexus Majoris patet in ipso textu, ubi sic conjunguntur: Christum Dei potentiam et Dei Sapientiam.

2 Hoc loco vox Dei vel capitur distincte vel indistincte. Si indistincte, igitur omnes personae Trinitatis, et ita Sapientia erit totius Trinitatis et Quaestionis Sapientia; Si distincte capiatur

capiatur, erit prima persona in Patris Sapientia, et ita in divinitatis prima persona erit secunda ejus divinitatis persona, quod absurdum.

Micheæ 5 v. 2. Et exitus eius. 2.

Argumentum.

Quicunque locus est limitatus, is non agit de absoluta æternitate; sed hic locus est limitatus. Ergo 2.

Minor probatur: Quia hic fit mentio loci et temporis ut pote initij et dierum seculi; in absoluta autem æternitate nullum est initium, nullus dies, nulla temporis limitatio.

Deinde ex hoc loco nihil concluditur,

1 Quia hic nulla fit mentio essentiæ divinæ ex qua egressus sit, sed loci Bethlehem.

2 Agitur hic de egressione eius qui Deum habet, qui fratres habet, Λογος æternus nec Deum nec fratres habet.

3 Calvinus et Jo. Tossarius Aquiloricanus interpretantur hunc locum de æterno Dei decreto

4 Quia hic æternitas denotat sæculum, vel juxta Hebræitatem à quondam (Hebraice est Olam) et non de carente initio sed de certo tempore loquitur, ut varij loci hoc palam faciunt. Vid. de diebus sæculi Es 53, 9. 11. Mal 3 v 4

Zacha. 12 v 10. Jo 19 v 37. Apoc 1, 7.

Argumentum.

De

De quo Zacharias dicit: Videbunt quem transfi-
xerunt, is est aeternus Deus; sed de Christo dicitur. Ergo etc.

R. Variare hic lectionem, ut in thesauro sancte
linguae notatur; sic enim illic legitur: Et afficient
ad me, cum eo quem confixerunt. Et hinc nihil so-
lidi potest colligi.

2 Explicatur hic locus ex c. 2 v. 45. Qui
vos tetigerit tangit pupillam oculi mei. Unde
instatur; qui tangit Israelem, tangit pupil-
lam oculi Dei. Et Israel est Deus. Sic
Saule Saule quid me persequeris; persequebatur au-
tem fideles de Christi. Et Christi fideles sunt
ipse Christus.

Joan 12 v. 41. Haec dixit Esaias etc.
Cuiuscumque gloriam vidit Esaias est aeternus Deus
sed Christi gloriam vidit. Ergo etc. Major probatur
R. negatione Majoris Si vidisset aliam quampiam gloriam descripsisset
eam; sed non descripsit. Ergo etc.

Invertitur: Si potius descripsit aliam gloriam prae-
ter gloriam Dei, vidit aliam gloriam; sed descri-
psit aliam. Ergo etc.

Probatur ex Es. c. 6 v. et 53. 1 Re 1 v. 10 ubi
dicit Petrus Prophetas scrutatos esse passiones Xti,
et eas

et eas subsequentes glorias. Es 6 in posteriore capitis parte talia gradatim recensentur quae maxime faciunt ad Christi gloriam, ut 1 excaecare cor ingrati populi 2 perdere 3 ad gentes pervenire verbum Dei 4 converti Judaeos, quae omnia maxime faciunt ad gloriam Christi, siquidem in eo omnia completa sunt.

Ita etiam in posteriori parte capitis 53 Deinde apud Evang. loco αὐτὸς in nonnullis exemplaribus, ut in Roberthi Stephani et Crispini et Froscovri editionibus videre est hoc τοῦ θεοῦ.

Caeterum Majoris consequentia his etiam labefactatur rationibus:

1 Quia multorum gloria videtur antequam existat, ut Num 24 et 13. Phil 2.

2 Quia Christus nondum erat glorificatus Joan 7.

3 Christo gloriam praeparaverat Deus ab aeterno Joan 17 et 5. et 24. Piis omnibus eodem modo Matt 25, 34. Eph 1 et 4. Haec gloria potest videri et visa est, Act 1. Et 2 Tim 1 9 data dicitur nobis gloria ante tempora seculorum.

Denique etiam si concedamus quod gloria Christi sit visa, manifestum est, quod videre saepe ponatur pro praevidere, vel praedicare, qua propter olim prophetae videntes appellabantur

373 1 Sam 9. 9. Es 30 10. Qui dicunt videntibus nolite

1 Pet 1 XII. Qui in illis erat 2.

Cujuscunque Spiritus fuit in Prophetis ipsemet e-
tiam fuit tempore Prophetarum; sed Christi Spi-
ritus fuit in Prophetis test. Petro. E. Christus fuit
tempore Prophetarum, et per consequens ante nati-
vitatem ex Maria ab aeterno realiter et vere
ex titio.

R. 1 Plus concludi quam argumentum faciat,
ideoque consequentiam non valere.

2 Ad Minorem argumenti dico, Spiritum alicujus du-
plicitur considerari; vel ut est in aliquo, vel ut
dicitur de aliquo. Spiritus Christi appellatur is qui
fuit in Prophetis modo posteriori, non priori,
et hic loquendi modus scripturis familiaris est
Pari etiam ratione dicitur Spiritus veritatis et Spiritus
erroris 1 Joa 4 x Propter effectum.

1 Cor 10 x 4 Petra erat Christus 2.

Ex hoc quoque loco volunt concludere Christum
ante nativitatem ex Maria, revera ex titio,
siquidem populus Judaicus ex Egypto

eductus in deserto ex Petra fluente aquam bibisse scribitur Exo 17 v 6, hic vero illa Petra Christus fuisse dicitur. Sed revera hic locus, illorum sententiae nihil patrocinatur, ob hasce causas:

T Beza contra Westphalum de coena cum disputat per Petram spiritualem intelligit aquam ex Petra fluentem quae ipsos Judaeos sequebatur et ait pro ipso agere Origenem, Tertullianum, Hieronimum, Chaldaeum Paraphrasten et antiquam Bibliorum expositionem Hebraicam. Sic etiam in Annotationibus super haec verba: Bibebant enim 2.

Cum vero dicitur: Petra erat Christus, verbum erat accipere pro scabat, quae vocis huius acceptio S. Trinitatis est usitatissima, ut septem spicae septem anni sc Gen 41, ut Augustinus etiam interpretatur in lib. quaest. super Leviticum, quaestione 57. Sic Gal 4 v 24. Ismael et Isaac sunt duo Testamenta i. scanc. Ita etiam Matt 13 37 Qui seminat bonum semen est Filius hominis.

375

1 Cor 10 v 9 neq3 tentemus 2.

Hunc locum corruptum esse dicit Epiphanius tomo 3 l. 1. et legendum ait: neq3 tentemus Deum 2. Hic dr ista typice facta fuisse.

3 Communis loquendi modus fert ita loqui, ut ne prodas principem, quemadmodum quidam Christi temporis principem prodiderunt et perierunt.

Ephes 4 v 8. Cum ascendisset 2.

Ex hoc loco non potest solidi aliquid pro divinitate Christi colligi, 1 quia variant interpretes, tam Rabini quam Christiani, ut, Calvinus.

2 Quia Paulus mortuum dicit hunc, de quo ipse loquitur, quod divinitatem non arguit.

3 Quia distinguitur ille Elohim a Jehova in Psal 68 v 17, 18. unde Apostolus haec verba sumpsit.

Heb 1 v 10. Tu in principio 2

Argum

Qui creavit coelum et terram est Deus aeternus, sed hic Christus illa creasse dr. E. Christus est Deus aeternus.

Negando minorem, et dicendo, haec verba non ipsi

non ipsi Christo attribuenda et applicanda
esse: Tamen haec verba de eodem intelligi
debent de quo praecedentia et sequentia in-
telliguntur, ne Author extra propositum loqui
statuatur. Loquitur autem hic de Christo, cui talia 1
attribuit, quae nulla ratione ipsi Creatori compe-
tere possunt: Puta, Haeredem constitui, in mundum
introduci, Angelis anteferri, eisque praefici, o-
leo exultationis a Deo praesumptis consorti-
bus ungi. 2 Scopus Authoris hoc 3
ipsum ostendit, qui ita hic de Christo agit, ut
declaret eum praestantiorem Angelis factum,
quod sane Creatoris naturae repugnat.
2 Deus Creator omnium certe non potest dici habere Deum a 2
quo ungatur, ut hic dicitur: unxit te Deus, Deus tuus. Et
quod notandum est peculiariter, namque innuitur hic
Christum, quatenus Deus est, habere Deum suum qui ipsum
unxerit, quare non eadem ipsius est divinitas
quae Patris; sed Christus quatenus Deus etiam mi-
nor Patre suo. 3 Quia Deus ille per hunc
secula condidisse dicitur, aliquis ergo praeter ipsum est
Creator. 4 Quia Scriptura ubique locorum coeli
et terrae creationem illi Deo Patri, Christo vero
nusquam ascribunt. Plura autem loca mani-
festiora praeponderare debent uni minus
manifesto

377 manifesto in statuenda aliqua religionis sen-
tentia. Quare haec de Christo dici nulla ratione
asserendum est, Ergo de alio, nempe Deo Patre.

1 Joan v ✠ 20. Hic est verus 2

Haec quoque verba minime ad Christum referen-
da sunt: 1 quia hic de tali vero Deo sermo
est, cujus filius venit in mundum; Christi vero
filius non venit in mundum. 2 quia hic
Relativum ἐκεῖνος refert illud remotius, ut
apparet ex similibus locis. Act 10 ✠ 6.
2 Thes 2 ✠ 8, 9. 2 Joan ✠ 7.

Apoc 2 ✠ 8. Primus et novissimus 2

Neque his verbis Christi Divinitas asseri
potest: 1 quia hic Primus et novissimus
in textu mortuus fuisse dicitur, quod Divinae
naturae repugnat. 2 quia Christus non simpli-
citer Primus et novissimus appellatur sed
ratione sui officij, quatenus nostrae fidei
et Author et Consumator est. Jesu C.

Jesum Christum non esse eundem Deum, qui est Pr.

Tit V. Argumentum.

Qui diversam habent essentiam, ij non sunt idem; Alius a Patre
Sed Pater et Filius diversam habent essentiam. E. non sunt idem. Minor probatur.
Gignens et genitum diversa habent essentiam
Sed Pater est Gignens, Filius vero genitus. Er. 2.

Aliud.

Qui est Filius Dei non est ipse Deus; Christus est Filius Dei. E. non est ipse Deus

Aliud

Qui ita Deus est ut sit de Deo, is non potest esse is Deus, qui non est de Deo; sed Christus est is qui sit de Deo; Pater vero est Deus non a Deo. E. Christus non est idem Deus, qui Pater.

Aliud.

Qui ita est Deus ut non sit fons divinitatis non potest esse is Deus, qui est fons divinitatis; Sed Christus est qui non sit fons divinitatis; Pater vero fons divinitatis. Ergo 2.

Aliud

Quaecumque

379

Quæcunque persona ut persona quomodocunque habet initium et originem, ea non est is Deus, qui absolute caret omni origine; sed Christus habet aliquomodo originem, dum gignitur a Patre. Ergo etc.

Aliud

Matt 11 Luc 19 Qui invocat Deum illum, is non est Deus ille; sed Christus etc. Ergo etc.

Aliud.

Qui in agone mortis animam suam commendat in manus Dei Patris, is non est ille Deus, qui Pater; sed Christus moriturus animam suam commendat etc. Luc 23 v 49. Ergo etc.

Aliud

Qui mittitur alius est ab eo qui ipsum mittit; sed Christus mittitur Joan 17 v 3 Ergo etc.

Aliud

In quem ita credimus ut non sit ultimus fidei nostræ scopus, alius est ab eo in quem ut ultimum fidei nostræ scopum credimus; sed in Christum credimus non ut ultimum fidei nostræ scopum, Patrem vero ut ultimum scopum. Ergo etc.

Minor ex Joh 12 v 44 Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.

Deinde in quemcunque ita credimus ut Patrem in alium credamus is non est ultimus fidei nostræ scopus

scopus; sed in Christum ita credimus, ut per eum credamus in Patrem. Ergo etc.

Aliud

Qui mortuus et propter obedientiam praefatam exaltatus est, non est unus ille Deus; sed Christus etc. Phil. 2. ad 8, 9. Ergo etc.

Aliud.

Qui distinguitur ab illo Deo Patre, is non est ille Deus; sed Christus etc. 1 Cor. 8 ad 6. Ergo Christus non est ille Deus, vel idem cum Patre.

Respondent Adversarij negando Minorem, et dicendo, hic non excludi Christum à Deitate Patris, quemadmodum nec Patrem excludere, quando Christus Dominus vocatur. Verum haec distinctio haberet locum ita, si nos diceremus per hosce tantum titulos Dei et Domini sejunctim à sequentibus Apostoli verbis, distingui ab Apostolo Patrem à Christo; verum enim vero dicimus non separanda esse verba Apostoli sequentia ab his, sed ita distingui Deum ab ipso Christo, quod is sit Pater ille ex quo omnia et nos in illum; Hic vero sit Dominus per quem omnia et nos per illum. Nam certe scriptura quemadmodum non vocat unum Deum ex quo omnia; ita nec Patrem illum vocat Dominum unum per quem omnia. Neque vero

Neque vero quicquam proficit, quod objectare solent illud per quem quemadmodum Christo attribuitur, ita etiam de ipso Patre dici Rom 11 v 36 et Heb 2 v 10. Nam alia est ratio, et diverso sensu hic modus loquendi competit Deo Patri et Christo; quia haec locutio nunquam de Patre usurpatur eo sensu, quod alius Pater eum aliquid fecerit, quemadmodum saepe de Christo legitur, quod Pater Pater eum omnia fecerit. Ergo sic argumentor:

Si Christus aeque est ille Unus Deus qui Pater est, sequitur quod Christus aeque etiam per Patrem omnia fecerit; Atqui ex Adversariorum sententia Antecedens ita se habet. Ergo et Consequens est verum.

Aliud argumentum.

Qui in sua divinitate et majestate existens Deum illum, Deum suum appellat, is non est ipse Deus, sed Christus 2. Apoc 3 v 12, ubi quatuor vicibus Deum suum ipsum Patrem appellat Ergo etc Apoc 1 v 8.

Aliud.

Quicunque distinguitur ab eo, qui est, qui erat, et qui venturus est, is non potest esse idem cum eo a quo distinguitur; Atqui Christus Apoc 1 v 4, 5. distinguitur ab eo qui est, qui erat et qui venturus est, Ergo Christus non est is qui est, qui erat etc v 8.

Quo accedit

Qui accedit etiam, quod illa, quae hic de Xto dicuntur, ut pote transfigi, mori, per suum sanguinem à peccatis nostris lavare, accipere honorem et gloriam Ti non competunt illi, qui est, qui erat, et qui venturus est. Neque ex vocabulo venturus quicquam solidi eruere possunt Adversarij; Nam et Elias dicitur venturus Matth 17 v 11. Et Pater ipse dicitur venturus Matt 21 v 40 Mar 12 9.

Loca ab Adversarijs in contrarium allata.

Joan 1 v 1. In principio erat Verbum.

Argumentum.

Qui à Principio est Deus est ille altissimus; At Christus à Principio est Deus Ergo.

R. Distinctione Principij: Hoc loco enim Principium trahitur ad Subjectam materiam, quae est initium Evangelij; alias Principium est initium Creationis. Contra In quo Principio omnia sunt facta fuit Principium Creationis; At hic de eo Principio est sermo in quo omnia sunt facta. E. hic sermo est de Creationis Principio.

R. Etiam voce omnia ad Subjectam materiam

Pertinet

383 pertinere, nimirum ad Evangelij initium; dicitur enim hic Omnia facta esse, de renovatione, quae per Christum contigit.

Neque impedit quod quidam dicunt voce omnia tunc trahi ad subiectam materiam quando in graeco cum articulo ponitur; saepe enim etiam sine articulo positum subiectae materiae tantum respondet. Ad Matt 17 11. Luc 11, 41. Joan 4 25, et 14 26. et 19, 28. Act 3, 44. Rom 14 v 2. Gal 3, 22. 2 Tim 2, 10. Tit 1, 15. 2 Pet 3 v 4. Apoc 21 v 5. In his enim sine articulo, ut hic habetur πάντα. Ex. gratia Joan 19 v 28. Scien Jesus ὅτι πάντα τε quod omnia essent consumata. Nondum enim adhuc omnia erant consumata, ut resurrectio Christi, vocatio gentium, exaltatio Christi etc.

R. 200 ad Principale argumentum, negando consequentiam Majoris: nam hoc loco id quod fuit a principio vel in principio, distinguitur ab illo altissimo Deo, 1 quia fuit id (nempe verbum) apud Deum, 2 quia altissimus per hunc omnia fecit.

Act 20 v 28 Acquisivit sanguine Argumentum.

Qui sanguine suo Ecclesiam acquisivit est unus ille Deus; sed Christus Ecclesiam etc. Ergo etc.

R. Pond

R. negando Majorem, neque enim hic Ecclesiam sanguine suo acquisivisse Deus ille unus dicitur, sed simpliciter Deus. Ex. sic argumentum concludit Christum esse Deum, quod nos liberaliter concedimus; quod vero hic locus de illo uno Deo intelligi non possit sic ostendit:

Quicunque sanguinem habet proprie, is carnem et ossa habet; Deus est Spiritus Joan 4. E. carnem et ossa non habet.

Si aliqua distinctione respondebitur ad minorem, urgetur: Omnis essentialis praedicatio totum in se continet subiectum; sed haec praedicatio (Deus est Spiritus) est essentialis; E. haec praedicatio totum in se continet subiectum.

Ad argum. superius positum ex Act 20 respondere etiam possumus, illam lectionem et translationem esse dubiam, quod ex eo apparet T. quia multa exemplaria pro Dei habent Christi. Sic translatio verbum ἰδίου αἵματος potest esse salva graecae Grammatica in alio casu, sanguine suo Christi proprio (quae enim sunt Charissimorum nostrorum, ut nostra reputamus, ita sanguis Dei dicitur, quia erat sanguis filii eius J. C.)

Rom 14 v 11 Scriptum est enim

Argum:

De quocunque scriptum est, mihi flectetur omne genu.

ij. 7

is est altissimus ille Deus; Atqui de Chro scri-
ptu est. Ergo &c.

R. ad Minorem; Scriptu absolute hic est
usurpandu, du no indicatz de quo sit scriptu,
Itaqz haec verba Primario competunt ipsi
Deo; in ipsu enim haec nostra genu flexio cen-
dit, siquidem tribunal Christi est tribunal
ipsius Dei; Secundario vero haec genu flexio
competit etiam Chro, per quem Deus judicaturus
est orbem terrarum Act 17 v 31. Unde hoc
judiciu dr ipsius Dei Rom 2 v 5.

In Cristo Jesu no dari duas naas, Divina et Humanam.

Tit VI. Argumentu.

Duae naturae, quae quaelibet persona constituit,
no possunt esse sub eodz supposito; sed Divi-
na et humana Christi naa sunt tales. Ergo
no possunt in uno Chro esse.

Si Minorem negent, certu est ipsos asse-
rere Divina tantu naam seu λόγον esse
Personam

persona: Humana vero naam etsi ipsi negent esse persona; nos tn revera persona esse ostendemus.

Aliud.

Quicunque statuit in Chro duas naturas individuas, quarum proprietates in vice contrariantur, is necessario statuit duas personas; sed Trinitarii statuunt in Chro duas individuas naas contrariarum proprietatum. Ergo statuunt in Chro duas personas, et per consequens duos Chros.

Majoris ratio est, quia cum una persona contrariarum proprietatum non sit capax, necessario plures personae requiruntur.

Minoris, quia naturae humanae et divinae proprietates, puta, mortale et immortale esse toto coelo differunt.

Aliud.

Qui prius quam filius Dei declararetur, definitus fuit secundum carnem, is non habet divinam naturam; sed Chrs antequam declararetur filius Dei fuit secundum carnem. Ergo etc.

Minor patet Rom. 1 v. 4. Quicunque ex resurrectione declaratur est filius Dei, is ante declarationem fuit secundum carnem; sed Chrs ex resurrectione declaratur etc. Ergo etc.

R. Pondebat

Respondebitur fortasse distinctione communicationis idiomatum, sed illam inanem esse infra patebit

Locus Phil 2 v 7. 8. Qui cum esset in 2

Si exinanitio ista pertinet ad Christum iuxta Deitatem etiam exaltatio eidem opposita pertinebit ad Christum iuxta Deitatem, alias non consisteret Antithesis; sed prius ita se habet. E. et posterius, et vi consequentis per prima ex hoc loco duas naturas Adversarij eliciunt.

T Pet 3, 18. mortif. carne, vivif. Spiritu

Hic quoque duas naturas in Christo unatque Adversarij, sed frustra. haec enim verba Petri non sunt aliud quam illa Pauli 2 Cor 13, 4. Nam etsi crucifixus fuit ex infirmitate, vivit tamen ex potentia Dei. Certe hic Apostolus nihil tale dicit ex quo duae naturae emergerent, alioquin nos quoque humanam et Divinam haberemus naturam, ut sequentia ibidem verba ostendunt; hic enim postea subijcit Paulus: Nam et nos infirmi sumus cum eo, sed vivi erimus cum eo ex potentia Dei apud vos.

Aliud argu

Aliud argumentum. Simplicissimum et Compositum sunt opposita; sed Persona τῆς λογοῦ est simplicissima, et Persona Christi composita, E. Persona λογοῦ et Christi sunt opposita a Persona, et per consequens ex his non constituitur unum.

λόγον illum ex Patris Essentia ab æterno genitum. (quem Trinitarij divinam quandam naturam in Christo habitantem commenti sunt) non esse revera Dei Filium.

Tit VII. Argumentum.

Quicunque est Filius Dei in mundum emissus, is factus est ex muliere, factus sub lege Gal 4 v 4. Sed divina illa Christi natura, seu λογος ex Essentia Patris ab æterno genitus non est factus ex muliere, nec sub lege. E. λογος ille non est Filius Dei in mundum emissus.

Si respondeatur ad alterutram Præmissam, sequitur absurdum, duos esse filios Dei, quorum alter sit in mundum emissus, alter non emissus.

Aliud.

Qui verè mortuus est non potest esse ea Persona quæ mortua

quæ mortua nō est; sed filius Dei vere mortuus est. E. nō est ea persona quæ mortua nō est. Et per consequens λογος ille æternus nō est filius Dei.

Major valet, alioquin implicaret contradictionē. Minor probatur Rom 5, 10. Matt 27, 54.

Communicationem idiomatum in persona Christi nullam esse.

Tit. VIII.

Quo commodius Adversarij duas in Chrō naturas, humanam quippe et divinam tueri possint, adinvenerunt ipsi quendam loquendi modum (quem ipsi dicunt figuratum) quo attributum unius in Chrō naturæ attribuitur alteri naturæ. v. g. filium Dei esse dicunt proprium attributum esse divinæ naturæ; quod tamen humanæ naturæ communicari solet, cum dicitur: Homo Jesus C. vel Jesus Nazarenus est filius Dei. Sic, cum dicitur: filius Dei est mortuus, per hunc modum, attributum humanæ naturæ participat in Chrō divina natura; ipsa enim divina natura immortalis est, proinde proprie loquendo filius Dei nō potuit mori.

Hunc

Hunc ideo loquendi modum vocant ipsi Communicationem idiomatum, seu proprietatem, quam sane modum inutilem et reiectaneum esse talibus patet argumentis:

T Quod unicuique naturae repugnat, minime recipiendum est, sed haec distinctio Communicationis idiomatum repugnat unicuique naturae. E. minime recipienda.

Minor probatur In quocumque rei finitae proprietas infinitae tribuitur, et contra, ibi repugnat rerum naturae; At qui in Communicatione idiomatum rei finitae proprietas tribuitur rei infinitae. E. in Communicatione idiomatum repugnant naturae

R Si proprie attribueretur rei finitae, et contra, procederet argumentum, sed non proprie finitarum rerum proprietates attribuuntur infinitis, et contra, sed figurate. Nam idiomatum Communicatio est figurata.

Contra: Quod est figuratum et improprium, illud non est proprium; sed Communicatio idiomatum est figurata. Et non propria. Et per Consequens reiicienda est.

Aliud

Quicquid accidentaliter et improprie alicui tribuitur, id est accidentale; sed per hanc idiomatum Communicationem utraque natura Christo improprie attribuitur respectu alterius naturae. E. per hanc Communicationem idiomatum utraque natura in Christo erit accidentale

accidentaria, quod absurdum.

Pro commodiore captu eorum, quae hic posita sunt libet afferre id, quod apud Smalcium in refutatione de erroribus Arianorum, Smiglerij haec de re legitur. Sic ergo pag. 319 scribitur:

De Filio Dei dici posse ait Smiglerius eum nescivisse diem iudicij, quia secundum humanam naturam id nescivit; sed praeter quam quod nullus est Dei Filius praeter eum, qui humanam naturam habuit, nihil etiam valet ista distinctio. Nulla enim figura dari potest, in qua id, quod unius naturae est, alteri separatim tribuatur. Quemadmodum etiam in homine non potest dici de anima quod corporis est proprium, etiamsi ita sit conjuncta corpori anima, ut ex utroque homo constet.

Unde apparet firmam esse istam nostram rationem, quod ea quae secundum unam naturam vera sunt, eamque potiorem, non possint absolute negari de persona, quantumvis eam Smiglerius verbositate sua obscurare voluerit. Et porro si Christus secundum naturam divinam, diem iudicij scivit, dicere

nullo modo

nullo modo potuisset absolute se eundem nescivisse, etiamsi secundum humanam naturam eum nescivisset; quemadmodum nemo dicere potest absolute, hominem non intelligere, quia corpus eius non intelligat: Satis enim est animam illius intelligere.

Humanam in Christo naturam esse personam.

Tit. IX.

Trinitarij negant humanam Christi naturam esse personam, sed divinam tantum dici personam, eumque in deitate secundam statuunt. Contra sic: Ubicumque est anima rationalis et corpus humanum ibi est persona; at qui in Christo est anima rationalis et corpus humanum, Ergo est etiam persona, praeter personalitatem naturae divinae.

Aliud

Ille qui dixit: Euntes, docete baptizantes Matth. 28 vs 19. Est persona vel humana vel divina vel Angelica. Non divina vel Angelica. E. humana. vel sic: Sed est persona humana. E. non divina vel Angelica.

Aliud

Minor probatur: Quicunque est conceptus, natus, sitivit, esuriit, fessus est, dormivit, mortuus est, resurrexit etc. est verus homo vel persona humana; nam in Divina persona, vel Angelica, haec non cadunt; sed ille qui dixit: Baptizate etc. E. is fuit verus homo vel humana persona. Et sic consequitur, vel ut duae sint personae in Christo, Divina scilicet et humana, et sic duos esse filios Dei, hominem et Deum; vel si sit una tantum filii Dei persona, eaque humana, secunda tollitur persona ex Divinitate, et sic tollitur Trinitas.

Responsuri, ad distinctionem duarum naturarum, vel communicationis idiomatum, frustra confugient; iam enim ista sustulimus.

Anno Christi 367 Alexandrina Synod. quae fuerit vide Sozomen. l. 5 c. 12. et Socrat. l. 2 c. 37.

Argumenta

Argumenta contra Adversarios

Qui ita Deus est ut sit de Deo, non potest esse is Deus, qui non est de Deo; atqui Christus ita est Deus ut sit de Deo. Ergo Christus non potest esse is Deus, qui non est de Deo.

Minor probatur ex confessione Adversariorum, qui ita canunt: Deus de Deo, in Symbolo Nyceno. Aliud.

Si Christus ita est Deus ut non sit fons divinitatis, non potest esse is Deus, qui est fons divinitatis; atqui Christus ita est Deus, ut non sit fons divinitatis. E. Christus non est is Deus qui est fons divinitatis.

Minor probatur ex Confessi. Adversa. Cal. instit. l. 1. c. 13. sect. 23 et 25 inquit: Pater est fons totius divinitatis. Aliud.

Qui ita est Deus, ut habeat caput, Deum, Patrem, non potest esse is Deus, qui nec caput, nec Deum nec Patrem habet. atqui C. habet Pater caput Deum Patrem. E. Christus non potest is Deus esse qui nec caput nec Deum, nec Patrem habet. Vid. Sup. Aliud.

Quicunque natura homo est, is natura Deus esse non potest; atqui Christus natura homo est. E. natura Deus esse non potest.

Minor probatur ex eo, quod conceptus et natus sit ex muliere Gal. 4.

Quod Christus non sit unus ille Deus ex eo quod homo sit natura.

Quicunque certo tempore conceptus, et natus est is non potest esse unus ille Deus; atqui Christus certo tempore conceptus et natus est. E. non potest esse unus ille Deus.

Minorem probo; Luc. 1. dicit quod tempore Herodis conceptio Christi sit nunciata. Luc. 2 dicit Angelus: Hodie natus est C. Hoc accidit tempore Augusti C., Hodie autem scilicet determinatum tempus.

Adversarii respondent distinctione duarum naturarum contra:

Ea

395 Ea tm distinctio est admittenda, quae fundamentum habet in S. Scriptura; atqui haec distinctio non habet fundamentum in S. Scriptura. E. non est vera sup. quod scilicet haec dist. introducit, vel statuit duos filios Dei vel Christos.

Argti Minorem negat Advers. Probatur sic:
In quocumque scripto una tm natura Xti ponitur, ibi altera negatur, atqui in Scriptura una tm natura ponitur Christi. E. in S. Sacra altera negatur.

Minor probatur ex verbis Pauli 1 Cor 2. Non novi, nisi Jesum crucifixum. Is quem Paulus noverat erat integer Christus; atqui Paulus noverat Jesum crucifixum. E. is est integer Christus, et per consequens nulla alia natura fuit in Xto praeterea eadem quae est crucifixus.

Vel si formetur major: Quemcumque Paulus agnovit esse illum Christum is fuit integer Christus. Alterum Is tm fuit filius Dei qui pro nobis mortuus est; atqui eadem persona non est pro nobis mortua. E. eadem persona non est filius Dei

Major probatur Rom 5, 9. Matt 27, 55. ubi expresse dicitur filium Dei mortuum esse. Vel sic:
Qui vere est mortuus non potest esse ea persona, quae mortua non est; atqui filius Dei vere est mortuus. E. hic filius Dei, qui mortuus est, non potest esse ea persona, quae mortua non est.

Major valet, alioquin contradictionem implicat. Minor ex loco Rom 5. patet. Jam sic argumentor: Si tm unus est Christus, et filius Dei

Dei, nemo alius est nisi crucifixus et mortuus; atqui verum prius E. et posterius.
Si Jesus Christus crucifixus est mortuus et ille unus filius Dei, sequitur quod unum sit suppositum; atqui verum prius E. et posterius.
Si autem Jesus Christus crucifixus unus ille filius Dei est unum suppositum, sequitur quod unam tantum habeat naturam; atqui verum prius E. et posterius.

Argumenta ex loco Pauli 1 Cor 2

Quemcumque Paulus agnovit esse illum Jesum, is fuit integer Christus; atqui Paulus novit Xtum crucifixum. E. is fuit integer Christus. Hoc confirmatur sic:
Si in Xto crucifixo adhuc alia, et quidem divina natura fuisset propter humanam naturam, non potuisset Apostolus simpliciter dicere quod alium Christum praeter crucifixum non nosset; atqui in Christo crucifixo nulla alia propter humanam naturam fuit. E. potuit simpliciter dicere, quod nullum alium Christum praeter crucifixum noverit. Si in Christo adhuc alia natura propter humanam naturam fuisset, et simpliciter dixisset se alium Christum non nosse praeter crucifixum, dedisset causam errori; atqui non dedit E. non fuit etc.

Ex eo quod Christus non est prima causa omnium.

Is tantum est unus ille Deus altissimus, qui sine exceptione est prima causa omnium; atqui Christus non est prima causa omnium. E. Christus non est unus ille Deus altissimus. Si similiter negaverint eius

Contra

397 eius contradictorium admittere debent, scilicet aliquem esse unum illum Deum altissimum, qui non est prima causa omnium, nec summum tenet imperium in omnes sine exceptione; quod absurdum et mere falsum est. Minorem probo:

1 Quod Christus non est causa Patris

2 Quod Christus non sit Pater ex quo omnia.

3 Quod Deus omnia per Christum fecerit.

4 Quod Christus non est fons Divinitatis

5 Quod Christus Deo Patri nihil dedisse quemadmodum contra legem de filio, vel de Christo, quod a Deo sit factus, ex eius Spiritu conceptus, sanctificatus, unctus, et a Deo omnia acceperit: Vitam, omne iudicium, omnem potestatem et gloriam. Per Deum altissimum nemo aliquid facere potest; atqui per Christum alius aliquid fecit Heb 1. E. Christus non est ille altissimus.

Ex eo quod Christus non sit ultimus finis omnium.

Is est unus ille Deus, qui fidei nostrae ultimus scopus est; atqui Christus non est fidei nostrae ultimus scopus Joan 12. 44. E. Christus non est unus ille Deus.

Ex eo quod Christus non tenet summum imperium in omnes sine exceptione

Is tamen est unus ille Deus qui summum tenet imperium in omnes sine exceptione; atqui C. non tenet summum imperium. E. C. non est unus ille Deus. Minor probatur.

Quicunque talis est, quod a seipso nihil potest, non est unus ille Deus; atqui filius talis est. E. non est unus ille Deus.

Minor probatur Joan 5 Filius a seipso facere ...

Respondet

Respondent distinctionem duarum naturarum, sed hæc distinctio supra destructa est. Contra sic:

Quicumque, quocumque modo talis est, quod nihil à seipso potest, non potest esse unus ille Deus, qui omnia à seipso potest. Deinde hic Adversarij non possunt excipere secundum humanam naturam intelligere esse, T. quia sic dicitur: Filius nihil potest à seipso. Jam autem secundum Trinitarios Filius est persona, et quidem 2da Trinitatis; natura humana ipsius non est persona, nec etiam filius. 2 quæ secundum unam naturam vera sunt, eamque potiorem, non possunt absolute negari de persona; Et ideo si Christus secundum divinam naturam omnia potuit, dicere nullo modo potuit de se absolute quod à seipso nihil potest, etiamsi secundum humanam naturam nihil potuisset; quemadmodum nemo dicere potest hominem absolute non intelligere quia corpus eius non intelligit; satis enim est mentem seu animam eius intelligere.

Minor Principalis Syllogismi probatur etiam a Xto, quod Pater omnia Xto subjecerit 1 Cor 15.

Quicumque talis est, quod à seipso non omnia habet, sed alius ei omnia subjecit, is non est unus ille Deus; atqui Christus talis est, quod ab alio omnia accepit. E. Quod.

Quicumque quocumque modo talis est, quod ab alio omnia accepit, non est unus ille Deus; atqui Christus omnia accepit ab alio. E. non est unus ille Deus.

Minor probatur ex enumeratione omnium, quæ habet: Deus Pater excitavit illum, collocavit ad dexteram subjecit ei omnia, dedit ei nomen supra omne nomen, omnem potestatem gloriam, fecit eum Dominum, Christum

constituit in hæredem, caput Ecclesiæ, iudicem vivorum et mortuorum.

Aliud. Quicunque Pater omnia subjecit nihilo excepto, sed tantum seipso, is non est unus ille Deus; atqui Deus Pater omnia subjecit Christo tantum seipso excepto. Ergo etc. Major est manifesta: Nam unus ille Deus nemini subjici potuit.

Minor est Apostoli 1 Cor. 15

Adversarij respondent distinctione duarum naturarum. Contra

Si Deus Christo secundum humanam naturam omnia subjecit, necessario sequitur quod etiam alteri naturæ subjecerit. At verum pri. E. et Post.

Consequens Majoris probatur: Quæcunque hypostaticè indissolubiliter sunt unita, ita se habent, ut quod uni subjicitur id etiam alteri subjicitur; atqui duæ naturæ (secundum Adversa) in Christo sunt hypostaticè indissolubiliter unitæ. E. quod uni subjicitur id etiam subjicitur alteri.

Ex eo quod Christus est Filius

Quicunque est Filius alterius, sive hoc, sive illo modo, ille habet originem; at Christus est Filius alterius E. habet originem. Jam sic argumentor: Quicunque habet originem non est unus ille Deus; atqui C. habet originem. Ergo etc. Aliter sic: Istum est unus ille Deus qui caret omni origine, atqui C. non caret etc. Ergo etc.

Trinitarij respon: Christus quatenus est filius habet originem, quatenus autem Deus est non habet originem. Contra:

Quæcunque Persona, ut Persona habet originem ea non est unus ille D. Atqui hæc Persona: Deus filius habet originem. E. hæc Persona: Deus filius non est unus ille Deus. Aliud.

Quicunque quocunque modo habet originem is non est unus ille Deus qui absolutè caret omni origine atque Christus habet quodammodo originem (vel Filius) E. Christus (vel filius) non est unus ille D. qui absolutè caret omni origine.

Ex eo quod C. aliquid ignoravit. Quicunque ignoravit aliquando aliquid is non est unus ille Deus; Atqui C. ignoravit diem, adiicit. E. C. non est unus ille Deus. Anno 1653 23 Januarij in Sch. Vargiasiensium. Per me Basili Karatzofalvinum.

BALTHASAR RAKOSINVS Caspari Boythino Rectori Scholae Vasarhelinae dignissimo S. P. D.

Accepi tuam, vir doctissime ad mea argta responsionem octavo idus Martij: prelectis autem omnibus tuis exceptionibus, atque etiam syncere pensitatis, qualem eam fore prodixeras, talem esse deprehendi: non facientem scilicet ad meum palatum; ne igitur veritati deesse videar, causae semel a nobis susceptae patrocinium deserere nolui; sed ut in tanta negociorum scholasticorum turba fieri licuit obiectiones meas, multis quidem modis a te oppugnatas minime autem expugnatas firmis rationibus defendi. Nihil est autem cur me eo nomine accuses, quod humanis contra te usus sim ratiocinationibus; scis enim rationem ideo inditam esse hominibus ut inter bonum et malum, verum et falsum illa duce discrimen facere possint. Non pugnat igitur ratio recta cum vero, quin potius suo illud confirmat calculo. Deinde scimus vestram de Deo ac rebus divinis doctrinam non ex verbo Dei, sed ex humanis ratiocinationibus profluxisse, cuius rei apertissimum est indicium, quod ipsa fundamenta quoque vestrae fidei: nempe Deum unum esse in essentia, trinum in personis, et filium Dei aeternum carnem humanam in unionem personae suae assumsisse ex sacra S. literatura probare non potestis, sed per consequentias ineptas inde elicere solentis. Quare ut ostenderem vestram doctrinam ne cum principijs quidem rationis, unde profecta

vis

40) esse videtur, consentire, primum sacris terrarum rationibus agere mihi libuit. Nos vero simplici in S. litteris patefacta veritate contenti sumus: nam quicquid ibi legimus id omne pie concedimus et confitemur, quicquid autem ibi non extare intelligimus, id pro mysterio divino agnoscere nec volumus, nec debemus. Non igitur nostra studia sunt lubrica, ut tu ais, et quidvis potius tentantia, quam veritati in S. litteris expressa subscribentia, sed vestra, quod in nostrum Deo favente clarissime demonstraturi sumus. Vale. Datum Radnotini

Anno D. 1621 3 Idus Martij

Defensio

Defensio Argumentorum Balthasaris Rakosini adversus responsionem Casparis Bojtini - Arg. I.

Omnis Essentia individua plures personas excludit, sed Essentia Dei est Essentia individua. Ergo Essentia Dei plures personas excludit.

Respondes ad formam et ad materiam. Ad formam primum dicis, in Syllmo esse Sophisma παρὰ τὸ ἐπόμενον, eo quod ex puris particularibus elicitur conclusio. Ratio: nam etsi propositio major sit κατὰ δόξαν notam Universalitatis, omnis, Universalis nihilominus nullo modo censenda est, eo quod subiectum illius sit singulare, quod patere aiunt ex epitheto, individua, tum ex praedicato minoris. Caeterum quin dicis me in medio tegmino hallucinatum fuisse, si in subiecto majoris vocabulum Essentiae pro Universali, in praedicato minoris pro particulari usurpasse.

Non esse sophisma παρὰ τὸ ἐπόμενον in Syllmo si majorem Universalem esse probavero, erit evidens. Dico igitur Majorem illam non κατὰ δόξαν sed κατὰ τὸ εἶναι Universalem esse: nam illius subiectum est universale positum cum signo universali. Essentia enim est terminus Universalis, dividitque in communicabilem et individuam. Illa namque communes, haec vero singulares in se complectitur. Jam vero ut naturae communes sunt multae, ita etiam individua sunt plurima

fal. Consequentis

plurima, de quibus omnibus Essentia indiuidua ꝑdicatur;
Dicimus enim: Plato est Essentia Indiuidua, Petrus est
Essentia Indiuidua, hic equus est Essentia indiuidua;
quare licet Essentia indiuidua sit natura singularis,
non tamen sit hanc rem singularem, ideoque terminus singu-
laris non est. Et quid multis? Concedis exissimo
hanc propositionem: Omnis Persona est Essentia Indi-
uidua, esse Universalem. Illa igitur: O. Essentia In-
diuidua plures Personas excludit, multo magis
concedere debes. Indiuidua enim Essentia multo
latius se extendit quam Persona: nam omnis Persona
est Essentia Indiuidua, sed non omnis Essentia In-
diuidua est Persona. Ex quibus ita arguo:
N. terminus singularis ꝑdicatur de pluribus uni voce
sed Essentia Indiuidua ~~non est terminus singularis~~ ꝑdicatur de pluribus uni voce.
E. Essentia Indiuidua non est terminus singularis.
Minor patet ex ꝑdictis: neque igitur epitheto ad-
ditum, Indiuidua, ostendit subiectum majoris esse
terminum singularem; illud enim epitheto differ-
entiam causa tantum additum est, ut cognosceretur non
de communi, sed de singulari essentia agi.
Si enim dixissem. O. Essentia plures Personas ex-
cludit, iure negare potuisses, cum natura communis
humana sit Essentia, ut tamen plures Personas non
excludat. Neque hallucinatus sum in Medio termino;
tam in Propositione enim, quam in Assumptione Essentiam In-
diuiduam in eodem sensu usurpare, non sicut, ac si
dixisset

existit: O. homo est animal, Petrus est homo. E. Petrus est animal. 404

Quod vero moneas ut discam notam universalitatis additam subiecto singulari nihil scire praeter collectionem individuorum, propositionem vero universalem nequaquam constituere: Equidem jam hoc olim didiceram, non solum ex D. et C. meo magno Paulo Canadi, quem tu ex opinione aliorum πανσοφον appellas, qui etiam reveri est σοφος, sed etiam ex doctissimorum Logicorum monumentis; cum tu potius disce, propositionem illam: O. Essentia Individua plures personas excludit esse universalem, et noli in scyrpo nodum quaerere.

2do dicis ad formam, non dumtaxat particularis est hic tuus Syllogismus; sed etiam ineptissimus, hoc enim duos tantum terminos, medium et praedicatum majoris; nam subjectum minoris nec quoad vocem, nec quoad definitionem seu rem differt a medio termino; considera enim, ais, Essentia Individua majoris subiectum, Essentia Individua minoris praedicatum, Essentia Dei minoris subiectum, et dic mihi, an differat Essentia Dei ab Essentia Individua Dei quoad vocem vel quoad rem.

R. Non duos, sed tres esse terminos in illo syllogismo patet: Quaestio enim est: An Essentia Dei plures personas excludat? Dico: Ratio, quia Essentia Dei est Essentia Individua, et non communis: Hic

adsunt tres termini, et secundum vocem et secundum rem distincti:
Extremum minus est subiectum quaestionis, Essentia Dei
Extremum majus est praedicatum quaestionis plures personas
excludit. Medium est, Essentia Individua.
Sed tu negas subiectum quaestionis a medio vel
secundum vocem vel secundum definitionem seu rem differre,
At tu ipse vides duos hosce terminos: Essentia Dei,
et Essentia Individua vocem differre; licet enim
utrobique retineatur Essentia; tamen in priori non habetur
Individua, neque in posteriori Dei. Cur ergo, quod
manifeste verum est, temere negas? Deinde Essentiam
Dei et Essentiam Individuam secundum rem differre
ex eo apparet quod converti non possunt; dicimus enim: Essentia Dei est Essentia Individua; sed non contra: O. Essentia Individua est
Essentia Dei: nam Essen. Indivi. praedicatur de pluribus singularibus, ut de Deo Gabriele Petro etc.
Essentia vero Dei, non nisi de uno singulari dicitur;
Unde sic argutor:
Quorum unum angustius est altero illa secundum rem
inter se differunt; sed Essentia Dei angustior
est, quam Essentia Individua Ergo etc.
Quod vero quaeris ex me, an differat Essentia Dei ab Essentia Individua Dei, quoad vocem vel rem, R. apud me quidem non differre
quoad rem; sed tu mutas quaestionem, Non enim
quaeritur

queritz hic, an Essentia Dei differat ab Essentia Individua Dei? Sed an Essentia Dei differat ab Essentia Individua; tu vero vocem Dei addidisti, ut scilicet in ratione veritatem pervertere, sed quid eo consecutus sis, iudices tu ipse.

Porro mones 1 ut discam duo extrema Conclusionis: Omnis, uni tertio applicari debere; 2 extrema debere esse distincta à medio. Harum rerum me non fuisse ignarum illud argumento est, quod in omnibus Syllogismis rectas illas observaverim. Quod vero 3tio ut discam mones, extremum non distinctum à medio quoad vocem vel rem, non ingrediatz in Conclusionem, est enim ipsum medium; Ignosce, tuae enim voluntati hac in parte parere nequeo; ego enim jam dudum ex Logicorum scriptis didicerim Medium non debere ingredi in Conclusionem, sed tua recta innuit extremum voce tantum distinctum à medio posse ingredi in Conclusionem quod eo simpliciter non approbo; nisi enim illud medium fuerit definitio vel descriptio, si extremum voce tantum ab eo distinctum, ingrediatz Conclusionem, erit mera nugatio. Ex. gr. O. gladius est est acutus; sed ensis est gladius. E. ensis est acutus. Hic extremum minus ensis voce tantum distinctum à medio, gladius, ingredit Conclusionem, ideoque totus hic Syllogismus est nugatorius; Perinde est enim, ac si diceretz:

407 O. gladius est acutus; sed gladius est gladius. E. gladius est acutus.

Disce igr tu potius ⁊ Essentia Dei differre ab Essentia Individua et quo ad vocem, et quo ad rem. Disce 2. neque extremum sola voce distinctum a medio posse ingredi in conclusionem, nisi hoc sit notius illo.

Sicut ergo argumentum etsi variis modis a te oppugnatum est, stat nihilominus in firmiter quoad formam, stabitque donec monstrabis veris Essentiam Dei et Essen. Individuam neque secundum vocem, neque secundum rem differre.

Transeo deinde ad maiorem et respondeo per distinctionem. Essentia Individua ars est duplex: finita et infinita. Essentia finita individua plures personas excludit, eo quod illa terminatam habeat naturam; Essentia vero individua infinita Dei opt. max. non excludit personas tres, participatione eiusdem numero Essentia, totius, eo quod infinitam eius quidditatem nihil terminet. Nam infinitam quidditatem totam communicat tribus personis.

Ex eo quod Ess. Dei Indi. est infinita et quidditatem eius nihil determinat, non sequitur illam cum tribus personis esse communem; tum quia nullum individuum est communicabile, tum quia nulla est causa cur ea ratio tantum tribus, et non pluribus personis sit communis; tum etiam, quia infinita Essentia

in individuum

individua, cum duntaxat una sit numero, plures Essentias individuas infinitas excludat. Quomodo igitur infinita Essentia Dei, cum tribus personis divinis, quarum qualibet est Essentia individua infinita, communicari potest? Iam vero argumentum tuum, quod ex predicta responsione colligit, quantum habeat roboris, videamus. Argumentum hoc est: Quod infinitum, immensum est id tribus personis secundum declarationem Evangelij tribuitur totum; Essentia divina individua est infinita, immensa, et tribus personis secundum declarationem Evangelij tribuitur.

Ad 1 ad formam. In hoc tuo syllogismo vere sophysma est παρὰ τὸ ἐπόμενον. Ex pluribus enim particularibus concludis. Deinde imperfectus est syllogismus; debet enim quaestio integre in conclusionem venire. Hic vero quaestio est: An Ess. divina individua tota tribus personis tribuatur? Tu enim omisso subiecto quaestionis ita concludis: Et tribus personis secundum declarat. Evang. tribuitur. Haec conclusio caret subiecto, quid enim tribuatur non exprimis.

Ad materiam. Nego Majorem; nulla enim est causa, infinitum si pluribus tribui possit, cur tantum tribus, et non paucioribus, nec pluribus tribuatur. Deinde infinitum pluribus, praecipue autem infinitis non tribuitur, eo quod unum sit numero tantum.

Connexionem propositionis patere ais ex declaratione Evangelij Matt 3, 13. 1 Joan 5 et 7. Joan 16 et 13 Atqui istis locis nihil minus, quam connexio Majoris patet.

Majorem.

Majorem porro Principalis Syllmi tali confirmavera Syllmo: Plures numero Essentiae unica existente individua Essentia, non possunt esse, Atqui Plures Personae sunt plures numero Essentiae. E. Plures Personae unica individua existente Essentia non posse esse.

Major hinc patet: Esset enim alioquin individua essentia una numero et non una, quod implicat Contradictionem. Minor Probatur: nam omnis Persona est essentia individua, intelligens.

Probaverim amplius firmiter Personam esse Essentiam Individuam sic: O. prima Substantia est Essentia Individua. O. Persona est Prima Substantia Ergo etc. Ex quibus dixeram necessario sequi Essentiam Individuam Plures Personas excludere. Et per consequens cum Essentia Dei sit individua, non posse in deitate tres Personas esse.

Quid tu ad haec? jam vero, in quas, his positis Sophisticationes per majoris firmitudinem adductae per se corruunt. Plures enim numero Essentiae, hoc est, Personae non possunt esse una Essentia individualis, duntaxat in rebus finitis determinatissae naturae; At infinita et immensa Dei Essentia, licet sit una numero, tribuitur nihilominus una eademque tota Patri, filio et Spiritui S. secundum diversos modos, seu Proprietates incommunicabiles. In Patre enim est ut habente proprietatem τὸ ἀγέννητον εἶναι

In filio

In filio ut habente proprietatem τὸ γέννητον εἶναι
In Sp. Sancto ut habente proprietatem τὸ ἐκπορευτὸν εἶναι. 410

Concedis Personas Divinas esse plures numero Essentias, illud autem axioma: Plures numero Essentiae non possunt esse una Essentia Individualis, valere dicis dumtaxat in rebus finitis determinatissimae naturae; At infinita et immensa Dei Essentia licet sit numero una, tribuitur nihilominus una eademque tota tribus Personis; Atqui bone vir mutas quaestionem; quaeritur enim, an plures numero Essentiae infinitae possint esse una Essentia Individua? Tu vero ais, infinitam Dei Essentiam tribui P. F. et S. S. Haec estne directa responsio? Sicut superius dixisti, plures numero Essentias finitas non posse esse unam Essentiam Individualem, ita e contrario inferius dicendum fuerat, plures numero Essentias infinitas, posse esse unam Essentiam Individualem; Verum quia vidisti te manifestam Contradictionis implicationem vitare non posse, ideo responsionem declinasti; plures enim Essentiae infinitae, sicut etiam finitae non possunt esse una Essentia Individualis, quod probo sic: Quicquid manifestam implicat Contradictionem illud falsum est; sed plures numero Essentias infinitas esse unam Essentiam individuam, infinitam manifestam implicat Contradictionem. E. plures numero Essentias infinitas, esse unam Essentiam individualem infinitam falsum est.

Patet

Patet Minor; esse enim eandem individuam et infinitam essentiam unam numero, et non unam ~~simpliciter~~ sunt contradictoria: imo plures numero essentias infinitas esse unam essentiam individuam infinitam, eo est impossibile; quia essentia individua infinita tantum una est numero; non corruunt igitur probationes Majoris, quas tu per contentum sophisticationes appellas; et nisi probaveris plures numero essentias infinitas esse unam essentiam individuam infinitam, nunquam corruent.

Deinde subijcis: Propositum igitur argumentum hic etiam urgeo; nam quid putidius vel ineptius esse potest, quam cogitare de Dei essentia individuali, infinita ut de essentia mea, tua, Ciceronis infinita.

Calumnia est quod ais; Ego enim de essentia Dei tantum ita cogitandum esse ut de essentia aliqua finita nunquam dixi. Porro ad Minoris syllogismi probationem quae est: Atqui O. persona est essentia individua, intelligens, ita loqueris: Quid tu? in humanis enim hoc certum est, in divinis etiam verum personam esse essentiam Dei individuam, infinitam, cum modo, sine proprietate incommunicabili. Definitionem illam personae in humanis quidem certam esse ais, in divinis vero, quo et abi queas, mutas definitionem illam; dicis enim personam in Deo esse essentiam Dei individuam, infinitam cum modo sive proprietate incommunicabili; sed dic mihi quaeso:

hac defi-

hac definitio: Essentia Individua, intelligens an etiam personis divinis competat vel non competat? Si competit, cur comminisceris aliam; si non competit, cur aperte non reijcis?

Pergamus. Laboras ulterius, inquit, et aerem verberas, probando personam esse Essentiam individuam; nihil enim agis, concedimus namque personam esse Essentiam individuam infinitam etc.

Quod personam esse essentiam individuam probare laboraverim, non debet tibi mirum videri; plerique enim vestratium theologorum negant personam in Deo esse ens reale, nedum concedant esse essentiam individuam. Kek. lib. 1 Systematis sui theologici quodam in loco ita scriptum reliquit: Persona, inquit, qua persona non est Ens.

Quod vero te hac in parte meum sentientem animadverto, mihi gaudeo, tibi gratulor; atque utinam posthabitis traditionibus humanis in aliis etiam rebus nobis cum sentias! Quare cum Essentia Individua, sive illa sit finita sive infinita plures personas eiusdem Ess. excludat, et Ess. Dei sit Ess. individua, necessario consequitur non esse plures personas in Deitate; Meum igitur argumentum cum suis probationibus stat firmiter, stabitque usque dum non demonstraveris, unica individua existentia Essentia plures eiusdem Essentiae personas esse posse

sen

413 seu plures numero essentias infinitas esse unam essentiam individualem infinitam.

Argumentum II.

Persona in Deo aut finita est aut infinita. Si finita. E. non est Deus, quia Deus est infinitus. Si infinita, E. tria sunt infinita, quia ut vos dicitis tres sunt personae in Deitate. Ad quod tu ita respondes: Assumptionis pars posterior cum sua consequentia falsa est; tametsi enim personae sint infinitae, tria tamen infinita essentiam differentia non sunt, nec esse possunt.

Concedis tres personas in Deo esse infinitas, tria vero infinita esse negas; certe si personarum divinarum quaelibet est infinita in se, cum illae sint tres, necessario sequetur quocumque tandem modo tria esse infinita; Assumptionis igitur posterior pars cum sua consequentia vera est; sed tu excipis, in quibus personas quidem esse infinitas; sed tamen non esse tria infinita essentiam differentia, eo quod personae sint infinitae ob infinitam et indivisibilem essentiam, quae unica et non multiplex est;

Deinde autem, quia personae sunt infinitae ratione proprietatum incommunicabilium, tamen quas unica infinita et indivisibilis essentia in est tribus personis

D. Tu

Tu hoc loco tm negas esse tria infinita essentiâ differentia, alio autem quodam modo tria esse infinita concedis; sufficit ergo mihi qui concluserim tria esse infinita, quocumque tandem modo concedi à te tria esse infinita.

Nullo igitur iure dicis assumptionis posteriorem partem esse falsam, cum meo ipsius judicio vera sit. Ego vero si personae divinae sunt tres, quod oportet eas habere essentias quoque differentes numero, sic probo: Quot sunt personae in Deo, totidem essentiae numero differentes; sed personae in Deo sunt tres. E. in Deo totidem sunt essentiae numero differentes. Major patet. Nam O. persona est essentia individua; quare multiplicatis personis essentias quoque numeratas multiplicari necesse est.

II Quae realiter distinguuntur, illa etiam essentia numerica differunt; sed personae realiter distinguuntur E. personae etiam essentiae. Minor vestro etiam consensu vera est, pro maioris refutatione vero dic mihi quid sit illud, quo una persona differt ab alia, si non est eius essentia? Ut enim Arist. 4 Met. inquit, quod quicquid est, id eius essentia est.

Denique postquam ostenderis in personis divinis esse aliquid praeter essentiam, declaros etiam quomodo Deus sit omnis compositionis expers; quicquid enim est unum per alia, illud compositum est.

Argumentum III.

Quicumque

416

Quicumque subjicietur Deo Patri is non est natura Deus; sed Jesus Christus subjicietur Deo Patri. Ergo Christus non est natura Deus.

Ad hoc tu ita respondes: Est fallacia a dicto secundum quid ad dictum simpliciter; ad subjectum igitur majoris propositionis seu medium terminum respondeo, inquam, per limitationem: Qui subjicietur Deo Patri non est natura Deus, nempe is qui subjicietur per naturam; Jesus Christus autem per naturam et essentiam divinam nunquam subjicietur Patri; non enim habet diversam essentiam a Patre.

P. T. Pro concesso sumis Christum habere divinam naturam, h. e. natura Deum esse; atqui illud nunc in controversiam venit; quaeritur enim: An Christus sit natura Deus? Ego negativam partem probo praecedenti syllogismo; tu autem eo mihi respondes, quod in quaestione est; quid igitur est hoc, si non mera petitio principii? Nisi igitur probaveris Christum esse natura Deum, et eandem numero essentiam habere cum Patre, limitatio tua nullum habebit locum, atque meum argumentum erit immotum. Jam vero tuum argumentum quo probare vis Jesum Christum nunquam subjectum iri Deo Patri per naturam, videamus.

Qui est verus aeternus Deus, Deo Patri aequalis natura, creator rerum visibilium et invisibilium, is non subjicietur Deo Patri per naturam; Christus est verus aeternus Deus, Jehovah Es 20, 29. Jer. 23, 6. Zach. 10. Es 9 v 6. Joa 1 v 2. 1 Tim 3 v 16. 1 Joan 5 v 20, 21.

aequalis Deo

aequalis Deo Patri per naam Joan 5 v 18. c. 16 v 15. Phil 2 v 6. Creator rerum visibilium et invisibilium ad Col 2 v 26. Ps 102 v 25. Heb 1 v 10. E Jesus Christus nunquam subjicietur Deo Patri per naam.

At qui bonus vir argumentari meum est, qui partem opponentis teneo, tuum vero est respondere. Discere igitur legem disputationis a doctis viris usurpari solitam, suis scilicet limitibus contentum esse debere tam opponentem quam respondentem, et aliam personam susceptam ne mutet; Ego vero quamquam respondere non teneor cum sim opponens; tamen ne me firmitate argumenti tui perculsum responsionem decretare existimes, en tibi breviter respondebo.

Ut de forma quae etiam suis difficultatibus non caret, sileam, respondeo ad maam, et nego Minorem probare contendis tu ex variis S. S. locis; sed ille Minorem non confirmant; testimonium enim a te citatum, quaedam nihil ad rem, sicut Es 20 v 9 illud enim caput ne dicimus quidem habet versum, nedum sit 29 quod ais: quaedam vero de Deo Patre sonant ut Zach 2 v 10. 1 Tim 3, 16. 1 Joan 5 v 21. Ps. 102, 26. Heb 1 v 10. Caeteri autem loci etsi de Christo loquuntur, id tamen quod vis, minime probant. Christus enim verus aeternus Jehova Jer 23, 6. Esa 9, 6. Joan 1 v 2 non dicitur. Aequalis Deo Patri per naturam, Joan 5 v 18. c. 16 v 15. Phil 2 v 6. Creator rerum visibilium et invisibilium Col 2 v 16 non legitur quae firmis rationibus demonstrare, sicut quoque testimonia

nunc

417 nude non citasses, nunc vero ut tibi affirmasse, ita etiam mihi negasse sufficiat, deinceps si ex illis locis tuam sententiam per consequentias probare contenderis, plenius ego quoque respondebo.

Regis deinde declarare quibus modis subijciatur filius Patri, verum quia ego filium quantus quantus est, Deo Patri subiectum iri credo, nunc de illis subiectionis modis disputare nolo; tu si vis declarare Christum secundum divinam naturam non subiectum iri, proba 1 quod sit natura Deus. 2 quod non secundum divinam naturam subijciatur Patri; nos enim contrarium possumus ostendere ex eodem loco:

Cuicunque alius subijciet omnia, is non est natura Dei; sed Jesu Xto alius subijciet omnia Ergo etc.

Probatur Minor ex eodem Cap. 28 Cum autem subiecta

Deinde secundum quam naturam Jesus C. est filius Patris, secundum illam subijcietur; Atqui ex vestra sententia Jesus Christus secundum divinam naturam est filius Patris; E. Jesus C. secundum divinam naturam subijcietur Patri. Majoris connexio patet ex eodem loco; ita enim jacent verba: tunc et ipse filius subijcietur Patri, qui subiecit illi omnia.

Postremo dico. Quicunque quocunque tandem modo subijcitur Deo Patri, is non est natura Deus; sed filius quocunque tandem modo subijcietur Deo Patri Ergo etc.

Major probatur. natura Deus enim est altissimus, et cum unus sit numero, idem sibi ipsi subijci non potest.

Deinde natura Deus, esse subiectum natura Deo,

aliena

alienum est à scriptura sacra.

Post hæc transis ad conclusionem meam, quæ fuit talis: Opinio de incarnatione Dei est falsa, absurda, et S. sacræ contraria quam ego quinque rationibus confirmaveram.

Ad hæc responsurus 1° ais doctrinam vestram orthodoxam de incarnatione Dei per contemptum à me vocari opinionem; sed si rem altius consideraveris, animadvertes, me non ex contemptu vestram de incarnatione doctrinam opinionem appellasse; sed id quod res est, ingenuè indicasse; Opinio est assensio quædam cum metu contrariæ sententiæ; iam verò tu vide an doctrina de incarnatione Dei non sit talis. Certè quicumque vestram illam sententiam amplectuntur, assentiuntur quidem, sed interim contrariam sententiam pensitando, conscientia illorum plenè non acquiescit, sed metuit, ne forte hæc sit vera.

1° Syllogismus quo prædictam conclusionem confirmaveram fuit talis: Quæcumque opinio Deum mutationi obnoxium facit, ea est falsa, absurda, et SS. contraria; Atqui ista opinio Deum mutationi obnoxium facit. Ergo etc. Major patet, quia Deus est immutabilis. Assumptio probatur: nam Deus qui ab æterno carnis expers fuit, si in tempore definito carnem hypostaticos sibi adiunxit, mutatus est.

Tu ad hæc: Syllogismum 1. Cavillatori omitto, inquis, tum quia nihil ad Rhomanum, tum quia minorem habet falsam. Audio bone vir

419

re sententiam de isto Syllmo pronunciare, sed declaran-
dum fuerit tibi quod dicis.

Ex probatione minoris talem in mea persona formas Syllm

Quaecumque opinio Deum qui ab aeterno carnis expers fuit, in
tempore definito carnem hypostaticos sibi adiunxisse
docet, illa Deum mutationis obnoxium facit, atqui opinio
de incarnatione Dei est talis ergo etc.

Tu in hoc argto dicis esse fallaciam a dicto rdm quod
ad dictum simpliciter, et limitas Majorem sic: Quaecumque
opinio Deum aeternum definito tempore carnem sibi hy-
postaticos adiunxisse docet illa facit Deum mutabilem
scilicet si doceat cum conversione, transfusione divi-
nae naturae in carnem, aut contra; nos vero, inquis, fili-
um Dei aeternum definito tempore carnem in unionem
personae suae assumsisse, et si constanter doceamus,
nullatenus nihilominus cum confusione naturae divi-
nae aut mutatione in carnem, vel contra etc.

Non est fallacia a dicto rdm quid ad dictum
simpliciter in illo argto; medium enim non sdm quid,
sed simpliciter accipitur in utraque praemissa, quod
infra plenius declarabitur. Negas vos docere fi-
lium Dei aeternum carnem sibi adjunxisse sed assum-
sisse dicis. Dic mihi quaeso, an qui definito tempore
carnem in unionem personae suae assumsit, immutabiliter,
inconfuse, indivisibiliter, inseparabiliter, ut vos confi-
temini, illam sibi non adjunxerit; sed quia ex deo

te

te doctrinam, quam opinionem, incarnationis mysterium dicere malle, et assumptionis potius quam adjunctionis vocabulo gaudere, ideo non detrectabo tibi probatis uti terminis: Ego igitur ita meum formo Syllm:

Quaecumque doctrina Deum mutationis obnoxium facit, ea est falsa, absurda S. S. contraria; atqui doctrina de incarnatione Dei hoc facit. Ergo etc. Probatur Assumptio:

Quaecumque doctrina Deum qui ab aeterno carnis expers fuit in tempore definito carnem in unionem personae suae assumpsisse docet, ea Deum mutationis obnoxium facit. Atqui doctrina de incarnatione Dei hoc docet. Ergo etc.

Ad Majorem tu dicis: Assumptione carnis ita Deus mutatus fuisset si conversa vel transfusa fuisset divina natura in carnem vel contra; transfusa fuisse divinam naturam in carnem patet ex vestra sententia; vestri enim doctores aeternum λογον in uterum virginis penetrasse et ibi carnem assumpsisse docent. Deinde non tantum id dicitur mutari quod convertitur in aliquam rem vel transfunditur. Tu autem duobus tantum illis modis Deum mutatum fuisse non admittis, alio autem aliquo modo mutatum fuisse non negas, ego vero declaro modum, quodcumque si incarnatus est mutatus sit.

Cum quocumque res diversa substantialiter et ἀδιαιρετῶς copulatur illud mutatur, atqui cum aeterno λογω res diversa et ἀδιαιρετῶς copulata est, ergo aeternus λογος mutatus est.

Pergis

Pergis posse probare, cur vos aeternum Dei filium assumpsisse carnem in unionem personae suae docentis, atque duas profers rationes: I quia scriptura divina post incarnationem duas tradit in Christo naturas manifeste distinctas Joan 3 v 13. c. 5 v 18. c. 8 v 56. c. 10 v 30 c. 14 v 28. c. 20, 28. Act 2, 33. Rom 9. 5, Phil 2, 6, 7. Heb 7 v 2 et Passim.

D. non erat opus hac excursione; ego enim non ursi te ut probares ex S. Scriptura cur vos filium Dei aeternum, carnem in unionem personae suae assumpsisse fateamini, quamquam sciam vos id praestare non posse, sed duntaxat rationes contrarias debebas diluere, verum quo me a proposito abduceres et ex opponente Respondentem faceres eo fine te hoc scripsisse intelligo; Nego igitur in locis citatis hoc enunciatum extare. Christus duas habet naturas; per consequentias quidem falsas illud vos ex iis locis elicere solere scio; sed quia tu nuda citasti testimonia, non declarando, quomodo ex illis consequatur Christum duas habere naturas, rationes vestras quibus id efficere conamini nunc refellere nolo. Deinceps si tu plenius tuam sententiam declaraveris uberiorem etiam a me responsionem accipies.

II quia si in Christo non essent duae naturae tum essentiales proprietates contradistinctae essent in uno

Subiec

subiecto finito vel infinito; ut sunt mortalis im-
mortalis, omniscius, nescius, omnipotens impotens, im-
mensus finitus. Ratio est, quia huiusmodi proprietates
de Xto passim in scriptura divina praedicantur.

R. Ex eo quod huiusmodi attributa mortalis
immortalis etc. de Xto enunciata sunt, non sequitur eum
duas habere naturas esse naturam Dei et hominis. Neque
contradictoria de eodem subiecto enunciari contin-
get; nam possunt illa attributa de unico et unius
naturae subiecto recte enunciari de eisdem ac ratione
diversa, modo habeatur ratio temporis et naturae sub-
iectae, ut Christus est mortalis, Christus est immortalis
distinguatur tempus et utriusque enunciati veritas erit
evidens. Prius enunciatum fuit verum de Messia con-
cepto a S.S. nato ex Maria virgine, a tempore
nativitatis usque ad illam diem quo crucifixus
et mortuus est. Posterius verum est de eodem ab
eo tempore quo refurrexit. Non secus etiam de Pijs
hominibus verum est nunc quod sint mortales,
at illud etiam post refurrectionem verum erit de il-
lis quod sint immortales. Quis vero pios homines
quia contradistinctae proprietates diversis tempo-
ribus illis tribuuntur duas habere naturas dicat?
Item Christus est omniscius et nescius, utrumque veri-
ficatur de eadem natura; omniscius scilicet in ijs rebus quae
ad salutem nostram pertinent; nescius est diei iudi-
cij; quia diem illum nobis scire in quo temporis articulo

contin-

423 contingat, nihil conducit ad salutem. Deinde nescius fuit
Christus diei iudicij cum fuit in terris, at nunc existens
in coelis illum quoque diem scire, nemo ambigere potest.
Item: Christus non potest omnia et est Omnipotens, utrumque
de eadem natura verificatur; non potuit omnia, scilicet, ante-
quam data fuisset illi potestas in coelo et in terra,
At postquam data est illi Omnis potestas in coelo
et in terra ab eo tempore fuit Omnipotens.
Item: Christus et est finitus et immensus; Christus fini-
tus est ratione essentiae; idem est immensus ratione scilicet
virtutis et potentiae datae illi a Patre.
Jam igitur tuum argumentum quod ex secunda ratione
eduxisti, per se corruit, illud est tale:
De quocunque praedicatur diversae ac contradistin-
ctae proprietates eum absurdum est habere uni-
cam tantum naturam, sive ea sit divina sive humana;
Atqui de J. C. praedicantur diversae et contradistin-
ctae proprietates. Ergo etc.
Limito Majorem: de quocunque praedicantur
diversae et contradistinctae proprietates, scilicet eadem
ratione simul et eodem tempore eum absurdum est
habere unicam tantum naturam; de Christo autem etsi eiusmodi
praedicantur proprietates, non tamen eadem ratione, simul
et eodem tempore, ut jam ostensum est.
Jam igitur quae pro confirmatione Majoris ad-
dulisti ad rem nihil faciunt, eo quod attributa
illa Christo non insunt simul et eodem tempore, quo
inter se

inter se pugnantes destruant naam; Si quid igitur efficere voles probes illas proprietates simul et eadem ratione enunciatas fuisse de Xto.

Postremo quod fingis me Christum credere ψιλον ἄνθρωπον ac nudum hominem, calumnia est; nemo enim nostratium ita humiliter sentit de Xto; sed credimus nos omnes Jesum esse Christum unum Dominum, per quem omnia, esse proprium Dei filium. &c.

Syllo. II.

Quaecumque opinio docet Deum Creatorem deposita sua majestate substantialiter in utero alicuius Virginis Chorasco referens decem menses delituisse illa est absurdissima, sed illa opinio haec suadet. Ergo.

Major patet. Quid enim est absurdius quam Deum Creatorem et infinitum deposita sua majestate in utero alicuius Virginis delitescere? Cui hoc non videtur absurdum? Veterum mentem eius occupare necesse est; Assumptio est Trinitarior; credunt enim illi ab initio conceptionis Dni Jesu Deum filium, qui est ex Persona Trinitatis usque ad nativitatem illius deposita sua majestate substantialiter in utero Virginis Mariae fuisse.

Ad hoc argumentum tu respondens, ad fores duos modos extendi in loco, et dicis, absurdum esse Deum deposita sua sanctitate in utero Virginis decem menses delitescere, tum circumscriptive. Esse autem Deum in utero beatae Mariae Virginis

426 repletive nullo modo esse absurdum, eo quod infinita
divinitas loco et tempore non circumscribitur.

T. Dico, non debebas mutare terminum, ego enim non
dixi deposita sanctitate, sed deposita majestate; illud
enim vos negaretis; sed hoc inflatis buccis canitis et
docetis in templis; Ego vero dico, quocumque modo ab-
surdum esse Deum alicubi delitescere deposita sua vel san-
ctitate vel majestate. Deinde non me latet Deum ubique
esse repletive in secundum suam virtutem et Omnipotentiam,
tum in omnibus entibus, spiritibus, corporibus simplicibus pa-
riter et mixtis illius substantiam esse pernego; Caeterum
quin sequeretur Dei substantiam in esse etiam ipsis diabolis,
sceleratissimis hominibus, lapidibus etc. Et quod maximum est,
si Dei substantia omnibus entibus inesset, quando Dia-
boli cum suis complicibus post diem iudicii ad inferos
in aeternum cruciandi deturbabuntur oporteret Deum, una
cum illis ibidem esse substantialiter, quae de Deo vel saltem co-
gitare nefas et impium est. Credendum est ergo De-
um qui perfectione et virtute infinitus est, immensa
sua virtute ac incomprehensibili efficacia etiam
abditissima et obscurissima quaeque providere, ponitque
introspicere, perscrutari, directe clarissimeque
cognoscere, atque adeo immensam illius virtutem
omnia penetrare et hac ratione ubique esse. Praeterea
dicuntur etiam quaedam esse in loco definitive, quo-
modo in loco sunt spiritus, qui cum non sint corpora non
circumscribuntur, definiuntur tum et secundum essentiam et
secundum virtutem, quando enim sunt in uno loco, et
operantur

operantur, non sunt eodem tempore in alio loco, neque operantur alibi; Ego vero majorem intelligi eo modo quod absurdum sit Deum substantialiter in utero alicuius virginis esse definitive, quod tu quia non negas major adhuc stat solidè; quod vero hoc absurdum sit patet; Nam finita sunt definitive in loco, infinita autem repletive; Et quod definitive est in loco illius virtus et efficacia determinatur. Quae postea sequuntur exempla, non sunt contra me; Credo ego enim Deum quamvis ubique sit sua virtute et efficacia, ibi tamen praecipue esse dici, ubi suam virtutem et gloriam magis exerit, et sic Deum in omnibus sanctis, in arca foederis et templo Salomonis ea fuisse concedo. Jam vero quod ex praedictis concludis, non esse absurdum filium Dei aeternum, infinitum ubique quidem repletive fuisse; ratione vero singularis unionis personalis, sam quam nulli alii creaturae adfuit, quam carnem nostram in personae propriae unionem in utero virginis purgatissimae assumsit, fuisse in utero, ac proinde B. Mariam rectissime θεοτοκον dici.

D. Ut alias difficultates huius conclusionis nunc omittam, quaero ex te, cum persona Patris S. Sancti, ubique illam fuerint repletive; incarnata persona filii; quomodo non incarnatae sunt etiam reliquae duae personae; non enim potes negare personam Patris et S. Sancti quia repletive ubique sunt cum filii persona simul fuisse in utero B. Mariae; Neque eo confugere potes, quod quamvis omnes personae repletive

ibi

427 ibi fuerint; tn sola persona filij sua ibi exercuit operationem, tum quia opera Trinitatis ad extra sunt indivisa; operante igitur filio, operata sunt etiam reliquae duae personae, necesse est. Tum etiam quia S. Scriptura in conceptione illa nullam omnino habuit cum aeterno λογω operationem; S. Sancto autem manifeste tribuit; quare si tua conclusio est vera ego rectius posse concludere, non esse absurdum S. Sanctum infinitum, ubique quidem repletive fuisse; ratione singularis cuiusdam operationis vero, qua conceptionem carnis in utero perfecit, fuisse in utero; Ac proinde recte dici S. S. assumpsisse carnem in unionem suae personae. Rationes sunt pares; nam ideo filium in utero Virginis fuisse dicis substantialiter, quia ubique est repletive; ob eandem causam S. S. quoque ibidem fuisse censendum est; ideo filium carnem assumpsisse dicis, quia suam operationem ibi magis exercuit; atqui illam Scriptura S. Sancto tribuit ut jam ostensum est. Matt. 1. v. 20 Spiritus S. supervenit in te et virtus altissimi aeterno autem λογω nullam omnino tribuit operationem. Sed miror quomodo dicatis B. Mariam θεοτοκον, qui potuit enim ad eum illum parere Maria, qui post nativitatem Jesu Xti etiam fuit in illius utero repletive et substantialiter.

Syllog. III.

Quaecumque opinio Deum loco definit est falsa et absurda; sed ista opinio hoc facit. Ergo etc. Major patet. Nam Deus est infinitus et nullo loco clauditur.

Minor

Minor probatur: Credunt enim Trinitarij Deum filium qui est infinitus ut animam in homine ita esse in homine Jesu Nazareno, qui est finitus.

Quid tu adhaec? Mendacium esse ais quod opinio de incarnatione Dei Deum loco definiat: ut enim in quis, non definio infinitam Dei essentiam, dicendo eam esse in coelis, licet coelum sit corpus naturale, quia non alligo Deum coelo, ut assistentes orbibus intelligentias motrices; sed dico Deum immensum, ubique esse repletive, in coelo autem ratione singularis Patefactionis; ita non definio infinitam filij Dei Essentiam τὸ γένητον εἶναι habentem, dicendo, personaliter, in utero Mariae carnem humanam assumpsisse.

Exemplum est diversum, dicitur quidem Deus esse in coelis, neque sequitur inde Deum loco definitum esse, quia Deus, ut tu ipse dicis non est alligatus coelis; At persona filij non tantum repletive est in corpore humano, sed etiam copulata est cum carne ἀδιαρετοί, tanquam anima cum corpore; Si ergo ita copulata est divinitas cum humanitate tanquam anima cum corpore, ut vestri Doctores docent, sicut anima est alligata corpori, ut non est extra corpus secundum suam Essentiam, ita etiam persona filij alligata est carni humanae et non est extra illam secundum suam substantiam. Si vero negas personam τοῦ λογοῦ definitive esse in carne humana, qua ratione audes dicere totam λογοῦ personam incarnatam

esse

esse; si enim tota incarnata est, certe totam incarne esse oportet definitive.

Porro quominus vim praedicti syllogismi eludere posses tale tibi proposuerim dilemma:

Aut tota aeterni λογος substantia incarnata est, aut tantum pars illius; si tota: e infinitum claudere finito; si pars: e particula tantum aeterni λογος est incarnata. Et per consequens, deus est divisibilis, nego potest dici proprie deum filium incarnatum esse.

Tu vero adhaec ita respondes: Assumptionis utraque pars est falsa; posterior, quia aeterni λογος essentia est infinita, impartibilis; ridiculum est igitur ei partem affingere. Equidem non affingo realiter distinctas partes substantiae divinae, sed tantum dico: quod si aeternus λογος incarnatus est, alterum horum debetis vos concedere, vel quod tota illius substantia incarnata est, vel si non tota tantum pars illius. Utrumlibet admittatis, utrinque tamen urgebit absurdum; si enim pars est incarnata, deus igitur divisibilis est; si vero tota λογος substantia est incarnata, igitur cum caro sit finita, et id quod infinitum est, totaliter incarnatum sit, sequitur hoc absurdum quod infinitum claudatur termino finito.

Tu ad priorem assumptionem dicis, in ea esse fallaciam consequentis, eo quod nequaquam sequatur consequens ex antecedente; tota enim aeterni λογος essentia cum proprietate incommunicabili considerata assumpsit in unionem personae proprie veram carnem humanam

non cont

non contra: caro assumpta sit personam, propterea infinitum non claudere termino finito.

Sed hic tu nihil agis, nisi vestram de incarnatione Dei sententiam recitas. Non quaeritur hic, an λογος assumpserit carnem vel contra; sed an tota aeterni λογου substantia sit incarnata; quia igitur totam incarnatam esse non negas, quod consequens prioris assumptionis recte sequatur ex antecedente, patet ex eo, quod tota λογου substantia est infinita; illa autem si totaliter incarnata est, tota etiam est in carne, nihil enim eius est extra carnem; si vero aliquid eius extra carnem dicas, erit aliquid substantiae λογου non incarnatum, et sic totam incarnatam esse non erit verum. Ex eo igitur quod tota λογου substantia incarnata est sequitur recte infinitam λογου substantiam terminari carne humana quae finita est, quod quam sit impossibile et absurdum qui non intelligit illius vesaniae totius Anticyrae helleboros mederi posse credendum non est.

Syllogismus IV.

Quaecumque opinio duos Christos facit illa Sacrae S. contraria est; At qui ista opinio duos Christos statuit. E. 2.

Major patet: Scriptura enim nobis unicum proponit Christum 1 Tim. 2. Unus est mediator Dei et hominum homo 2.

Minor probatur: Nam Trinitarii credunt Christum esse hominem perfectum, et cum eo Deum filium in utero B. Mariae

431 Mariæ Vir. substantialiter copulatum; unus autem homo et unus Deus sunt duo individua; quare Christus non est unus sed duo.

Quid tu ad hæc? dicis in probatione Majoris esse fallaciam a dicto secundum quid etc. Scriptura nobis unicum proponit Christum, scilicet in concreto, quatenus est Mediator θεάνθρωπος duas habens naturas in una eadem persona distinctas. Concedis in concreto unicum a scriptura proponi Christum in abstracto autem duos esse tacite affirmas; sed illud effugium hic non valet. 1 quia sive hoc sive illo modo duos fateri Christum contra scripturam est. 2 quia aperte dicit Paulus unum esse Mediatorem Dei ac hominum, et quis ille sit, clarissime explicat, dum inquit: Mediator Dei et hominum est homo J. C., Aeternus λόγος non est homo J. C. E. aeternus λόγος non est Mediator Dei ac hominum. Non est igitur hic divinæ naturæ locus; nam si Paulus Ap. in Xto etiam aeternum λόγον agnovisset non dixisset Mediatorem hominum esse, hominem J. Christum; sed ut vos, dixisset: Mediator Dei ac hominum est θεάνθρωπος J. C., quod tamen illum nullibi dixisse certum est.

Assumptionem dicis evidenter esse falsam, eo quod natura humana in Xto propria personalitate destituatur.

Contra sic argumentor,

O. Essentia individua rationalis est persona humana sed J. Christi natura humana est essentia individua rationalis, E. Jesu Christi natura humana est persona humana.

Majoris connexio patet: nam subiectum est definitio

definitio personae humanae. Minor probatur:
Essentia individua est; quia est natura singularis.
Rationalis est; quia anima rationali praedita est. Jam
vero quia divinam naturam personam habere concedis, huma-
nam quoque eam habere probatum est, sic amplius colligo:
Quicquid constat duabus essentiis individuis intelligen-
tibus, illud habet duas personas; atqui J. (secundum vestram
sententiam) constat duabus essentiis intelligentibus;
E. Christus duas habet personas, et per consequens duo sunt Christi.
Major patet; nam quot sunt essentia individuae
intelligentes, totidem personae.
Minor etiam vera est; altera enim essentia indi-
vidua intelligens est aeternus λογος; altera
vero homo perfectus ac constans ex anima ra-
tionali et corpore.

Sylla V.

Quicquid necessarium est ad salutem id omne
extat in S. Scripturis; sed ista opinio: Deus
filius ex essentia Patris ab aeterno genitus, in utero
Virginis Mariae hominem Jesum substantialiter sibi
adjunxit non extat in S. Sacris. Ergo etc.
Tu ad haec: Respondeo, inquis, Orthodoxi
hac phrasi, hominem Jesum substantialiter sibi adjunxit,
non utuntur; impium enim Nestorii dogma redolet
de duobus Christis. Dicunt vero Alium Dei aeternum
tempore definito carnem humanam in unionem perso-
nae suae assumsisse; sed profecto juxta vestram
sententiam

sententiam benedicit, quod Deus filius hominem adiunxerit sibi; nam adjunctionis vocabulum bene quadrat ad copulationem duarum naturarum exprimendam.

Deinde filius Dei aeternus naturam humanam assumsit, quae in concreto dicitur homo, et determinatur ad singulare per nomen Jesus; imo melius hominem adjunxisse, quam carnem humanam assumsisse dicitur, ratio evidens est: nam homo et anima rationalis et carnem in se complectitur; caro humana autem sicut altera duntaxat partem humanae naturae nempe corpus; sed quid aliena dirigo sententiam? Sufficit mihi, quod sive hoc, sive illo modo dicatis; tamen S. sacrae testimonio destituamini.

En tibi propono ut vis:

Quicquid necessarium est ad salutem id omne extat in S.S. sed ista opinio, filius Dei ex essentia Dei ab aeterno genitus tempore definito in utero B. Mariae carnem humanam in unionem personae suae assumsit non extat in S.S. E. ista opinio ri.

Minor probatur, nam neque in veteri, neque in novo foedere illa opinio, ijsdem, aut alijs ijsdem sanctis verbis scripturae legitur. Ecquis autem melius, quam Prophetae, Evan. et Apli mysteria divina intellexit? Nemo: Quare quia illi in suis scriptis istam doctrinam de incarnatione Dei non expresserunt, certissime ac constanter credendum est, eos illa non tenuisse, ac proinde

humana

humanum sigmentum esse, quod ego ex Platone, eiusque
Interpretibus et Ecclesiasticorum Historicorum Scriptoribus, si et res ipsa nunc postularet, et permultas occupationes, quibus pene obruor, mihi ad facere liceret, ad literam demonstrarem; nunc vero quia propositum mihi fuit obiectiones meas contra tuas responsiones defendere, assumtae materiae limites excedere nolo, nec vacat; Tu interim syncere de his rebus iudices, et cum vestra de Trinitate atque incarnatione Dei sententia, non solum rationi sanae, verum etiam divinis oraculis adversetur, noli diversum sentientes tam alto supercilio contemnere

§.

Putas tu titulo tenus duntaxat merum, revera autem cum alio quoplam te rem habere; id enim innuunt tua ista verba: Animadverte igitur Rakosi, vel quicunque es. Et, calumniatur Rakosinus, vel quicunque sis. Ille: abi igitur et triumpha et ex me Domino Paulo Thanadio Patrono tuo et Praeceptori magno salutem officiosam dicito. Verum absque omni dubio tibi persuadens eundem omnino esse Authorem modici huius scripti quem titulus indicat D. Paulo Thanadio Praeceptori meo magno nihil hoc, cum tanta locorum distantia seiuncti sumus, constat, quod vero ad te virum doctissimum scribere ausus sum, suasioni D. Andreae Feltoti, et veritati pro nobis militanti tribuas. Tuum est autem pauca ista, cum non ex pravo aliquo affectu prodierint, boni consulere. Anno 1653 die 26 Jann. Scriptum

435

Spiritus Vocabulum variē in script. usurpatz.

1 Propriē sciat ventum, halitū, Joā 3. Spiritus ubi vult spirat.
Et Chrs cum insufflasset in discipulos, inquit accipe spiritum S. qui
spes seu halitus signū erat Spūs Sancti quē accepturi erant.
2 metaphoricē transfertz ad omnē incorporeā substiā ut sunt
Angeli tum boni tum mali Ps. 104. Heb 1. qui facit Angelos suos Spūs
3 Spectra etiā appellantz Spūs. Lucæ 24 dicit Chrs: Spūs (i.e.
spectrū quod aliquā formā obscurā assumsit) carnē et ossa nō hēt.
4 Usurpatz pro animali vita. Si Spiritū eius eripias, expirant.
Psal 104. 5 Rationalis anima etiā nūcupatz Spūs, ut inclinato capite tradidit S.
6 affectū, agitationē animi atq; impulsū Prov. 25 Urbs
moenibus nudata est, Vir qui nō cohibet spūm suū.
7 Repratz sæpē spūs superbiæ, iræ, libidinis ac invidiæ p affe-
ctione superba iracunda, libidinosa ac invida.
8 Dr et Spūs infirmitatis Luc 13 p ipsa affectione ægra et
morbi &c.
9 Scat et spirituales motus quos excitat in cordibus Pior Spūs
S., adeoq; ipsa dona p spiritū in corda hominū infusa.
10. Aliquādo Spūs opponitz lrā figuræ, typo vel umbræ, usur-
patzq; p altiori seu mystico sensu ut 2 Cor 3 litera
occidit spūs &c vivificat.
11 Ponitz etiam p inspiratione, revelatione atq; doctrina seu doctore, ut in Epist.
Johannis hēt Probate Spūs si ex Deo sunt. Item Spūs ne extin-
guatis &c Prophetias ne aspernemini, Thes 5.
12 Frequentius in S. lrīs pro ineffabili divina virtute accipe
quam nunquā scriptura Deū summū appellat ut tertiam divinitatis
personā, sed virtutē, quā fideles Deus illuminat, regit, ducit,
Sanctificat et omnibus bonis adimplet. vide folio 161. 162 et
sequentibus.



Diu hæsitavi an Apologiæ ad meam Concionem respondere; nam nec Auctor illius, nec quisquam alius, vel privato scriptoris vel publico nomine eam mihi obtulit, neque etiam talis ea est ut seria confutatione digna videatur; sed quia jam publicata et à multis est lecta, ac nonnulli illam aliquid esse putant, videtur non esse committendum, ut ille vel clam, et apud suos veritatis de me triumphet; aliquid igitur huic non admodum necessario labori tribuendum esse duxi.

Conqueritur Auctor de mea asperitate, sed D. Christi patientiam et Petri Apli consilium se secuturum affirmat. Quod quam fidelem præstiterit ostendunt illa verba, quibus me porcum, canem, Marcolphum suspendio adiudicatum, bipedem superbissimum, rabulam et alia nescio quæ his foediora nominat. Hoc scilicet est Christum imitari, pro uno aspero dicto plaustra conviciorum regerere; quæ quo judicio ab isto sint prolata, illud docet, quod ubi hæc evomuit adjicere ad finem solet

Judicium

indictu esto. Quasi semel emissu no velit irrevocabile verbu; et quasi simplici negatione possit scelus commissu tolli.

Similis certe illi, de quo Salomo ralis et via mulieris adulterae quae comedit et tergens os suu dicit: no fu operata malum. Sed scio quid responsurus sit: se priorem nimiru esse lacessitum a me. Atqui illi est opus patientia uti qui indigne tractatz. Et certe si non Christiana modestia, saltem Civile officiu debuerat istu ab hac petulantia et rabiosis in me vocibus absterrere. Fuit enim ille aliquando discipulus meus. Quod etsi scio illu libenter cum religione eiuraturum; tn recens memoria et conscientia ipsius hoc vix patitur. Neqz alia illi ad hoc negandum est via, quam si dicat: se parvo tempore Auditorem fuisse meu et nihil ex praelectionibus meis didicisse.

At temporis brevitas rei veritatem no tollit, etsi per mensem saltem unu sub disciplina fuisset mea; tn jure me p Praeceptore agnoscere posset; An autem ad illu docendu fuerim accommodatus malo ipsius verbis explicari. Nam ut illius adulatorias ad me

Pro 3[illegible] 20

v 474 37

439

ad me Eplas omittam D. Joanni Szentmar-
gitano Rect. Scho. nostrae haec sua manu
scripsit Heidelbergae Calendis Augusti An.
D. 1587. Doctrina vero Professorum ea
est ut multis mallem audire proponentem Enne-
dinum. Haec ibi ille. Aut igitur fateatur se
Doctiorem fuisse Professoribus Heidelbergensi-
bus, a quibus post hanc, qua nunc tur-
get, Sapientiam didicit: aut concedat me
non fuisse ineptum ad ipsum docendum.

Haec non eo enumero quasi ipsius testi-
monio, quod semper apud me nullius fuit, et
erit ponderis, gloriam quaeram, sed ut osten-
dam illum ingratissimi cuculi crimen effu-
gere nullo modo posse. Esto enim acer-
bius sim in illum invectus. Si patienter
quod tamen pollicetur, ferre non potuit: sala-
tem humaniter expostulasset. Sed quid
opus est Aethiopem dealbare?

Epistolae concionimeae praefixae cum partes
duae sint, in quarum prima causas scripti red-
do, in altera ad lectionem excito. Hic ut
suam in Rhetorica peritiam ostenderet

eam in

eam in duodecim partes discerpsit.

Atqui hoc non est scienter dividere sed sede lacerare. Verum hoc diligenti clausularum rimatori condonetur.

Primum igitur negat me bona fide egisse quod concioni dictae scriptum apposuerim. Et quod in illa reprehendi eodem modo perscripsi ut mea verba. Sed negat me eodem sensu, quo ab ipso dicta fuerant, quae reprehendi, recitasse. Ego vero ingenue fateor me ex Auditoribus ipsius omnia et singula quae reprehendi accepisse, neque quicquam ab illo dictum confinxisse. Sciebam enim et videbam plurimos ex iis, qui ipsum audierant, adesse. Qua igitur fronte aliquid illis praesentibus, qui me mendacii arguere poterant, si falsa dixissem, affingere huiusmodi ausus?

Deinde non unum sed multos ipsius Auditores examinavi, quibus tantam et esse et habendum esse fidei, quantum isti, qui omnes norit facile concesserit.

Praeterea neminem ego audivi ex istius patronis, qui me eo nomine

rex

reprehendisse, quod ab illo non dicta con-
futassem. Sed quasi tantum de vehementia mea
sunt.

Denique duo sunt omnino quae affinxis-
se me sibi ait. Unum quod damna-
verit modum componendi dissentionis
in religione Regis tempore observatum.
Alterum, quod dixerit, post 40 annos tra-
sylvaniam perituram. Sed utrumque quam
pudenter et recte neget infra videbimus.

Clarum igitur est non habere istum hic
de quo juste conqueratur. Dicta enim ab
illo proposui, et confutationem adjeci, un-
de quivis potest recte de utrisque ferre
judicium.

Syllogismum quo me superbissimum bipedum
esse concludit mutuatus est a Pontificiis.
Illi enim omnibus a se dissidentibus, Lu-
theranis Calvinistis et reliquis hoc objiciunt.

Defendat igitur prius suos quam me accuset.
Falsum autem est me cum meis non consentire.
Quod autem Anabaptistis non consentiam,
semper professus sum et profitebor. Quis enim
est qui nesciat nos cum illis nihil habere commune.

Ingratum.

Ingratum illum esse dixerim. Negat, quia Claudiopolitanis bene loquatur, quia pecuniam ipsi datam, reddat. Quia falsam vera religione commutavit, et hic se tuetur Pauli exemplo. Sed qui totum reprehendit num partem intacta reliquit? Claudiopolitani membra sunt Ecclesiae nostrae: An igitur de Claudiopolitanis bene loquatur et sentiat iudicet quivis.

Quod pecuniam solvit, eum non excusat. Nam quaeso si aliquis ab hero accipiat pecuniam eo fine ut impendat in rescertas Hero necessarias: Ille autem postha-bito Domini mandato in alium usum eam pecuniam convertat, et postea velit Hero spe et expectatione frustrato, tantumdem pecuniae reponere, an non ingratus merito haberi possit?

Certe Claudiopolitani non ideo nutrices huius fuerant ut in se et Ecclesiam nostram saeviret. Sed in illo vere impletum est. Nutritus per me, rursus scio, saeviet in me. Non ideo isti data erat pecunia ut redderet illam, sed ut Scholae et Ecclesiae Claudiopolitanae operam locaret, quod quam recte

præstiterit, nemo non videt.

An autem veram religionem falsa reiecta sit amplexus in quæstione est. Res igitur ambigua et de qua sub iudice lis est, ei patrocinari non potest. Neque Pauli exemplum quidquam huius causam adiuvat. Paulus enim quamvis ab Hyerosolimitanis non esset, ita ut iste a nostris educatus; tamen agnita veritate Hyerosolymis et alibi magna confidentia testificabatur Iudæis Iesum esse Christum, usque nisi extrema necessitate adactus, ad gentes docendas conversus est. At iste ubi rediit tantum abest ut palam de sua religione disseruerit, ut provocatus et sæpe coactus pertinaciter se pro tacuerit, et aut fugit, aut nolle se disputare testatus est. Hoc scilicet est Pauli ἀπαρρησιαστικοῦ.

Denique ita cupivit anathema esse pro fratribus suis, et tanto ardore Claudiopolitanos ad veram confessionem traducere voluit, ut postquam rediit totus in eo noctes diesque laboravit, quo quam primum hinc se proripere posset. Idque tum precibus tum aliis artibus tandem obtinuit ut nimirum procul a nobis extra, actum seli

positu

positus, tutius nos convitijs proscindere posset:

An ergo in gratiam illum falso dixerim, et an Pauli sit exemplum imitatus, iudicet Deus et omnes sani. An autem ab inscitia illa et impudentia quam ei obieci, se expedivit, suo loco quia ita vult, expendemus.

Scripsera commentum humanum hominibus illum adorandum proposuisse. Hoc novum non est; omnibus enim assertionibus nostris cum alijs in religione fons et caput hoc est, quia nos credimus et persuasum habemus, Trinitatem, hoc est, unum Deum in tribus personis esse venerandum, esse commentum humanum.

At iste hoc negat, et Syllis pugnat, quos operae pretium est expendere.

Primus ergo Sylls quo Christum esse Deum Israelis (nam de Patre non controvertitur) probare vult, est iste:

Is, ad quem Johannes Bap. convertit filios Israel multos, et in cuius conspectu praecessit, et cui paravit populum instructum, fuit Dominus Deus filiorum Israelis Angelo Gabriele dicente Luc. 1.

Is ad quem Johannes Bap. convertit multos filios Israel, et in cuius conspectu praecessit

et

445 et cui paravit populum instructum, fuit Do-
minus Christus, quod testantur Evan. omnes, nec
diabolus potest negare. Ergo
Dominus Christus et est Dominus Deus filiorum
Israelis seu Jehova Deus testatur Gabriele Ar-
R. 4 sunt termini in syllo. Nam medius
aliter in majore aliter in minore accipitur.
In Majore enim valet cum hac limitatione
primario et principaliter. In Minore cum
hac: minus principaliter et secundario.
Explico. Joh. Bap primario et prin-
cipaliter convertit et praeparavit homines,
ac praecessit Deo Israelis qui est Pater
minus principaliter Xto.
Hanc distinctionem esse S. litteris consonam in
re alia innumera illud Xti dictum ostendit
qui me recipit etc. Mat 10 v 40. Joa 13 20
Hoc enim non potest stare nisi intelligatur
primario et principaliter recipi Patrem, quam
vis immediate Christus recipiatur.
Atque ne quisquam cavillete ideo dici
Patrem recipi in Xto recipiendo, quia Pater et
Christus eandem habent Essentiam et idem sunt natura:
consideret ea quae ibidem dicitur: qui Apostolos re-
cipit, recipit Xtum. Quod stare non potest
nisi illa

nisi illa distinctione admissa. Quae si cum illa
verba: principaliter et minus principaliter non pla-
cent utatur sane alijs, ut, mediate et imme-
diate, et similibus modo intelligat aliter Pa-
trem et alterum Christum in eodem homine recipi.
Sed quia in hoc Syllogismo praecipuum ro-
bur collocat, examinemus illud diligentius.
Dico igitur omnia illa: Multos filiorum Israel
convertet ad Dominum Deum ipsorum. Item:
Ipse praecedet ante eum. Et: ut Paret Do-
mino Populum instructum, pro Patre et Primario di-
ci de Deo Patre. Atque quod Johannes Bap. non
ad Christum principalem sed ad Deum Patrem referat, con-
vertet filios Israel, testantur ipsius Concio-
nes ab Evangelistis relatae, in quibus nun-
quam Judaeos ad Christum, tanquam Deum ipsorum
direxit.
Deinde ne ipse quidem Baptista est factus
Xti discipulus, sed quia noverat tam se
quam Christum eiusdem Dei esse Ministrum et ad
convertendos ac erudiendos Israelitas
a Deo Patre missum Luc 3. Joh 1. Licet
digniorem se Christum agnosceret: pergebat
tamen in suo munere quod consonum esse
Christi doctrinae sciebat. Nam utriusque
idem

447 idem fuisse propositum ostendunt verba, quibus
uterque initio praedicationis usus est; Resipiscite,
appropinquavit enim regnum. Mat 3 v. 2. et 4 v. 27
Praeterea cui fit verisimile si Baptista
Christum tanquam Deum Israelis suis Auditoribus
proposuisset: quia omnes Johannes discipuli
relicto ipso, ad Christum transituri fuerint? Quod
tamen non omnes fecisse tum Evangelica tum Apo-
stolica testatur historia. Nam durarunt Bapti-
stae discipuli, non tantum ad mortem Praeceptoris,
sed etiam ad ascensionem usque Xti, separati a
Christi discipulis. Quos nunquam Apostoli repre-
henderunt, neque eo nomine damnaverunt quod
non Christi sed Baptistae se discipulos profiterentur
neque quod verum Deum ignorarent. Apollos
enim adhuc discipulus Christi Baptistae dicitur a-
doctus fuisse via Domini Act 18 25. et si
non in omnibus conveniret cum Apostolis.

Secundo quod Baptista praecipue Deum Pa-
trem praesentem testatur Malach 3 v. 1. Ecce
ego mitto Angelum meum etc. Quae verba
esse Dei Patris ostendunt sequentia: Subjicitur enim:
Et statim veniet ad templum suum Dominator quem vos
quaeritis et Angelus foederis quem vos expetitis.
Haec

Hæc enim verba posteriora necessario aliud significare quam quæ præcedentia, manifestum est, nisi dicere velimus eundem uno et eodem tempore promittere et promitti; cum tamen necessario oporteat alium esse illum qui dat promissionem, ab eo, de quo promissio datur. Item, Jehovam exercituum esse Angelum foederis, qui mittatur ab alio, vel seipsum mittat ad foedus confirmandum; quæ sunt absurdissima.

Deinde alibi quoque dicitur quis Patrem Deum præcedere, ut, Esa 40 Parate viam Domino rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Quæ principaliter de Deo Patre dici si mihi non credit credat Magistro suo Calvino.

Neque dissimilis est illa loquendi formula ab hac: ambula coram me Gen 17 v 1. Et erant iusti ambo 2. Luc 1 v 6. Ambulavimus tristes coram Domino exercituum Malac 3 v 14 ...

Tertio principaliter Deo Patri paras e Populum instructum, Joannem, clarum est, cum ex prædictis, tum ex eo quod vocatur Propheta altissimi Luc 1 v 7. Quod autem ibi per altissimum intelligatur Pater ex eiusdem capitis v 35 patet. Virtus altissimi obumbrabit tibi

Hoc erge

Hoc ergò sensu et hac limitatione Major vera est, et huc respexit Gabriel cum illa verba ad Zachariam protulit. Sed minor eodem sensu falsa est; sin autem alio sensu intelligatur termini in argumento erunt 4 et ita et hac demonstratio quam etiam diabolum convictum iri credit sophisma putidum, quod etiam pueri videant, apparebit.

Jam ut ad Minorem veniamus, non negamus Johannem Bap. etiam Christo praeivisse, ut ipsemet fatetur Joh. 3 v. 38. Sed hinc non sequitur soli et principali Xto praeivisse. Praeivit enim in Xto ipsi Deo Patri, iuxta illud: qui credit in me &c. Nam credit in me &c. Nam Deus Pater erat in Christo mundum reconcilians sibi 2 Cor. 5, 19. Neque cuicumque praeivit Johannes, statim is dicendus est Deus Israelis. Nam et discipulis suis et Apostolis et aliis praeivit.

Concedimus etiam Christo Joannem Parasse populum, sed addimus in Christo parasse Deo Patri, neque statim sequitur, cui Johannes praeparavit populum illum esse Deum Israelis. Nam etiam Paulo Apostolo Baptista paravit populum instructum

ut Ap

ut apparet Act 18 24 et C. 9 v. 1. 2. Neque tamen Paulus Apostolus est Deus Israelis. Atque neque cavillatur populum Israeliticum vocari proprium Christi populum Mat 1 v. 21. Unde sic colligendum, omnino Johannem Christo principaliter paratum populum.

R. Christi est populus Israel. quia datus est ei a Patre iuxta illud Joh. 17 v. 6. Tui erant et mihi eos dedisti. Et, Heb 2 v. 13. Ecce ergo pueri mei quos dedit mihi Deus.

Denique etiam Daniel dicit Dan 9 Septuaginta Hebdomades decisae sunt 2. Neque tamen hinc sequitur Danielem esse Deum Israelis, quamquam Israeliticus populus ipsius esse dicitur.

His ita discussis, invertimus argumentum hoc modo. Vero Deo Israelis Joannes erat Spiturus et paraturus populum: Et Deus Pater est Verus Deus Israelis. E. Deo P. Joannes erat Spiturus, et paraturus populum. conv. Syllo

Major Gabrielis est et concessa ab Adversario.

Minor probatur ex Joh 8 v. 54 Act 3 v. 13.

Quae testimonia latius explicabo et ab istius calumniis vindicabo infra suo loco.

Secundus ab isto formatus Syllo est hic:

Is qui

481 Is qui dixit Scripsum, qui loquebatur per Esaiam ad futurum, et cuius pedes speciosos dicit Esaias dum super montes evangelizat est et fuit Dominus Jehova Israelis et Israelitarum.

illo.

At is Dominus C. fuit ~~et est Dominus Jehovah Israelis et Israelitarum~~ ut historia Evangelica docet. E. Dns Chrs fuit et est Dominus Jehovah Israelis et Israelitarum.

R. Minor est falsa, nunquam enim et nusquam docet historia Evangelica Chrm dixisse ista verba per Esaiam.

Deinde concedimus illi eundem Deum qui locutus est per Esaiam apparuisse in Chro. Nam deus erat in Chro. Et idem ille Deus operabatur in Chro Joh 14. Pr autem in me manens etc. Et itidem: Philippe qui me videt etc. Et propterea dr Chrs Emmanuel quia in illo Deus per se quasi spectandum probuit. Sed hinc non sequitur Chrm esse illum Deum Israelis qui in ipso operabatur. Alias multos Deos Israelitarum essemus habituri. Et semper alius est is qui operatur ab eo, per quem vel, in quo operatur.

Observandum etiam est insignis error

istius

istius in Majore, putat enim, illa verba: quam speciosi sunt pedes 2i. de eodem dici Israelis Deo de quo priora erant dicta. In quo insigniter fallitur. Nam Paul Rom 10 v 15 hanc prophetiam applicat Apostolis et verbi Dei Praeconibus: Ubi pro Evangelizantibus, posuit Evangelizantium. Recte. quia idiotisma Hebraeorum apud Esaiam numerus singularis positus est pro plurali. Sed ipsum fortasse decepit, quia putat evangelizare, proprium esse Christi, cum hoc et Johanni Baptistae Luc 3 v 18 et aliis alibi passim tribuatur.

Tertia probatio istius est, quia Christus a Judaeis fuit tentatus in deserto.

R. Hoc Apostolus non dicit: Haec enim sunt illius verba 1 Cor 10. Neque tentemus Christum 2. Ubi verbum illud tentaverunt non est transitive sed absolute accipiendum, hoc sensu: tentationem fecerunt, aut, aliquid simile.

Hanc interpretationem ei loco consonam tum ea quae praecedunt, tum quae sequuntur ostendunt. Subijcitur statim: Sicut quidam ex murmur-

ubi non

453 Ubi nō exprimitur contra quī murmurarunt. Hoc enim tm̄ vult Aplus, ne illorū scelera imitemur.

Deinde si quis omnino contendat verbū illud transitivū et subaudiendū aliquī Accusativū; dicimus Ellypsin nō esse supplendā ex Antecedente sed subintelligendū illud quod alibi expressit scriptura. Illustratur et probatur hoc ex ps. 106 v. 29. Et irritaverunt operibus suis, et venit in eis plaga. Ubi similis prorsus est Ellypsis, quā si quis supplere velit, indicat v. 14 quid ibi subintelligendū sit, ubi hæc habentur: Tentaverunt Deū in solitudine. Ergo hic quoque idem subintelligi debet. Sensus enim admonitionis Aplī est: ne nos modo tentemus Chrm̄ sicut illi olim tentarunt Deū.

Denique etiamsi concedamus repetendū esse vocabulū Chrs; tū nihil efficiet: nā et ante et post hæc verba docet Aplus oīa in figura et typo contigisse Patribus illis. Scimus autē Chrm̄ in figuris et occisū et venditū et transfixum fuisse etiam in veteri Testamento. Ergo si tentatur etiā est, in figura tentatus est. Quod illis libenter concedimus, neque quicquā contra nos facit.

Quarta

Quarta probatio. Quia filius est ille Heb. 1. v. 1. qui fundavit terram. Ps. 102 & 26.

R. Si iste ita gnarus est nostrorum mysteriorum, ut cum in hoc scripto suo, tum in omnibus ferè concionibus suis iactat, debebat ea, quae ad hunc et ceteros ab ipso citatos locos nostri respondent confutare. Nam ut iste haec nudè congerit, ita ego poteram uno verbo dicere: Adhaec omnia jam pridem nostros respondisse et ad illos eum relegasse; sed ne dicat me subterfugia quaerere, paucis quid nostri ad hunc locum respondeant, veritabo, persuasum habens istum cum omni grege suorum ne uni quidem solutioni satisfacere posse.

Primo igitur quidam dicunt, illa verba: Tu in principio Domine etc. nec Psalmistam nec Apostolum de Xto, sed de Deo Patre dicere. Et cum Pri Patre de Apli mente disceptemus: Probant eum non de Xto ista dicere quia ipse sibi contradiceret. Nam v. 2 dixit: Deum Patrem fecisse saecula per filium. Quomodo ergo statim diceret, filium fecisse saecula seu mundum? Deinde hoc confirmatur ex proposito Apli, cum enim constituisset

Patrem

Christum supra homines et Angelos evehere, congerit undique testimonia sollicite ad hoc ostendendum. Et nihil opus erat hac diligentia, quando quidem uno verbo vincere poterat affirmando Christum esse Creatorem: Angelos enim et homines esse Creaturas.

Praeterea de illo haec dicuntur cui illa immediate subsequentia attribuuntur v. 13: Ad quem autem Angelorum etc. At haec attribuuntur Patri, aliâs sequeretur Filium sibi ipsi dixisse, ut sedeat a dextris suis.

Denique verisimile est de eo ista dici de quo proxime dictum erat: Unxit te Deus, Deus etc. quibus immediate subjicitur: Et tu in initio Domine etc. nempe qui unxisti filium tuum: Neque enim est insolitum Apostolis ut quavis occasione in laudem Dei Patris erumpant. Haec est prima expositio.

Altera est quod hoc testimonium adferatur ab Apostolo, quia insignem professionem continet de nova creatione, ut illa verba ostendunt: ipsi peribunt etc. Quia igitur Princeps et Caput huius novae creationis seu novi mundi erat futurus Christus, non Angeli, ut ipsemet Apostolus testatur sequen. cap. v. 5. Non enim Angelis subjecit

Ideo ad

Ideo ad propositum Apli confirmandum faciebat
hic locus quo affirmatur omnino Deum veterem mun-
dum reformaturum, cui non Angelos, sed Christum es-
set praepositurus. Itaque illa verba: Tu in 2.
ne adducta quidem fuissent ad Aplo, ut pote ad pro-
positum non facientia, nisi per pronomina cohaererent
posteriora cum his, sine quibus sequentia intelligi
commode non poterant. Scimus enim Scriptores
esse mores ut integrum saepe contextum et locum
adducant propter unius clausulae aut etiam vo-
cis intelligentiam.

Tertio respondemus, notissimum esse Aucto-
rem Epli istius Omnia V. Testamenti et dicta
et facta allegorice ad novum applicare, ut
ostendat, antequam fuisse figuram
et No. Testamentum esse complementum veteris.
Itaque plurima adducit ex V. T. quae longe alia
de re et alio sensu dicuntur apud Prophetas,
sed propter quandam vel vocum vel rerum simi-
litudinem applicant ipsi illa N. Testo. Ne longe
abeamus consideremus hoc unum caput X 6.
Applicat Christo illud dictum: Ego ero illi 2. quod
esse de Salomone dictum 2 Reg 7 vel illud
liquidisse ostendit quod subjicitur: qui si iniquae
aliqui

aliquid gesserit argumentum.

Et iterum necessaria attingam, illud: Thronus tuus Deus in seculum seculi. applicatur Christo, cum tamen apud Psalmistam dictum esse de Salomone, ut omnes docti interpretes, atque adeo titulus Psalmi docet: Sic ergo argutor:

Quocunque sensu citavit Apostolus locos praedictos, eodem etiam hunc: Tu in initio Domine 2. At praedictos citavit ita ut spiritualem respexerit sensum, non autem historicum et literalem.

Ergo etiam hunc: Tu in initio Domine 2. ita citavit.

Quo posito, dicimus hic Apostolum disputare de novo seu de renovato mundo ut ipsemet testatur C. 2 v. 5 cujus Princeps et Pater ut testatur Esaias erat Christus, et ut ait Paulus Eph 2 v. 14 ipse ἐποίησε duo in unum. Quod ergo Psalmista de Deo Patre et veteri mundo dixerat, illud Apostolus mystice applicat ad Christum et novum mundum.

Quinta probatio Rom 10 v. 13. Filius esse dei ille Jehova cuius nomen est invocandum Joel 2 v. 32

R. Joel vaticinatur de futuro, sicut illa verba ostendunt: Erit, invocaverit, salvabit.

Exhi

Ex his ergo verbis elicere Christum tunc revera extitisse tale est ac si quis affirmaret Judam extitisse reipsa cum illa scripsit David: Et Episcopatum ejus accipiat alter &c.

Deinde quaestio est utrum Propheta et Apostolus eodem sensu illa dicant. Certe Joelem de rebus alijs loqui quam Paulum cum res ipsa clamat, tum interpretes affirmant. Haec igitur ab Apostolo adducuntur propter similitudinem, utrum alias fere semper, tum in hoc eodem quoque capite facit.

Denique si concedamus utrumque eodem sensu illa verba, et de eodem dixisse, hinc nihil aliud consequitur quam Christum, Dominum suum Jehovah dici. At hanc applicationem non efficere ut quisquam sit a seipso aeternus Deus. Illud indicat quod etiam rebus creatis ea vox tribuatur, sicut infra ubi de hoc vocabulo iste philosophatur fortasse ostendemus.

Sexta probatio ad Rom 14 v 11 Filius est Jehovah ille cui flectendum est omne genu Esai 45 v 23.

R. Paulus eo loco nihil aliud dicit, quam

459 quam in extremo iudicio ante tribunal Xti omne genu esse flectendum. Quod quomodo sit intelligendum non opus est alio quam ipsomet Apostolo interprete. Inquit igitur eiusdem Epistolae c. 2 v. 16 In die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum Evangelium meum per Jesum C. Et idem Act 17. Eo quod statuit diem in quo etc. Idem scribit 1 Tim 6 v. 15. Ex quibus manifestum primarium Judicem in extremo illo die futurum Deum P. Ei ergo praecipue flectuntur genua. Flectentur etiam Jesu Xto tanquam Constituto et Ordinato Judici cui Pater dedit omne iudicium.

Magis ad istius propositionem fecisset locus Philippensis sed et ad illum aeque facile est respondere

Septimo 1 Cor 1 v. 31 Filius est Jehovah ille in quo solo est gloriandum Jer 9 v. 23.

R. Primum falso additur illa particula exclusiva Solo quae nec apud Prophetam nec apud Apostolum legitur. Et sane illa sententia corrumpit et falsam reddit. Alias Paulus esset impius qui scribit 2 Cor 11 v. 10. 18. 30. c. 12 v. 6, 9, 10. se gloriari similiter 1 Thess 2 v. 20.

Deinde falsum etiam est in loco ab ipso citato 1 Cor 31 Dominum seu Jehovam vocari Christum

nam

Nam Aplus ibi quidz citat Jeremiam, sed eius di-
ctu nō Xto verum Deo Pri tribuit, sicut ostendit
versus precedens 29 ubi aperte hoc Pri tribu-
it, et quia is versus nobis, postremū quoqz eius-
dem capitis versu non aliter esse intelligendz.

Praeterea dicuntz quidz vij in Xto gloriari
Phil 3 v 3 sed non statim ille in quo vius
gloriatz est Deus aeternus. Alias Corinthij Thes-
saloniceanses infirmitates et crux Xti Gal 6 v 14
habendi essent vero aeternis Dijs, quando quidz
in omnibus his Paulus gloriatz.

Deniqz alter est gloriandz in Deo Pre et
alter in Xto qui datus et factus est nobis ā
Deo justitia et Sanctificatio.

Octavo Joan 19 v 37. Filius est
ille Jehovah quem confixerunt Judaei Zach 12 v 10

R. Configendi vocabulum metaphoricē usur-
pari ā Zacharia, si nō vult mihi credere, cre-
dat saltem Calvino: a Joanne autē proprie accipi.

Deinde apud Prophetā Judaei dicuntz confige-
re Deū, apud Joannē Romanus miles gentilis con-
fixit Chrm.

Tertio apud Zachariā configitz Deus
invisibi

461 invisibilis, apud Joannem homo palpabilis.

Nunc judicet qui sensum habet, an hoc testimonio probetur Christum tempore Zachariae extitisse. Sicut enim assentientibus velint nolint Adversarij (Christi enim corpus tunc non extitit quod dicit Joannes esse confixum) prenegamus Christum tempore Zachariae revera esse confixum. Qui enim vos tangit (inquit apud eundem Prophetam c. 2 v. 8 Deus Israelis) tangit pupillam oculi mei. Unde apparet in Xto Deum esse transfixum. Sed hoc sicut neque caetera ad Christi aeternam divinitatem nihil facit. Jam videamus quomodo probet Spiritum S. esse Deum Israelis.

Primo ita argumentatur:

Is qui vidit Esa c. 6 et qui misit ipsum ut diceret populo Judaico: Audite audientes et sunt et est Jehovah exercituum Dnus et Deus Israelis. At is fuit S. S. ait Apost Act 28 Quare S. S. fuit et est Jehovah, Rex exercituum, Dnus et Deus Israelis testimonio Esa et Pauli

Rx Minorem expresse non posuit ut fraus facilius lateret, sed nos suppleamus ex majore. At Spiritum S. vidit Esa c. 6 et misit ipsum ut doc

Nunc si

Nunc si hanc Minorem ita corruptam negem, unde probabit? nimirum ex Act 28. At ibi non haec minor, sed ista verba habentur: Bene S.S. locutus est per Esaiam Prophetam ad Patres nostros dicens: Ergo non dicit Paulus ab Esaia visum esse Spiritum S. et ab eo esse Legatum Esaiam, sed tantum per ipsum esse locutum, illa verba: Audite: &c. Si ergo fideliter vult formare Syllogismum aliter non debet, quam hoc pacto argumentari:

Qui dixit illa verba: Audite &c. est Deus Israelis. At S.S. dixit illa verba. E. S.S. est Deus Israelis.

At si ista argumentatio valeat, valeat oportet et haec:

Qui dixit illa: Audite &c. est Deus Israelis

At Esaias vel Prophetia dixit illa verba Mat 13,14 Joan 12,

E. Esaias vel Prophetia &c.

Similiter etiam licebit colligere:

Qui dixit haec verba: Hodie si vocem eius audiveritis nolite obdurare corda vestra, Est Spiritus S. Heb 3,7.

At ille qui dixit haec verba: Hodie &c. est David Ps. 94 8. Heb 4,7. E. David est S.S.

Sed facile est huiusmodi paralogismis occurrere. Sunt enim 4 termini in argto:

In Majore

463 In Majore Medius terminus accipitur ut principalis causa. In Minore ut instrumentalis. Saepe autem eadem actio ~~nunc~~ principali nunc instrumentali causae tribuitur. v. g. Joh 9 v. 9 dicit Herodes se decollasse Joannem. At Matthaeus 14 narrat a Speculatore esse decollatum. Sicut ergo non sequitur Speculatorem esse Herodem, neque David S. Sanctum, ita non sequitur S. Sanctum esse Deum Israelis, quia Deus Israelis per S. Sanctum est locutus, sicut Herodes per Speculatorem occidit Joannem.

Secundo respondemus, Phrasim illam esse Scripturae: Jehovah locutus est et S. S. locutus est. Ex quo non licet colligere S. Sanctum et Jehovah esse personas aut res distinctas. Aliâs sic ergo quoque colligere: Os Domini seu Jehovae esse personam a Deo distinctam, quia dixit Esa 1 v. 20 Os Domini locutum est. Sic dicere posset dextram Dei esse personam aliquam in Deo, quia dixit David Ps. 117 v. 16 Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me. Sicut ergo idem est, dextera Dei ~~exaltavit~~ fecit, et Dominus fecit: ita idem est: Deus locutus est et Spiritus Dei vel S. S. locutus est.

Neque hinc colligi potest diversas hic personas scilicet. Nam phrasi scripturae utrumque idem denotat.

Secundo

Secundus Sylls ab isto formatus confirmatz ex 12 Joh.

Et ibi nihil tale dr, quale hic suspicatz sed hoc tm, Prophetiam Esaiae esse tunc completam cum Jesus miracula et conciones sine fructu apud Judaeos habuit. Itaqz aut probet aliunde quod dicit, aut se clarius explicet.

Tertius Sylls est hic: Is qui Num 12 se per Prophetas locutur dicit est Jehovah Israelis ut ibi patet. Et is qui per Prophetas locutus est est S.S. ut patet in locis citatis Act 1 v 6. Heb 3 v 7. 1 Pet 1 v 11 2 Pet 1 v 21 quare S.S. est Jehovah Deus Israelis.

R Quatuor sunt termini in argumento. Majorem enim non simpliciter esse accipiendam, idem ille locus notatus ostendit. Ubi testatz Deus se variis modis locuturum. Valet ergo cum hac limitatione: a seipso principaliter primario. Quo sensu minor falsissima est ex Chro Joh 16 13. Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, non enim loquetz a semetipso, quare argtum nihil concludit.

Deinde quid sit S.S. loqui, etiam illi ipsi loci

Loci annotati ostendunt 2 Pet. 1 v. 23. 21 Spi-
ritu S. inspirati locuti sunt Sancti Dei homines.
Ubi locutio nō Spiritui sed hominibus tribuitur
Nihilominus rectē dr̄ etiam S. S. loqui quia
per illū loquuntur homines. Et plena sunt oīa
huiusmodi formularū locutionis: Satan loqr̄
p̄ hoīs et in hoībus, Spr̄s Patris in Aplis &c.

Denique si dicerent: illū qui loqr̄ p̄ Pro-
phetas dici posse S. Sanctū, non repugnaremus
Deus enim Spr̄s est et Sanctus est. Sed Deū
et Spiritum S. diversas esse in Deitate Hypo-
stases, ut falsū est ita nullo scripturae testi-
monio confirmari potest.

Quartus Syllogismus est:

Is contra quē Israelitā murmurarunt in
deserto et tentarunt, est Jehovah Deus
Israelis, ut Moses refert et David locis
citatis. At is est S. S. ut Esa 63 et Ste-
phanus Act 7 testatur. E. S. S. est Jehovah
Deus Israelis.

R. Idem est error in omnibus. Major
enim valet hoc sensu: Contra quē praecipuē
et primario murmurarunt. Aliās si sim-
pliciter et nudē accipiatur, etiam est Moses
Deus Is-

Deum Israelis facere oportet. Nam et contra illum murmurarunt Judaei et in deserto. Neque etiam Minoris probatio solida est. Nam Esaias non simpliciter dicit Judaeos contra S. S. murmurasse; sed contra Spiritum Dei. Ita enim habet textus: Ipsi autem rebelles fuerunt et irasci fecerunt S. Sanctum eius. Atqui Spiritum alicuius incitare nihil est aliud, quam illum cuius est Spiritus ad iram provocare. Idem est ergo: ac si dixisset Esaias: irasci fecerunt Deum. Sicut aliae locutiones similes ostendunt. Os Domini locutum est ÷ Dominus. Dextra Dei fecit ÷ Deus.

Jam quod ad alterum testimonium attinet. Primum non loquitur Stephanus de eo murmure et tentatione quod a Judaeis in deserto commissum est, ut docet sequentia.

Deinde explicatur ibidem, quid sit resistere S. Sancto, nimirum persequi Prophetas qui per S. Dei pronunciabant ad reatum Christi. Isti ergo restiterunt et Prophetis et S. Sancto et Deo, sed non pari modo. Deo, tanquam auctori, caeteris tanquam mediis. Et tamen Deus horum injuriam sibi illatam habet, quia

qui ipsi

qui ipsius servos et media laedit, Deum laedit.
Falsum igitur est, illum cuicunque restiterunt Iudaei esse Deum Israelis. Ac proinde minor eodem cum Majore sensu consistere non potest. Quatuor ergo termini sunt in argto.

Quintus Syllogismus.

Is cui mentitus est Ananias Deus est, et quidem Verus. Dixit enim Petrus: Deo mentitus es non 2.
At is cui mentitus est Ana. S.S est, eodem Petro dicente ibidem. E. S.S. Deus est et quidem Verus, dicente S. Petro Apto.

R. Si haec argumentandi forma proba est ego quoque sic colligam.
Ille qui recepit Lydia Purpuraria est Pau. Aphos Act. 16 v 15 At ille qui recepit Lydia Purpuraria est Chrs, teste Xto Matt 10 v 40. Qui vos recipit me recipit 2. E. Chrs est Paulus Aplus. Item:
Is qui recepit Zachaeus est Deus Pr teste ibidem Xto. Qui me recipit, recipit eum qui 2. At is qui recepit Zachaeus est Chrs. E. Chrs est Deus Pr. Et quis non alia mille huiusmodi torquere possit sophismata?

Ad haec

Ad hæc quicquid ipsi respondeerint hoc à vobis pro responso habeo. Sed tu Solvamus nodum.

Sunt 4 termini in argto: Nam medius alr accipitur in majore alr in Minore: Ananias enim alr mentitus est S. S. et alr Deo. S. Sancto immediate, Deo vero mediate et per alium. Explicationem huius argti hic studio dimisi cum alio in loco etiam habeam.

Demum (inqt iste) ne tædio sim dum prodesse volo vodz Dei nomine appellatz à Paulo S. S. 1 Cor 3 v 16. 1 Cor 6 v 19, 20. 1 Cor 12 v 6, 26. 2 Cor 6 v 16.

R. Inspiciantz loci ab ipso notati et quivis, quantum huic homini sit frontis et pietatis indicet.

In primo loco hæc leguntz: Spus Dei habitat in vobis.

In 2do ista st: An nescitis quoniam membra vestra templum sunt S. Sancti qui in vobis est quem habetis à Deo.

In tertio: Portate Deum in corpore vestro

In 4to: Diversiones operacum st idem vero Dez.

In 5to: Deus posuit in eccla Aptos.

In ultimo: Vos enim estis templum Dei v. v.

In ano

469

In quo quaeso horum locorum SS. Dei Deus?
Scio ex his quaedam Sophismata ab ipsis elici;
sed pudore cantatis est dicere in his locis SS.
Appellari Deum; nam nec isti, nec ullus in tota Scri-
ptura locus hoc dicit. Satis quidem esset ad
hoc postremum argumentum ista respondisse: sed
unum primarium quod ex his locis eliciunt
argumentum examinemus ut appareat quam solida
sint etiam caetera. Ita ergo ex locis citatis
argumentantur:
Nos sumus templum Dei, 1 Cor 3 16. 1 Cor 6 16.
Et nos sumus templum S. Sancti, 1 Cor 6 19. Et
S. S. est Deus.
R. Haec ratiocinatio prorsus eadem est
cum illa quam paulo ante conspicimus. Cuius
vanitatem ut ostendam 1. hoc pro concesso accipiam:
Templum esse et inhabitare esse eadem.
Atque ne hoc negent, probabo ipsius Apli ~~[illegible]~~
ijsdem in locis, testimonio. Nam 2 Cor 6 16 proba-
turus Pios esse 2. Quoniam huius etiam ob-
iectionis solutionem habeam alio loco hic studio dimitto.
Haec sunt demonstrationes quibus iste Tri-
nitatem esse Deum unum confirmare voluit. Nunc
quilibet cordatus et Pius judicet, uter nostrum
rectius

rectius sentiat. Ego qui dixi, Trinitatem esse commentum humanum, an iste qui Deum venerandum affirmat. Nunc pergamus ad reliqua.

De Sommero et de me iam gloriosissime tryumphat et se Israelitarum exemplo solum quod Parvi magnos vincant. Scimus, Deo veros suppeditante minima quaeque fortissima evadere; sed Deus non iis qui contra sed qui pro veritate, suppetias fert. Itaque canat licet tryumphum ante victoriam tempus et eventus Deo favente ostendet. Quid dignum tanto ferat hic promissor hiatu.

In postremum locum rejecit imprudentiae cujus illum accusarem exanimem. Sequamur illum, quamquam non me Actorem constituerit; meum ex jure debebat sequi ductum. Sed cedamus isti magno Rhetori, ut enim expatiari posset et veres eloquentiae sua ostentaret ordinem a me servatum immutarit.

Primum se exemplo Prophetarum et Apostolorum defendit, qui saepe derisi et impudentes

habiti sunt

471

habiti sunt. Ac proinde non esse mirum si ipsum quoque aliqui minus prudentem judicarint.

Secundo defendit se Apostoli exemplo qui suadet ut etiam importuni instemus.

Quasi verò Apostolus omnem à Doctore prudentiam abesse debere hoc dicto affirmaverit, ut non sit considerandum quid, ubi, et quomodo dicendum sit. At ibidem se Apostolus explicat, importunitatem illam in probis qui non tolerant doctrinam sanam, videri tantum asserens. Sed quis fuit Auditor ipsius, qui non importunè tunc ipsum esse locutum judicarit? nominet aliquem; ego enim multos ex Patronis ipsius nomine, si sit necesse, possum, qui Claudiopoli dixerunt istum non suo loco et tempore tunc declamasse.

Tertiò ait se Poenitentiam alibi docuisse. Si quid bene sciret ob id illum nemo reprehendit. Quod autem hic nos negligentiae et Patronos nostros impietatis accusat facit suo more h. e. impudenter et mendacitur.

Quartò ostendere vult se apud nos quoque Poenitentiam docuisse, eo quod ad primam tabulam homines revocavit, et hoc argumentum exornat faceto (ut ipse ait) sed certè spurco et ore suo

Et ille non Prophetas sed Doctores non Apostolos sed Magistros est ... in ore habet.

et ore suo dignissimo proverbio. Sed sordibus illis relictis quartam hanc excusationem perpendamus.

Quod Ethici de moralibus virtutibus docent rectius de Christianis atque divinis praeceptis affirmare nos possumus. Illa nimirum cohaerere, et quasi concatenata esse ita, ut unius perfecta observatio omnium requirat observationem, sicut unius transgressione omnes violantur. Haec tamen arcta conjunctio non impedit quominus distincte de virtutibus loquamur et doceamus. Quaerimus igitur qui poenitentiam docere vult, an ille disputationem de prima tabula debeat instituere. Nemo certe ita nostrum est ignarus, qui nesciat poenitentiam in morum correctione et vitae improbae emendatione sitam esse; At prima tabula cognitionem magis quam actionem spectat, et intellectum potius quam voluntatem informat. Unde apparet poenitentiam magis ad secundam quam ad primam tabulam pertinere. Non nego radicem bonarum actionum et fontem esse veri Dei cognitionem; sed tamen inde non sequitur eum qui de Dei veri cognitione disputat, poenitentiam docere.

Hic arr

473

Hic arripuit campum Decalogum explicandi; Ego ei hanc ostendendae eruditionis materiam licet intempestivam, non invideo; sed quae est causa, quod cum sollicite colligat vitia, cum singulis praeceptis pugnantia, contra quintum praeceptum non dixit eos peccare qui in praeceptores et Patronos suos ingrati sunt? At nemo nescit hos tam divinis quam humanis legibus inter Parentes numerari, nimirum maluit manca explicationem praecepti illius ponere, quam contra se testimonium dicere

Quod autem affirmat utramque tabulam esse docendam, quis hoc negat? Sed illud quaerimus quando quid fieri debeat, et affirmamus Doctorem circumspectum esse debere et opportunitates observare; ut sciat quid, quo tempore, apud quos sit dicendum. Itaque exempla et rationes quibus ostendere vult a vera Dei cognitione esse ordinandam pietatem, nihil ad ipsum excusandum faciunt. Non enim nego haec debere fieri, sed illud dico non tunc illi de dissensionibus in religione exponendae modo disputandum fuisse; Et hoc verum esse ipsemet fatetur, qui dicit se aperte affirmasse illum tunc non

esse

esse movendum, sed cum hae turbae pesederint. Fatetur igitur imprudens suam imprudentiam. Tunc enim est consilium dandum, cum eius exequendi potestas adest, nisi frustra laborare et aerem quis velit verberare. Et nemo nescit maximam prudentiae partem esse circumstantiarum observationem.

At vel ipso teste Tunc haec perfici non potuerunt. Ergo non tunc erat istud consilium dandum. Exempla ab ipso allata hoc ipsum confirmant. Nam Jacob et Samuel quod suasit, statim etiam perfecit et exequi potuit; At haec tunc Claudiopoli perfici non potuerunt neque etiam debuerunt, ipsomet teste: quare intempestivum et imprudens fuit consilium.

Garriat igitur quantum volet, et verset se in omnes partes, nunquam effugiet, quin sic imprudens fuisse convincatur. Neque enim quaestio est, an cum Deo sit in gratiam redeundum? Hoc enim ego quoque saepissime illis diebus docui, sed an dissidium illud quod in hoc regno multiplex in religione est, tunc tolli commodè potuerit, et an sit prudens, qui tunc ea de re disputavit, et alijs consilium dedit. Haec de Epistola, jam tandem veniamus ad

475

Concionis Examen.

Scripseram mentem Apli istum non esse assecutum. Id negat et mea confessione se tuetur; nam me idem cum ipso de proposito Apli sentisse affirmat. Hoc an ita sit videamus.

Praecipua nobis est controversia de sensu versuum 3, 4, 5 et 6. Quaerimus, quis hic sit Apostoli scopus? Ego dixi, et 3 proponi quintam virtutem moralem ab Aplo, concordiam, nimirum, ad quam hortatur sequentibus tribus versibus. Sed nondum satis perspicua est res, quaerimus enim quae sit ista concordia ad quam hortatur? Ille ait esse praecipue consensum in religione, secundario et consequenter in charitate. Et ego totum contrarium sentio. Nam censeo ibi praecipue Aplum agere de concordia in charitate secundario et non nisi consequenter, de ea quae est in religione. Cum igitur δὶς διὰ πάσων dissideamus quomodo iste nos in hoc esse concordes affirmat? Sed confirmanda est mea sententia.

Probo igitur primum illam esse veram ex ipsius orationis cursu: Nam et ante et post hanc virtutem egit Aplus de moralibus virtutibus. Ergo etiam in his verbis. Jam enim disputationem de doc-

de doctrina absolvere et praecepta moralia dari coeperat. Deinde si ille esset Scopus Apli quem iste dicit, idem per idem probaret Paulus. Nam unum argumentum adhortationis, etiam isto teste sumitur ab unitate fidei. At iste unitatem fidei interpretatur consensum in religione. Ergo si hortatur Ephesios ad consensum in religione, ideo quia Ephesij in religione consentiunt, idem per idem confirmat.

Praeterea argumentum est rei dubiae fidem faciens, Res dubia est conclusio. Illud autem quod conclusioni fidem facit, clarum vel certe concessum et confessum esse debet, alias nihil probabit, ipsum probatione indigens.

Paulus autem fidei unitatem accipit pro argto, ergo hoc tanquam concessum assumit. At fidei unitas isto interprete est consensus in religione. Ergo consensum in religione non concludit hic, sed per istum concludit et confirmat aliud.

Sed scio istum etiam veritate et sua conscientia esse convictum, fidem tamen verbis meis non adhibitorum. Credat igitur suo Doctori Calvino qui his verbis hunc locum explicat.

Unitatem

Unitate Spiritus) quidam pro spirituali accipiunt, quam in nobis efficit Dei Spiritus, et certe is est solus qui nos reddit unanimes, adeoque facit unum. Sed ego simplius interpretor de animorum concordia. Colligari unitatem dicit pacis vinculo, propterea quod ex contentionibus nascuntur ferè odia et simultates. Placide ergo vivendum ut maneat inter nos benevolentia. Hactenus ille, cuius authoritati satis scio audebit.

Explicat ergo Calvinus quid per unitatem Spiritus intellexerit Apostolus. Nempe animorum concordiam, benevolentiam placidam vitam, cui odia et simultates opponuntur. Et hanc expositionem simpliciorem esse dicit. Atqui simplex est veritatis oratio.

En ergo probavi meam sententiam esse Apostoli proposito congruam; sed instabit iste. Ergo excludit Apostolus ab hac concordia consensum religionis. Respondeo jam antea dixi virtutes omnes et praesertim Christianas esse cognatas et colligatas. Ergo huic iste consensus non excludit. Sed diligenter observandum est quis sit praecipuus Scriptoris scopus. Alias licebit quaeris virtute nominata totam Theologiam explicare et quaesitos vagari. Sicque cum Anaxagora dicendum: quidvis, in quovis latere, seu potius omnia in singulis esse.

Hoc enim

Hoc enim est quod premo, quod urgeo, istum Apostoli scopum non vidisse. Cum enim praecipue doceat Apostolus P. de concordia animorum benevolentia et charitate, iste declamavit de consensu religionis instaurando. Quod etsi per se, ut alias quoque dixi, bonum est, tamen hoc loco intempestivum et praeter Apostoli est mentem. Quid igitur quaerit, quid sit unitas Spiritus? Habet responsum. Quod ait me hoc obscure scasse, respondeo, non potuisse me hoc clarius explicare, quam Lucas illis verbis. Multitudinis credentium erat cor unum et anima una. Qui quidem consensus qualis fuerit statim latius ibidem ab Evangelista exponitur.

Post haec a se errores insignes in meo scripto deprehendisse affirmat.

Primum, quod cum Apostolus septem argumenta afferat, ego illa sex esse dixerim.

Antequam ad hoc respondeam, dicat iste si quid ingenuitatis et conscientiae habet cum ex hoc Apostoli loco docuit Claudio poeti an haec argumenta enumerarit et istam verborum Pauli dispositionem animadverterit? Certe qui illum audiverunt constantissime affirmant sine ordine et ulla methodo omnia ab illo esse dicta.

Nunc consid

479 Nunc consideret an candidi et aequi sit sibi in gravioribus ignoscere, et alios in tenuissimis supercilliosissime damnare. Praesertim cum tale hoc sit erratum quod nulla ex parte sensum verborum Apli corrumpat, aut immutet. Et quia hoc verissimum esse vel illud ostendit, quod qui hunc Apli locum explicant non ita diligenter et sollicite numerant argta. Et quia scio an ullus unquam hic septem argta poni affirmaverit, sed omnes pauciora prout unicuique commodum videbatur. Satis enim putarunt sensum et vim verborum intelligere; sed tamen videamus quis sit et quantus iste error. Dicit me affirmasse in illis verbis: Unum corpus et unus spiritus, esse unum argtum cum tamen sint duo.

R. Unicum illis verbis comprehendi argumentum, et res ipsa docet, et alii qui hoc perpenderunt, affirmant; Nam consortes Ecclesia corpori non ex animi sed vivo, anima et spiritu instructo, in tali enim vere membra cohaerent et unum corpus efficiunt. Ut hoc Aplus scaret non tantum corpus verum etiam spiritum nominaret, et vivo corpori

consentiu

consensum Piorum comparavit. Neque enim
hic Spiritus aliud scit quam anima corpus scientem
ac omnia membra unientem; sic alii quoque haec explicant,
ac ut unum pro multis adducam Calvinum,
ille in haec verba ita scribit:

Clarius exprimit quam perfecta esse debeat unitas
Christianorum, nempe quae omni ex parte adeo va-
leat ut in unum corpus et unam animam coa-
lescamus, quibus totum hominem designat, qua-
si diceret nos penitus corpore et anima non
ex parte duntaxat debere esse unitos: Haec
ille: Apparet igitur Calumniatorem istum
frustra meam explicationem allatrasse.

Secundus error ab illo notatus est, quod
falso dixerim haec verba: Unum corpus et
unus Spiritus idem valere, quod Corpus Spirituale.

Rx Primum hoc uno possum verbo refel-
lere; ego enim nec dixi, nec scripsi illa
Apli verba hoc scare; sed ille collegit ex
meis verbis ut haberet cui contradiceret.
Sed si ita scriptissem, quid haberet quod obiceret?
Dicit Aplus multos Pios esse unum corpus
et unum Spiritum. At si hoc nude et proprie
accipias falsum erit, quia revera multiplex
non fuerat unum corpus, neque unus Spiritus.

Sed hoc

Sed hoc verum est (ut ita dicamus intelli-
gibile:) Intelligit enim meus, quod quemadmodum u-
nius corporis membra per Spiritum uniuntur ita o-
mnes Sancti per Concordiam unum redduntur.
Ergo cum dicuntur Pij unum Corpus et unus Spiritus,
oportet de tali corpore et Spiritu cogitare,
quod intellectu tantum non sensu percipi potest.
Quod autem intellectu solum percipi non aliter
de spirituali dicitur ut mox ostendam. Neque
peccat qui multitudinem piorum unum esse corpus
spirituale dicit.

Tertio dicit me errasse; quod aliquod
corpus dixerim esse intelligibile. Hoc enim Phi-
losophico argumento evertit:
Corpus (inquit) est quod tangi et videri potest,
quod si non potest jam non erit corpus.

Sed audiat iste Philosophus. Quaero an
corpus illud quod dicitur esse Ecclesia, sit tale
quod videri et tangi possit? Ubi, quis vidit
illud corpus, cujus caput fuerit, nitegris mem-
bris constans totus Christus, et cujus manus fuerit
Paulus Apostolus, caeteri Pij caetera membra?
Monstrum hoc et sane et quidem horrendum esset,
quale

quale nunquam à quoquam est visum, neque videbitur. Et tamen haec conjunctio singularium hominum vocatur unum corpus. Datur ergo corpus tale quod videri minime, intelligi facile possit. Quod autem tantum intelligitur, recte dicitur intelligibile.

Sed objicit fortasse. Huius corporis membra esse sensibilia.

R. Verum est, sed quatenus sentiuntur, non dicuntur illud, sed aliud corpus. In hoc enim corpore Paulus consideratur, non est, nec dicitur corpus sed membrum et pars. At sentitur non ut pars sed ut totum et integrum corpus.

Sed pergit ut est acutus philosophus: Ex sensibilibus partibus non nisi sensibile totum consurgit. R. Qualis compositio tale et totum. Haec compositio non est physica, sed metaphysica, ac proinde intellectu solo perceptibilis. Ergo sicuti partes ad illud totum constituendum non sensibiliter agglutiuntur et compingunt, ita etiam ex iis exurgit compositum non sensibile, sed tantum intelligibile. Recte ergo dictum est dari corpus intelligibile.

Neque ego Pauli A. dictum, Cor. 15 ideo adduxi

et Ecclesiam

ut Ecclam tale corpus, de quali ibi agitur esse dicere, sed ut ostenderem non esse absurdum, ita loqui cum Scriptura: Corpus intelligibile, corpus Spirituale. Si enim Aplus dixit Spirituale magis admitti potest intelligibile. Nam etiam Matematica Corpora intelligibilia sunt, Unde istius Philosophi acumen et eruditio apparet, qui negarit quod tangi et videri non potest, esse corpus. Sed hoc ei concedendum est, quia istud argumentum ex Donato didicerat. Neque etiam graviter ille peccat qui has appellationes, Spirituale et intelligibile confundit, quia intellectus obiectum etiam corporeum, spiritualiter apprehendit. Ergo omne obiectum in mente spirituale dici commode et recte dici potest. Nam intelligibile quatenus intelligibile, spirituale est.

Quartus error est. Quod Ecclam in Scripturis corpus intelligibile et spirituale dixerim.

Ad hanc indocta obiectionem iam responsum est et declaratum illud corpus quod de

quod dr̄ Eccla, et esse et dici intelligibile,
seu spirituale quia sola mente videtur et concipitur.
Quod etiam iste imprudens fatetur. Nam ait
Ecclam esse corpus mysticum, et fidei tm̄
ac mentis oculis comprehendi: Quod
quid est aliud quam intelligibile et spi-
rituale? Sed tanto contradicendi fertur
studio ut sibi ipsi etiam contradicere non
vereatur, cum mihi contradixisse videatur.
An non enim secum ille pugnat qui dicit:
Ecclam in hoc mundo fidei tm̄ et mentis
oculis comprehendi, et post pauca verba
iterum affirmat: Ecclam esse corpus
intelligibile et spirituale in hoc mundo
esse falsum? Ad illam objectionem, quod
membra Eccla sunt sensibilia iam responsum est.
Quod preterea adjicit: quale corpus Eccla
habebit a resurrectione, nunc non habet ta-
le; sed tunc habebit spirituale. Et nunc
non habet: Rx Non videt vocabulum
spirituale multiplex esse; Nam spirituale
aliquando id dr̄ quod sensibus percipi non potest
sed sola

485 Sed sola mente concipitur. Aliquando spiri-
tuale dicitur quod est gloriosum, licet tan-
gi et videri possit. Dico igitur Ecclesiam habere
nunc corpus spirituale primo modo ha-
bituram in futura vita modo posteriore.

Postremo ait hic de alio corpore lo-
qui Paulum, et alio in Epist. 1 Cor. 15.
Non puto in rerum natura quemquam ita
esse stupidum qui illam diversitatem non
videat. Sed jam dixi me testimonium illud
saltem ideo adduxisse, ut ostenderem non
esse absurdum ita loqui: Corpus spiri-
tuale intelligibile.

His quae subjicit, nihil ad controversiam praesentem
nostram. Neque ego praecipue in illum inqui-
rere, sed quae in me dixit breviter exa-
minare institui. Nam in hoc mustaceo
lanceam non quaero.

Examinavi illud argumentum Trinita-
rior, occasione ita ferente, atque adeo loco
postulante: Dominus unus est; Atqui et Christus
et Pater est Dominus. E. C. et Pater sunt unus Dominus.

Iste dicit me pugnare cum umbra à me
conficta; Umbram esse concedo, à me con-
fictam nego. Est enim ab iis conficta qui
Trinum Deum venerantur. Imo istum quoque
cum in hac Apli verba incidisset, Unus Do-
minus, aliquid tale dixisse: auditores
ipsius testantur.

Deinde quamvis à me confictum di-
cat, studiose tamen defendit, quo demonstret,
non postremum robur ipsos hic collocare:
Videamus ergo quid dicat:

Primum ait vocem Dominus non uni
sed multis Hebraicis vocibus correspon-
dere, atque inter cæteras vocabulo Jeho-
vah, quod sæpe Dominum naturale. Hoc
pro fundamento habet.

Ego Hebraicæ linguæ peritiam mihi
non arrogo; sed tamen illud scio, vocem Dnus
nihil habere commune cum voce Jehovah,
neque quicquam esse in vocabulo Dominus
quod vim et sanctionem Jehovah vel mi-
nima ex parte denotat. Da quo si quis
ambigit

487

ambigit, ut alios, et Grammaticam omittam,
legat saltem Bucerum praefatione in Psalmos.
Sed parata est Obiectio. Nam in Novo T.
vox Jehovah, reddit per vocem Κύριος.
Unde sequitur Κύριος et vocem Jehovah idem
scire. Rx Quamvis aurum primo fro-
te alicui fortasse videbitur, quod dicam; aude-
ctet tamen affirmo nunquam usque vocem Je-
hovah, sed semper vocem Adonai versam
esse in N. T. per Κύριος. Quod autem
loci illi in quibus vox Jehovah scribitur in
textu Hebraeo, ita citantur in N. T. ut pro
vocem Jehovah habeamus Κύριος: dico
id propterea esse factum, quia vox Jehovah
(sicut etiam nunc apud Judaeos) non legebatur,
neque legi debebat ut hodie vulgo legitur,
sed loco illius, semper et ubique lectum est
Adonai, quod etiam puncta voci Jehovah
subiecta ostendunt. Et hoc apud omnes
qui Hebraice sciunt notissimum est. Ex
quo apparet falsum esse vocem Dominus
correspondere aliquando voci Jehovah;
nunquam

nunquam enim ei, sed semper correspondet voci Adonai. Et quia vox Jehovah, neque Christi neque Apostolorum, neque vetustissimorum Patrum aetate unquam legebatur aliter, quam per vocem Adonai, factum est ut ubicunque vox Jehovah occurreret, ponerent vocem Χύριος, non vocem Jehovah eo, sed Adonai, quod pro Jehovah legebatur, interpretantes.

Haec verissima esse sciunt, qui aliquid in Hebraeis sciunt. Neque tamen hic superstitionem Hebraeorum stabilio, quasi fas non sit, aut non posset vox Jehovah legi; sed affirmo vetustissimos quosque, atque adeo ipsum Christum, et Apostolos eius observasse, ut ubicunque occurreret vox Jehovah, legerent pro eo Adonai. Ex quibus apparet, quam ruinoso iste fundamento superaedificare aliquid voluerit. Sed ne conqueratur, examinemus quae ab illo dicuntur.

Affirmat Christum duo habere dominia secundum duplicem naturam. Unum datum et acceptum, quatenus homo est, alterum naturale, quatenus aeternus

æternus Deus est. Illud voce Adonai, hoc vocabulo Jehovah denotari.

R. Christum omne dominium quod habet accepisse à Patre, tum ipse, tum omnes Evangelistæ et Apostoli fatentur. Negamus igitur et quidem constanter Christum habere ali quod dominium naturale quod à nullo acceperit. Hoc est quod Adversarii nostri probare debent. Nam quod ait illum Jehovah vocari, ex sequitur naturalem esse dominum, quam infirmum sit, ex superioribus apparet. Verum, etiamsi illi concedam, quod tanto Patre contendit, Christum vocari Jehovah, num inde sequitur Christum habere dominium naturale? Certe minime, aliàs omnia, quibus attribuitur vox Jehovah, haberent ~~[illegible]~~ naturale dominium. Et negari non potest in scriptura multas res creatas, ut Angelos, aram et Arcam foederis Jehovah vocari. Inspiciantur saltem, ne cæteros attingam, loci Num 10, 36 2 Reg 6 x 2 Ubi arcam foederis vocari

Jeho

Jehovah, si mihi nō credit, consulat sal-
tem Bucerum, Musculum et alios doctos
inter Pretes in Psal 24 v 9.

In ex hoc seqr arcam foederis habuis-
se dominium Naale et esse Deum aeternum.

Locus Joh 16 Omnia quae Pr hēt mea
sunt, si ita strictē accipiatur, ut iste vult, con-
cludat eadem operā, Deum Patrem hēre corpus.
Nam sequenti c. ibidem v 10 dicit Chrs ad Prem:
Et mea omnia tua sunt. Verum hae locutio-
nes nihil aliud, quam summum consensum
scant. Quomodo autē Chrs habeat oīa
quae Pris sunt, explicat ibi dem ephemet c. 13
Tui erant et mihi eos dedisti: Et mox:
Cognoverunt, quia omnia quae dedisti mihi
abs te sunt.

Alter locus est, quē ad suae sententiae confir-
mationē adducit Phil 2. Ubi Chrs aequalis Deo dr.

Hic illud hēt boni, quod locum illum non
ad Substiae, ut alij ineptē faciunt, sed ad qua-
litatum aequalitatē refert, nempē ad Dominatū.
Revera enim ibi Apostolus nō de essentia, sed
de qualitatibus Xti disserit. Sicut vox μορφη
tui di-

indicat, et cum Erasmus annotavit, tum Cal-
vinus et Beza negare non potuerunt
Sed inquit Calvinus et urget Beza, ex aequa-
litate qualitatem, aequalitatem quoque vel
identitatem naturae colligi. Atque hoc falsum
esse nemo non intelligit, multi enim aequa-
les in aliquibus qualitatibus dicuntur, qui
tamen eiusdem naturae non sunt. Pij in resurrec-
tione dicuntur fore aequales Angelis, nimirum
in qualitatibus non in Essentia. Nam An-
geli manebunt spiritus, Pij autem habebunt cor-
pora. Ita laborantes in vinea dicuntur
Mat 20 facti aequales in mercede non in essentia.

Nunc videamus in quibus qualitatibus
fuit aequalis Christus Deo. Explicat Petrus
Act 10 v 38. Pertransijt benefaciendo et sa-
nando omnes oppressos a diabolo. Im-
pravit ventis, mari, et alia insignia fecit
opera, quae nemo praestare potuisset, nisi (ut
ait Nicodemus) Deus fuisset cum illo.

Haec est aequalitas Christi et Dei, et hoc
est ipsius dominium, quo quidem uti poterat
~~pane~~ cum captus, vinctus et crucifixus est,
sed no

sed noluit, se humiliavit &c. Ex ista autem aequalitate non posse concludi Christum naturale habuisse dominium, illud ostendit, quod ubique scriptura, et ipsemet Christus fatetur se haec omnia accepisse a Patre, et virtute Patris omnia esse operatum. Aequalis ergo fuit Deo, vel ut graeca habent verba: aequaliter erat Deo, similia exercebat iis quae Deus facit: Id tamen non probat eum habuisse dominium naturale, et a nullo acceptum. Nam opera divina potest Deus communicare etiam aliis, et Angelis, Principibus &c.

Caetera quae ad loci huius explicationem et Adversariorum sententiae confutationem pertinent, non est nunc necesse commemorari. Erit tempus cum de his agemus ex professo. Et nostri cum haec, tum alia luculenter iam pridem interpretati sunt.

Quod deinde dicit, ex testimoniis a me adductis nihil aliud colligi, quam quod qui dat dominium, alius est ab eo cui dat: falsum est: Nam etiam dominii ratio in utroque

alia est

alia est. Quis enim neget illum minus, aut certe minori cum dignitate esse Dominum qui ab alio accipit, quam qui a nullo?

Deniq; ait locum Rom. 11 à me adductum pertinere tam ad Filium quam ad S. S., non autem ut ego volui, ad Solum Patrem.

R. Scio quam argutiam respiciat. Putat enim cum suis illam Particula per ipsum pertinere ad Filiũ, illam vero in ipso ad S. Sanctũ. Sed indocta et inepta est hæc subtilitas. Nam hæc omnia rectissime Deo Patri tribui etiam ex Adversarijs, qui sunt doctiores, animadverterunt, et similia loca, idem docent. Nam Heb. 2 v. 10 Deus Pater dicitur esse propter quem et per quem sunt omnia. Et ne dubitet ita rem esse legat ibidem Bezam qui Dei Patris Periphrasim hanc esse scribit. Quod autem etiam illud in ipso recte Patri conveniat cum alia multa, tum illud 1 Cor. 8 docet, ubi dicimur esse in Deo Patre. Ex his igitur apparet quam recte et quam solidè suam sententiam defenderit. Post hæc ea aggredi in quibus reprehendit illum quod de una fide ita declamit, ac si hoc fuisset

Apli

Apli in hoc loco presenti consilium, et precipuus scopus. Hic igr tria facit:

Primò nititur ostendere non se contra Apli mentem esse locutum, quia Aptus hortatur Ephesios ad unitatem Spiritus in precipue ad confessionis et fidei unitatem retinendam. At hoc supra confutatum est; nisi igr illa prius evertere, nihil efficiet. Et certe absurdum est idem per idem velle confirmare. Ipsemet fatetur hic poni argumentum. Si ergo ad unitatem fidei retinendam, ab unitate fidei argumentatur, idem per idem probat Aptus. Itaque quaecumque hic garrit, nihil ad rem, et ad ipsius defensionem.

Secundò quaerit, si exhortatio ipsius bona fuit ut ego sum confessus, cur non eum promoverim.

R. Non omnia ubique et a quibusvis dicta promoveri debeant. Nam saepe bonam sententiam turpis et impertinens consultor corrumpit. Notum est Aeschilo et Gellio quid Lacedaemonii fecerint, cum vir improbus bonam dixisset sententiam. Certe

495 Tertio me procaciter flagellat quod varias esse fidei species ostenderim in eoque me inconstantiae et inscitiae accusat

R. Varias esse species fidei nec ipse negare potest, et ego quod dixerim ex scriptura ostendi. Non igitur erraret in eo quod diversas fidei formas esse dixi. Verum iste dicit me hoc non suo loco adduxisse quia cum de unitate fidei disputare, non debet eius multiplicitas declarari, aut certe distinguendum est, quod multiplex est, quod ego non feci

R. Atqui ego ideo haec adduxi ut appareat stultitia ipsius qui tanto clamore et crebris repetitionibus illud identidem inculcavit: Una est fides, quasi hoc praecipue ibi ageret Apostolus. Nam certe si ea fuisset Pauli mens, fidem ibi definivisset, diligenter explicasset, et ab omni ambiguitate vindicasset. Quod quia non fecit, clarum est, ipsi non fuisse propositum ut tunc de fide disputaret.

Causa igitur quod varias scaturas vocis illius

recitari ex S. Lris prima fuit, ut istius
Declamatoris inscitia annotaret, altera
ut appareret ibi Apostolum non ex professo
disputasse.

Quod vero inscitiam mihi impingit,
quasi nescierim inter fidei species distin-
guere, et confusos Auditores reliquerim;
fecit ut occasionem in me deblatterandi ha-
beret. Ego quaenam esset illa fides una,
de qua loquitur Apostolus satis clarè ipsis sa-
crarum literarum verbis ostendi, et cui fuit
mens et intellectus potuit scire, quaenam
esset illa fides, quam unam Apostolus ibi vocat.

Post haec consilium in eundem in religione
concordiae ab illo propositum reprehenderam.

Primum quod sua proferendo sententia, alio-
rum damnasset.

Secundo quod stulta credulitate sibi persua-
sisset hoc ipsius consilium omnium in religi-
one consensum statuit.

Tertio ad poenam post 40 annos transylva-
nis infligendam, ni ipsi paruissent, pronunciasset.

Ad pri

497

Ad primam rephensionem duplex respondet
Primum negat se alios damnasse, imo gra-
tiarum actione pollicitum esse, meliora suadentibus.
Quo haec bona fide dicat, viderit, certe
Auditores eius affirmant, haec ab illo esse
niter caetera prolata: Nem ugy mint David
Frantz ideieben

Deinde cum aliud putet esse consilium
sequendum, quod quod tunc observatum fuit
an non tacitè damnavit illud, etiamsi
nihil esset locutus?

Secundò defendit consilium suum Authori-
tate Beza, ex quo ipse illud desumserit.
Hic igitur quid in illo requirendum audiat.
Primo si fuit alterius hoc consilium, quare
pro suo vendicavit? Ita enim locutus est
suggesto: Etsi sim minimus et indoctus,
tamen quid mihi placeat scabo. Et si plaga-
rius et arrogans esse noluisset, debuerat
in hanc sententiam loqui: mihi probatur
illius docti aut illorum prudentum sententia,
qui hoc et hoc suadent: recte scripsit Euripides
— λόγος γὰρ ἐν τ' ἀδεούντων ἰὼν
κἀν τῶν δονοῦν, τῶν αὐτὸς οὐ ταὐτὸν δεν
Tort

Fortasse quod in ore ipsius ridiculum apparuit: nomine eruditi propositum speciosius fuisset visum.

Deinde ipsemet fatetur se non omnia quae Beza suadet, dixisse. Manet ergo propositum consilium.

Denique prudentis est, diligenter videre, an quod alicui convenit, omnibus conveniat. Scripsit Beza Germanis et Gallis, ubi Academiae, ubi Doctorum virorum copia et honor, ubi quae suadet exequendi ratio commoda. Videndum igitur erat, an haec omnia eodem prorsus modo Transylvanis competerent: et an ista perficiendi, ea hic, quae alibi adesset, facultas.

Ad 2dam reprehensionem nihil respondet, sed eam alio detorquet; Putat enim me reprehendere punitionem improbor, atque ideo me dixisse, quod supra Christum sapere voluerit. Ac si Christus neget ipse vero asserat Haereticos esse puniendos. Sed in omnibus deripit. Nam quid in illo reprehenderim, illa mea verba declarant: Iste autem putat, ubi collocutores ipsius statuerint formam fidei, fore statim omnium

in do

499 in doctrina consensum. Hæc ego.

Et quia hanc ipsius fuisse mentem, illud ostendit, quod dissentientes voluerit occidi. Et sublatis dissentientibus, soli remanebunt concordes. Et ita ipsius opinione eadem ubique regnabit confessio.

Hanc persuasionem esse futilem, et vanam ostendi ex parabola Christi, qui dicit, Zizania ad consummationem usque seculi duraturam. Hæc est mens et sensus verborum meorum.

Neque vero illum ideo dixi supra Christum sæpe voluisse, quod Christus prohibeat, ipse iubeat interfici hæreticos. Sed quod Christus negat se articulos temporum et momenta nosse, sed solum Patrem Marc 13. Ipse autem definivit certe exitus Transylvaniæ terminum exacte. Quia igitur hic garrit, de puniendis hæreticis, extra oleas sunt. Neque enim de eo quærebatur; Et ego fastus sum falsos doctores non esse tolerandos.

Quod denique hic noster Marchalpho suspendi damnato comparat, facit suo more, hoc est procacitate et scurrilitate

Sed

Sed videat, ne nunc hoc mel in ore, sed aliquando in ventre evadat.

Me Marcholpho ideo comparare, quia nullam concordiae rationem proposuerim. Sed facilis est responsio. Illud quod in ipso reprehendi committere nolui. Illum ideo culpo, quod intempestive proposuerit modum ineundae concordiae, quo modo ego ea de re disceptassem? Det Deus eam mentem Illustrissimo Principi et aeptius Consiliarijs, ut haec aliquando serio curent, tum videbit iste gloriosus miles an ita sim meticulosus ut vix hiscere audeam, et an sapientiae aeptius obsistere queamus.

Tertiam reprehensionem a me confictam esse impudenter calumniatur. Nihil enim tunc vulgatius Claudiopoli fuit; ita ut etiam pueri passim in plateis dicerent, Pastorem quendam dixisse, quadraginta annis duraturam Transylvaniam. Hic igitur ad omnes Auditores ipsius, et ipsius conscientiam provoco. Quaeni

501

Quae in quarto argto scribi sunt
tm conviciis. Nam quod dixi Apostolum lo-
qui de baptismate Ephesiorum, verissimum est.
Scribebat enim ad Ephesios, et eos ad con-
cordiam hoc argto hortabatur. Neque ve-
rò hoc asserendo negari, aliud fuisse ba-
ptisma Galatarum, Romanorum Corinthiorum et
caeterorum. Sicut qui dicit unam esse in
Anglia fidem, non negat tandem alibi quoque
dicere... Hic igitur nullum habet os quod rodat.

Quod autem ostendi plura esse baptis-
mata, non ideo feci, sicut iste negatur,
ut vel Apto vel mihi contradicerem; sed
sicut supra dixi, ut ipsius stultitiam ostende-
rem, qui ita de fide et de baptismo est
locutus, ac si Apto de his praecipue fu-
isset propositum disserere. Ergo quae hic
mihi impudenter objicit me unam dixis-
se fidem, et mox idem negasse ro. nihil
habent contrarietatis, ut inculcare saepe
et declarare. Et si quid ea in re peccatum
est, liti et cum scriptura; nihil enim
dixi, quod non clarissimis testimonijs con-
firm

firmarim et demonstrarim.
Si illius loquacitatem et petulantiam imitari vellem, non deessent mihi quibus illum depingerem: sed valeat.

In postremo argumento duo mihi objicit, atque ut ipse ait, meo me jugabit gladio. Unum, quod in illud impegerim quod ipsi vitio verti. Nam ipsum reprehendi quod absolute de fide disputavit, et tamen ego idem feci in hoc postremo argumento. Alterum, quod sicut absolute hic de Uno deo agitur; ita etiam de fide, baptismate et caeteris, quod ego negavi.

R. Quantum ad primum, facilis est responsio. Nam primum, etiamsi extra propositum hic disseruissem; tamen petivi veniam ab Auditoribus. Quo ipso latentes scavi me aliquantum ab Apli verbis declinaturum. Secundo oportuit me Adversario respondere, cui si licuit extra propositum in nostram confessionem de bacchari, eam et ego extra propositum potui defendere. Etsi autem negaret se quidquam contra nos disputasse; id tamen falsum esse omnes testantur.

Nam et

503

Nam et primis ipsius verba Trinitas fu-
erunt, et in tractatu ipso, de Filij et S. Sancti di-
vinitate contra sententiam nostram saepe locutus
est. Tertiò possum me ipsius Apli aucto-
ritate defendere. Nam cum extra argumenta
nude proposuisset; Unus Dnus, una fides &c.
hoc postremum non ita simpliciter protulit, sed addidit
explicationem, et in laudem unius Dei expatiatus est.
Licuit ergo etiam mihi latius de Uno Deo disserere.

Quantum ad alterum attinet.

R. Non esse eandem huius argumenti postremi
rationem, quae fuit superiorum. Cum enim hoc in ul-
timo loco esset positum, incipit postea fusius de
ea loqui Apostolus. Scimus autem id solere scri-
ptores observare, ut de quo latius disserere
volunt in postremum reijciunt locum: quod et
iste supra fecit in examine epistolae meae.

Deinde si absolutè agere, idem putat
scire, quod ex professo disputare, et pro prae-
cipuo scopo habere, falsum est, de Deo uno hic
absolute agi. Nam in eo uterque nostrum
convenit, argumentum ultimum his verbis proponi

ab Ap

ab Apto. Argumentum autem ad aliud probandum assumitur, et servit conclusioni. Conclusio vero diversum quid est a medio seu argumento, ut definitio Syllmi ostendit. Et hoc est quod semper affirmavi, hic praecipue ab Apostolo disseri de concordia, ac proinde ea quae ad probationem afferuntur, non pro praecipuo scopo esse habenda.

Si objiciat, hic me de Uno Deo disseruisse, iam ad hoc responsum est in praecedenti objectione. Sin autem dicat, hoc se velle, quemadmodum hic dicit Unus Deus esse omnium: ita etiam colligendum esse, unam fidem et baptisma esse omnium.

R. Hoc non esse contra me. Nam clarè dixi in Concione mea, fidem illam, quae populum Dei reddebat et cunctos fideles conjungebat, esse unam. Inde tamen non sequitur voluisse Apostolum hic ex professo de fide disputare.

Quod autem objicere posset me dixisse ad baptisma Ephesiorum respexisse Apostolum, ad hoc iam respondi, me hoc dicto non exclusisse caeteros Christianos ab hoc baptismate, sicut neque a fide communi. Ex quibus apparet

non me

non me praebuisse, sed istum arripuisse plumbeum aut nullum gladium, quo me jugulare frustra contendit.

Jam tandem veniamus, ad ea quae contra Trinitatem adduxeram, ut appareat omnibus quam dextrè meas iste obiectiones diluerit.

Initio dixeram, eos qui Trinitatis dogma in dubium vocant, naturae ductu ad ambigendum impelli, cui repugnat, ut unum et multa de eodem simul verè dicantur. Hoc iste arripit, et tria inde elicit: Primum nostrae fidei et Theologiae fundamentum esse hoc axioma: Quicquid naturae repugnat non esse credendum. Secundum, naturae lumen reprehendit, et illud cum Theologia pugnare affirmat. Tertiò quod ego quendam fidei ar~~gumentum~~ticulum naturalibus argumentis comprobare et illustrare, tanquam grande crimen objicit, vel potius exagitat et deridet.

Sed haec, ut uno verbo dicam, sunt falsissima. Nunquam enim nos fidei nostrae fundamentum naturae ductu, aut in omnibus sequendum; sed verbo Dei scripto firmiter adhaerendum esse confugimus. Et certè Trinitarij, si lacunas humanae

humanarum traditionum relinquunt, nunquam Triadem suam ex puro Dei verbo confirmabunt. Illud non nego a nostris dictum esse, Trinitatem sicut cum verbo Dei, ita cum recta ratione pugnare. Sed hoc non esse reprehendendum, cum ad 2dam Calumniam respondebo, patebit.

Sed iste dicet: Se ex meis verbis, hoc esse nostrum axioma, elicere.

R. Malum et malignum elicit; non enim ita dixi: Si quaeram, aut quaeramus; sed indefinite sum locutus: Si quaeras. Quod non minus nobis, quam cuivis convenire potest. At quod sub aliena persona aut certe indefinita profertur, certe alicui alligare et indocti et Calumniatoris est.

Deinde non potest negare inter ipsos Trinitarios gravem esse quaestionem, quomodo Tria sint unum et unum tria.

Quaero, unde nata est haec quaestio? Non ex scriptura. Quia ipsi dicunt, scripturam docere Trinitatem. Ergo ex eo, quia insita divinitus ratio homini, dictat hoc esse impossibile et absurdum. Ecce ergo fontem dubitationis.

At hinc elicere fundamentum religionis alicuius esse illud, unde ad dubitandum impellitur:

stolidi est

507

stolidi est. Aliâs nemo esset, qui pro fundamento religionis non haberet naturæ ductum; nemo enim est, qui ad multa in religione in dubium vocanda non à ductu, et cursu naturæ impellatur. Sed postea cognoscit aut naturam non pugnare cum verbo Dei, aut plus esse fidei habendam verbo Dei, quam cuivis specioso argumento.

Illa verò quæ iste commemorat à nostra confessione aliena, non ideo damnamus, quia naturæ, sed quia expresso Dei verbo repugnat.

Quod ad secundum attinet: Falsum est, naturæ lumen cum Theologia semper pugnare, et illud simpliciter repugnandum esse, etiam in religionis articulis. Nam Christus omnia fere Christianæ religionis mysteria similitudinibus à natura ~~ductis~~ sumptis declaravit. Unde patet rectam rationem et naturam non pugnare semper cum veritate Theologica. Quin Paulus A. magnum illum nostræ religionis articulum, resurrectionem corporum, naturalibus exemplis declaravit et illustravit.

Certè non ultimus nostræ ætatis Philosophus Andreas Cæsalpinus hæc quodam in loco scribit: Semper duxi veritatem in Sacra

in S. Theologia patefacta, nequaquam repugnare veritati, quae est principijs habetur in Scientijs. Haec ille. Cui dicto magna subesset ratio. Nam et Theologia et recta ratio vera docet. Verum autem vero non repugnat. Deinde utriusque auctor est ipse idem Deus, qui sibi ipsi non repugnat.

Si igitur ista aliquando nobis contraria videntur, nostram potius infirmitatem agnoscamus, quam ut unam veritatem cum altera pugnare credamus. Interea tamen illud semper sequendum est, ut veritati patefactae potius quam acquisitae adhaerescamus. Sed si utrumque conspiret hunc consensum amplectamur. Neque ad hanc sententiam evertendam quicquam facit locus Judae Apostoli: ibi enim non usum rationis naturalis, sed abusum damnat, ut verba ostendunt. Qui nique in ijs, quae naturaliter sciunt corrumpuntur, (vel) sese corrumpunt. Sicut et Paulus Rom. 1 non ideo reprehendit gentes quod per rectam rationem Deum cognoverint, sed quod cognitum non celebraverint, neque coluerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis. Antequam autem ad tertiam obiectionem

Veniam, hic respondebo cuidam istius argto,
quod hic in fercit quo probare vult. Xpm Juda
Chrm esse solum Deum. Ita enim loqr Apost.
Solum illum Herum Deum et Dominum nostrum
Jesum Xtm negantes. Ubi hæc omnia de Chri-
sto dici affirmat. Sed unde probat? Nos enim di-
cimus illa verba: Solum illum etc. de Prædi-
ci, quod postea subjicitur, de Chro. Confir-
mabit hoc, puto ratione à Beza adducta,
quia unus est articulus utriqz clausulæ ser-
viens. Et hæc observatio ut puerilis, ita
nullius est momenti. Nam infinita exempla
possumus adducere, ubi etsi unus est articulus
pluribus clausulis serviens; tn de rebus di-
versis sit mentio. Ne longe abeam, eiusdz
Epist. xi. Unus est articulus, qui et θεω πατρι
et 1168 Χριστω oppositus est. Et tn ista
no de eodz dici, qui eis videt: vide similia
exempla 1 Tim 5 v 21 et 6 v 13.

Deinde quam sit hæc observatio firma ibi-
dz ille ipse in annot. ostendit. Ait enim in Com-
plutensi ~~[illegible]~~ codice sic locum hunc legi:
τὸν μονον θεον καὶ δεσποτην τον
Χυριον ti quibus subjicit: Qua lectio
melius

melius etiam confirmat omnia hæc de Christo
dici. Hæc ille. Quid isti facias, qui ex contra-
riis idem elicit? Nam primum ex eo confirmat,
hæc de Xto dici omnia, quia unus utrique clau-
sulæ articulus proponitur. Paulo post adducit le-
ctionem, ubi utrique clausulæ addit peculiaris ar-
titulus. Et addit: Hinc etiam illud ipsum colligi.
Certè si prior ratio vera est, posteriorem falsa
esse oportet. Sed horum sensui subiecta est
scriptura, ut dicat, quod apti volunt. Nunc
redeamus ad propositum.

Quod ad 3tium istius Corollarium attinet
Ego A.D. 1592 cum die Natali Dni agerem
de conceptione Dni nri Jesu Xti, ezi.

Primum quidem affirmavi hoc sola fide
credi et apprehendi debere. Et enim si cre-
dimus mundum ex nihilo conditum esse adeo,
longe facilius credere possumus et debemus
Jesum conceptum ex S. Sancto sine semine viri-
li, quod longe minus est. Et qui de hoc du-
bitet illum errare nescientem scripturas, neque
potentiam Dei. Quibus subiecti: Etsi me sci-
re, pijs sufficere verbi Dei testimonium, tum
nemo

nemo in malam interpretetur partem, si aliquot
exemplis et argumentis naturalibus hunc fidei
articulum confirmavero. Ita enim et pios in u-
nitate magis confirmandos, et haesitantes falsam
opinionem abiecturos esse. Hac usurpatione
enumerari aliquot exempla ex diversis scri-
ptoribus, non illa tantum quae iste mala fide refert,
sed longe plura. Postremo attuli prophetias
quibus haec conceptio iam olim praedicta fuit.
In quo meo discursu, quid est quod quis sanus
reprehendere possit? Nam firmissa argumenta
ex verbo Dei petita primo et postremo loco
posui, in medio a naturalibus petita ut in fir-
miora recitari.

Neque vero me quicquam peccasse, quod cum
de hac materia disserui exempla ista naturalia
adduxi; Unus et solus, ne alios commemorem
Lactantius testatur, qui lib 4 c. 12 cum de
hac ipsa quaestione disseret, haec scribit:
Quod si animalia quaedam vento aut aura conci-
pere solere, omnibus notum est: cur quisquam
mirum putet cum Spiritu Dei, cui facile est
quicquid velit, gravatam esse virginem di-
cimus? Haec ille. Nunc pergamus. Primum

Primam meam quaestionem, quia non intellexit, ideo neque solvere scire. Explicabo igitur paucis mentem meam. Dixi me mirari, cur audeant dicere personas tres, et horrent Deos tres? cum tamen quo jure illud dicunt, hoc etiam dicere debeant: quae est enim causa, quod dicunt tres personas? Certe non alia, quam illis rebus distinctis tribus: Patri Filio Spiritui vocabulum personae seorsim unicuique tribuitur. At qui in quam ego, eadem ratione vocabulum quoque Dei singulis distinctae tribuite: Ergo sicut illud invehit pluralitatem personarum, ita hoc quoque Deorum.

Volui igitur scire, cur illud valeat, hoc non valeat? Sentus ergo quaestionis meae est: Sicut vox persona tribus illis: Patri F. Spiritui tributa multiplicatur; ita etiam vox Deus, iisdem attributa multiplicari debet. Neque enim video, cur unitas tre repetita ternarium numerum non efficiat? Et hoc ipsi bene vident in vocabulo persona; videre autem nolunt

in vocabulo

in vocabulo Deus. Hanc fuisse mentem meam
illa mea verba ostendunt: Et quo iure di-
cunt dicunt personas tres, eodem debent dice-
re tres Deos. Neque etiam illa ratiocinatio
quam ex verbis meis construxit adeo est ridi-
cula ut iste putat: Personae sunt tres.

Personae quaelibet est Deus, Ergo:
Dij sunt tres.

Nam quamvis termini videantur esse mutati;
tamen si sensum non verba spectes, nulla est mu-
tatio. In Minore enim vox Deus collective
ponitur, quod syncategorema quaelibet osten-
dit, et vi ac sensu plurale est, quamvis
voce singulare. Atque ut hoc verum esse
appareat construam similem Syllogismum, quem quo
ad sensum esse verum, ne ipse quidem negabit,
opinor. Pater Filius et S. sunt tres.

Et quodlibet hominum Pater F. et S. est Persona E.
Personae sunt tres.

Vides Conclusionem esse bonam. Sed dicet se
alio non hoc Syllogismo colligere personarum
pluralitatem. Sit ita; interim tamen manet, neque
hanc coll

hanc collectionem esse absurdam, saltem quoad sensum. Et qui par illi est, quem iste derisit. Sed ad rem. Sensus quaestionis meae est:

Persona tribus rebus distinctis attributa ternarium efficit numerum. Ergo etiam Deus iisdem rebus attributus, eundem numerum efficit. Si non est ita; reddant rationem diversitatis, et ita satisfacient meae quaestioni.

Postea ubi propius accessissem, et manu ut aiunt ulcus tetigissem, statim Satan in isto demonstravit quam moleste ferat sua mysteria patefieri. Nam in blasphemias et horrenda convitia prorupit. Recordor illius immundi spiritus, quem cum Christus e puero exire iuberet, torquere et discerpere miserum hominem coepit Marcus. Ita isti cum vident sua sacra in lucem protrahi bacchantur et insaniunt.

At Ô boni quid furitis? Num illa quae ego commemoravi non sunt in vestra Trinitate? Sed dolet vobis, quod illa in vulgus ita nuda et simplici oratione

non

5.16

non autem ut vos soletis, palliata et lar-
vata produxerim. At ô boni simplex est
veritatis oratio, et quod verum est, etiam pul-
chrum est. Ego simpliciter quod res est narravi;
si turpis est non ego eam turpem effici, qui
narravi tantum quid credatis, et quid aliis
credendum proponatis. Si verum est dogma
vestrum, cur pudet vos illud palam fateri?
Et si bonum est, cur invidetis eius cognitio-
nem plebeis hominibus?

Sed jam videamus quid ex iis quae
dixeram neget, et quomodo me refellat.
Ubi ergo illa recensui, quae in Trinitate
esse, ne ipsi quidem negare possunt, addidi:
Quo iure dr Trinitas ob tres personas;
eodem dicenda est, propter tot partes decas tricas.

Vis meae huius rationis in hoc consistit,
quod sicut tres distinctae personae Trinitatem pa-
riunt: ita etiam plures partes distinctae
pluralitatem invehunt. Non enim magis
differunt inter se illae personae, quam partes
à ne com

à me commemoratæ, imo in his major est diversitas. Nam magis differt anima humana à corpore, quam persona Patris à S. Sancto. Nam anima humana est æterna corpus corruptibile. Æternum autem et corruptibile differunt plus quam genere, quod de personis divinis ipsi non concedunt.

Deinde magis differt æterna divinitas à tota humana natura quam cœlum à terra. Et inter personas non est tanta, ut ipsi ajunt, discrepantia. Præterea magis differt mens à sensu, sensus ab anima vegetativa, quam una persona ab altera; ~~At inter personas non est tanta~~. Denique caro magis differt ab osse quam Pater à Filio vel S. Sancto. Quæ cum ita sint, dixi: Si personarum distinctio efficit Trinitatem, ergo distinctio tot rerum pluralitatem efficiet. Atque ut in forma syllogistica, quod dico comprehendam, ita arguor: Si minus discrimen efficit numerum, majus discrimen magis efficiet. Et minus discrimen in Trinitate efficit numerum. Ergo majus magis efficiet.

Triumphus

517 Assumtum probo, quia minus est discrimen perso-
narum quam rerum antea a me commemoratarum,
et tamen illarum distinctio numerum gignit ternarium.
Unde sequitur necessario, ut si personae numerum
pariunt, partes illae Trinitatis commemoratae,
multo magis pariant.

Hanc vim argumentationis meae quia vi-
dere non potuit ideo ad eam nihil respondit.
Sed quae respondit consideremus: Ait:
Si mea argumentatio vera esset, me quoque
non fore unum.

R. Ego sum unum compositum ex
diversis partibus et naturis constans.
Si talis est ipsorum Deus, et ille erit com-
positus, quod Paulo post negat. Ego pro-
pter partium diversam naturam non di-
cor sim plex: Ergo nec illud quod vo-
cant Trinitatem, poterit dici sim plex,
si vult eandem esse Trinitatis, et mei rationem.

Deinde non sequitur, si ego sum unus,
propterea etiam illa omnia quae in Trinitate
sunt esse unum. Nam longe plura et pugna-
tiora sunt in Trinitate quam in me. In Tri-
nitate enim est tota humana natura, et lon-
ge plura alia, quae difficilius coalescere
possunt

possunt, quam ea quae in me sunt.

Hoc eodem in loco ait me esse blasphemum, quod Patrem Filium et S.S. negem esse tres. Quid non dixi hunc insanire? Certe non existimo ipsum scire quid hic dicat. Ego enim unquam negavi illa esse tria? Nisi si neget tria qui affirmat decem, centum, mille &c. Hoc enim est quod urgeo: sicut propter illa tria in Deo Trinitatem statuunt, debere etiam pari jure eosdem statuere decadem, tricadem &c. Neque unquam inter nos controversia fuit, utrum Pater et S.S. sint tria? Hoc enim nos rectius et constantius fatemur. Dicimus enim revera esse tria et a se distincta, nec hic tantum certe alium, ut vos loquimini, sed aliud.

At Trinitarii nunc affirmant, nunc negant, modo unum dicunt esse tria, modo tria unum: Nos vero semper dicimus ista tria esse tria et nunquam unum in essentia. Non ergo quaestio est, utrum illa sint tria; sed an illa tria sint una essentia, et unus Deus. Quod nos pernegamus, Trinitarii probare debent. Sed probat ille, quia Tripsit Joh. tres testes esse unum. Egregia probatione.

Ostendit ibidem

519

Ostendit ibidem Apostolus, quomodo sint unum, in testificando nimirum. Nam et Pater testatur, Jesum esse Christum seu filium suum (de eo in Joh. ibi disserit) Et filius hoc idem tum factis tum verbis testatus est. Et S. Sanctus in Apostolos effusus idem testatus est. Ergo in hoc unum sunt. Et possunt mille testes hoc modo unum esse.

Sed an ex his sequitur Deum unum esse tres illos testes? Hanc scrutus Dialecticam, sic colligam: In coelo sunt mille Angeli: innumerae stellae, sphaerae plures quae de omni Potentia Creatoris testificantur et in hoc Unum sunt ac consentiunt. Ergo mille Angeli, innumerae stellae et sphaerae plures sunt unus Deus. Certe non est dissimilis argumentatio istorum: In coelo sunt tres testes consentientes, ergo tres isti testes sunt unus Deus.

Tertia mea obiectio fuit: Trinitarios nunquam effugituros quin ipsorum Deus sit Compositus, ubi autem Compositio ibi Partes, ubi Partes ibi Prius et Posterius. Nam partes priores sunt toto, si non tempore certe natura et ratione. Ex quibus meis

verbis

verbis duos ille format Syllogismos:
Prior est: Ubi est compositio ibi et partes, Deus vester compositus est. E. in Deo vestro sunt partes.

Huius minorem negat, sed quam vere videndum est. Hoc igitur extra controversiam est, ipsorum Deum esse Trinitatem. Ita enim loquitur Athanasius (quem Orthodoxum esse Patrem habet et sequitur) in Symbolo: Fides autem Catholica hac est, ut unum Deum in Trinitate et Trinitatem in unitate veneremur. Si ergo ostendere possum in Trinitate compositionem: ostendere Deum ipsorum esse compositum. Probo igitur in Trinitate esse compositionem:

Primò Ubicunque rerum diversissimarum et toto coelo distantium est conjunctio, ibi est compositio. Et in Trinitate rerum diversissimarum creatoris et creaturae et toto coelo distantium, ~~est conjunctio~~ aeterni et corruptibilis est conjunctio. E. in Trinitate est compositio. Argum

Secundò Ubicunque est integer homo ibi est compositio, At in Trinitate est integer homo. Ergo In Trinitate est compositio. Argum

Haec ita

521

Hæc ita sunt clara, ut si quid istorum aliquid neget, Solem e mundo et veritatem e pectoribus hominum evellat. Viderit igitur qua fronte neget Deum ipsorum esse compositum.

Tertiam probationem ipse proponit ex meis verbis: Christus est compositus.

Ipsorum Deus est Christus. Et ipsorum Deus est compositus.

Majorem negat, sed frustra. Aut neget hominem esse compositum. Præterea componitur ex natura divina et humana. Sed iste negat Christum esse compositum ex istis naturis. Neget ergo eadem opera in Christo divinam et humanam esse naturam, ac utramque in Christo esse distinguendam.

Si enim in Christo utraque est natura, et quidem ita ut neutra debeat confundi, sed una ab altera distingui, et tamen utraque unam efficiat personam, equidem non video nec quemquam intelligere posse persuasum habeo, quomodo ex his duabus naturis Christus non sit compositus. Sed audiamus ipsius rationes.

Primo negat esse Christum ex illis naturis compos

compositum; quia scriptura nunquam ita loquitur.

R. Verum est ac proinde neque Trinitarii ita debebant loqui. Sed dicat iste se non ita loqui. Et frustra. Nam quid interest utrum dicas aliquid, an talia affirmes, ex quibus necessario id sequatur.

Dicunt in Christo esse divinam naturam et in eodem humanam. Deinde illas non esse confundendas sed distinguendas in eodem subiecto. Hoc quid est aliud quam affirmare Christum compositum esse ex duabus his naturis? quomodo ergo scriptura loquitur? Ait: Deum esse manifestatum in carne.

R. Deus Pater in carne h. e. infirmis et abiectis coram hominibus suam gloriam et potentiam declararit. Hoc nihil ad duas Christi naturas. Deinde dicit: Deitatis plenitudinem habitasse in Christo corporaliter.

R. Aliud est habitare in aliquo et aliud idem esse cum eo. Deus in multis rebus habitare dicitur; neque tamen illae res constare ex sua et divina natura dicuntur.

Haec ergo nihil ad rem.

Secundo

1523 Secunda istius rão ē: quia Deitas Chri, non constat ex humanitate tanquā ex parte sua. q. Deus non est compositus.

At διαλεκτικότατε non erat quæstio de Deitate Chri; neq; major Syllmi hoc continebat: sed de toto Chro agebatur:

Tu affirmas Deitatē Christi nō esse compositā:

Ego dico Chrm esse compositū.

De cæpis quæsitus respondes de allijs.

Eodē argto neges hominem esse compositū, quia mens illius nō est composita. Hæc igr omnia ἀτοπος διονυσα.

Alter Sylls quem ex hac mea obiectione format, est hic:

Ubi sunt partes ibi est prius et posterius.

Nam partes priores sunt toto: si nō tempore, certe nāa et ratione.

In Deo vestro sunt partes. q. in Deo vestro est prius et posterius. quod valde absurdē

Majorē huius Syllmi negat. At certē nonnisi summa cum impudentia et nescitia. Quis enī nescit, aut nō audivit:

Partes

Partes esse toto priores? Convertat quis primum oculos in arte facta, unde cursum naturae nos venari saepe docent sapientes. Priores sunt partes domus, clavis, navis &c. ipso toto. Idem natura monstrat. Partes hominis prius generantur toto, prius cor, cerebrum, et epar, quam totus homo. Prius truncus, quam tota arbor &c. Hoc idem ratio docet. Nam partes sunt causae totius, sunt enim causae naturalis. Quod si non credit ut est os hominis, credat saltem Aristoteli hoc affirmanti 2 Phys auscul tex 31.

Omnis autem causa prior est effectu seu composito naturae. Ergo partes priores sunt toto naturae. Hoc cum certissimum et notissimum sit; invenit tamen iste adversum hoc argumentum Herculeum, ait enim:

Relata sunt simul natura
Partes et totum sunt Relata E.
Partes et totum sunt simul natura.

Minor si proprie loquamur, falsa est; quod

525

Quod ex eodem principio, quo iste usus est
probo: Nam totum potest referri ad partes
dupliciter:
Primo ut respiciat aliquam, vel aliquas saltem
partes; Et sic totum et partes non pos-
sunt esse relata, quia non sunt simul
natura. Nam partes sunt priores, ut per
definitio prioris indicat. Illud enim est
prius natura, quo sublato tollitur aliud, sed
quo posito non ponitur aliud. Et parte
vel partibus quibusdam positis, non
ponitur totum; sed sublata parte, vel
partibus tollitur totum. E. partes sunt
priores toto naturâ
Secundo totum potest referri ad
partes omnes simul sumptas. Et neque
totum et partes sunt relata. Nam
Relata sunt res duae distinctae et à se-
invicem ~~distinctae~~ separatae, quorum alterum
fundamentum, alterum vocatur terminus.
Quae etsi mutuo auxilio stant, tamen quam-
diu sunt, separata et distincta sunt, ut
vel

vel Pris et Fly; Dni et Servi, quae omnium confessione vera sunt relata, exempla ostendunt.

Denique quid est vulgatius, quam relationem esse inter duo? At duo non sunt quae distincta non sunt. At totum et partes omnes simul sumtae non sunt distincta aut duo, sed idem prorsus, neque seorsim esse, imo secundum quosdam ne cogitari quidem possunt. Quare totum et partes omnes simul sumtae, relata esse non possunt.

Praeterea Relativorum ea est natura, ut nunquam de se invicem praedicentur, unde inter oppositionis species numerantur in Postpraedicamentis Relata. At totum et partes omnes simul sumtae de se invicem praedicantur, neque inter se opponuntur. Unde apparet ista non esse relata.

Denique qui subtiliter mente sola, seorsim considerant totum et partes omnes: dicunt partes vicem gerere materiae,

totum

527 Totum Formae. At scimus materiam esse natura priorem Forma. Ex quibus omnibus apparet partes priores esse toto materia, nec etiam totum et partes esse relata, ac si quis aliquando ita loquatur, vel locutus sit, improprie hoc fieri.

Haec cum tam clara et vera sint, ut qui neget non rationibus persuaderi, sed verberibus cogi ad assentiendum debeat; tamen iste his verbis mihi hic insultat:

Oblitus es ne aut nunquam didicisti boni Zabarellae male discipule, Relata esse simul materia, maxime quae vocantur Relata secundum esse? Aut non succurrebat totum et partes Relata esse, et quidem secundum esse? Nunc ne debeo te in suggesto docere principia Dialecticae? Si ignoras Principia Dialectica qui sex fere annis Professor fuisti Dialecticae in Schola Claudiopolitana, qui totum Zabarellam ebibisti, qui in Italia prope nihil aliud

didicisti

didicisti, quam Parvam Physicam et Logicam, quomodo non ignorares fundamenta Theologica et Dei mysteria, quae nunquam ex Professo didicisti? Ecce vobis Claudiopolitani scientissimum vestrum Magistrum. Ecce vobis Doctores Adversarij Episcopum, acutissimum vestrae fidei defensorem. Haec ille.

Quibus verbis non tantum inscitiam et peregrinationem mihi objicit verum etiam Doctorem se meum constituit. Pauca igitur de me et illo mihi hic dicenda sunt.

Ego per integros tres et dimidium plus minus annos peregrinatus sum in exteris regionibus. Genevae vixi per annum cum dimidio, tantumdem aut paulo plus Patavij, reliquum tempus in itinere, et lustrandis Germaniae Galliae et Italiae urbibus, et locis celebrioribus absumsi. Toto autem hoc tempore Amplissimus Senatus Claudiopolitanus ducentos mihi et sexaginta florenos subministravit. Redij non contemnenda librorum supellectile instructus, nullo aere alieno obstrictus: et Dei beneficio

ita redij

ita redij ut nec me peregrinationis meæ,
nec Claudiopolitanos impensæ in me pecuniæ
vel pudeat, vel poeniteat.

Conferat nunc iste, cum hac mea, pere-
grinationem, qui in Germania ubere et
ad vivendum faciliori, quam est Gallia vel
Italia, regione biennio defedit, et a nostro
saltem senatu accepit circiter florenos
sexcentos. Uter nostrum magis sit in
Patronos gratus, omnes vident: uter re-
dierit doctior, iudicent alij. Ego certe
illi eruditionem non invideo, neque ipso pla-
gistro egeo, eguit ipse aliquando me et
possum hodie multos meos discipulos dare
qui ipsum dialecticam docere possint.

Itaque antequam ex suggesto me
dialectica principia doceat, discat gram-
maticē loqui. Nam in primis dedica-
tionis verbis, ista leguntur: En misi
M. D. sicut iussus sum responsionem me-
am, seu Apologiam, quam si pateris, quan-
doquidem SVO iussu concio Claudiopoli ha-
bita a me est, Tuæ Magnificentiæ dedico.

Hæc ibi

Hæc ibi, ubi quam latinè imò Grammaticè posuerit illud SUO interroget et discat ex Pagi alicuius Ludi Rectore, saltem in limine metam turpiter impegisset. Notum enim est illud Pindari — ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. Iste tamen est, qui omnem sibi Theologiæ Philosophiæ, linguæ Hebreæ et Græcæ cognitionem arrogat, qui nos in fine sui scripti indoctos et omnium bonarum artium rudes esse affirmat. Sed verum est, Vasa inania semper magis tinnire.

Nunc redeamus ad Syllogismum. Majore igitur quæ clarissima est negata, eadem prudentia et sapientia minorem quoque negat. Sed frustra ut supra ostensum est. Et frequentes illæ ipsorum voces Tota Trinitas idem probant. Nam certè totum non dicitur nisi quod ex partibus compactum est. Cum ergo dicunt Totam Trinitatem, sciant illam habere partes; At si Trinitas habet partes, certe ipsorum Deus, ut supra declaratum est.

Quarta mea obiectio fuit, quod in Trinitate aut nunc aliquid est superflui

aut olim

531

aut olim aliquid ei defuit, in tempore enim illi accessit incarnatio.

Ad hanc responsurus dicit accessionem fieri dupliciter, vel ut perficiat essentiam, vel ut aliquem praebeat usum. Verum haec distinctio vitiosa est, non enim habet membra oppositia. Et si quis ostendat aliquid praebere usum, eo ipso non probaverit illud non perficere essentiam. Multa enim et perficiunt essentiam et praebent usum aliquem. Ideoque ostendere incarnationis usum non est demonstrare illam nihil ad essentiam pertinere.

Sed ut appareat meam objectionem non esse solutam, illius sensum et vim clarius explicabo. Constat, nunc aliquid esse in Trinitate, quod ante mille sexcentos annos non fuit. Ergo illi aliquid accessit et in eo convenimus. Illud quod accessit aut pertinet ad substantiam Trinitatis, aut non. Si pertinet ad substantiam, aut illam afferit perfectiorem aut non. Si perfectiorem: Ergo antea aliquid substantiae Trinitatis defuit. Si non, e. frustra ibi est.

Neque hic illa sua distinctione effugiet, non fuisse frustra, quia habuerit alium usum nempe Redemptionem hominum.

Non enim

Non enim quærebamus quem usum alibi extra Deum, sed an in Dei Essentia haberet aliquid illa accessio. Itaque hoc dicendo tacite concedere videtur illam accessionem respectu quidem Dei esse supervacaneam, sed respectu hominum utilem. At hic agimus de Deo, seu de Dei ipsius essentia, non autem de aliis extra illam Essentiam constitutis; neque quæ sit utilitas illius accessionis extra Deum, sed in ipso Deo, an pertineat ad ipsius substantiam, nec ne.

Sin autem illud quod accessit non pertinet ad substantiam; sequitur in Trinitate seu Deo ipso aliquod esse accidens, et, quod Christi humana natura sit accidens.

Quinto objeceram: Verus Deus cognoscendus est. At Trinitas cognosci non potest. E. Trinitas Verus Deus non est. Joa 17.

Ad Minorem iste respondet, asserens cognitionem esse duplicem, unam Naturalem, alteram revelatam. Trinitas etsi non potest naturaliter cognosci: tamen per revelationem, quæ in verbo Dei scripta est, potest cognosci et cognoscitur.

Rx Quæstio

533

℞ Quæstio tm̄ remaneo de cognitione revelata. Isti asserunt in ea Trinitatis cognitionem tradi. Quod si verum esset, omnes qui in cognitione revelata acquiescunt, Trinitatem crederent. At nos, qui scripto Dei verbo adhæresimus, ibi quidquam tradi de Trinitate negamus, imò istis hac de re litem intendimus, analogiæ sacrarum literarum adversari Trinitatem asserentes.

Ex quo si nō aliud, certè illud clarissimum est, ambiguum esse, utrum Trinitas in sacris literis tradetur an non? Ex ambiguis autem et controversis nihil certo probari potest.

Deinde si proprie loquamur, aliud est cognoscere et aliud credere; Nam credimus ea, quorum causas ignoramus, quæque intelligere plenè et perfectè seu perspicuè nō possumus. Cognoscimus autem, quæ scimus et quibus prorsus acquiescimus. Christus autem nō tm̄ credi, sed cognosci vult verum Deum. At Trinitatem credi potius quam cognosci, etiam Adversarij nostri fatentur.

Denique si per Revelatam cognitionem tam perspe

perfecta est Trinitatis doctrina, quam iste
vult, quae est causa quod Christiani, tam vete-
res quam praesentes tam arduas de Trinitate
movent controversias, et in illis explicandis sudant.
Tu non satis erat simpliciter dicere, hoc ita expres-
se in S. Lris ut a nullo de eo controversia
excitari vel possit, vel debeat. Sicut de
Creatione mundi, de diluvio Universali et
similibus nemo Ecclae homo acriter disputat,
sed scripto Dei verbo acquiescit, et
illud Adversario opponit. At Trinitarij
tam veteres quam recentes ubi constricti
teneantur exclamare solent, haec mentem
humanam capere non posse: attamen credenda
esse, quia multi eruditi et Patres ita
consuerunt. Quo satis aperte testantur,
non tm ratione, sed scripto quoque ver-
bo se destitui. Neque quicquam huc
facit testimonium Apli 1 Cor 13. Agit enim
ibi de ea cognitione, quae vera quidem, sed
respectu eius, quam in futura vita con-
sequemur, imperfecta est eaque ibi perficienda affirmat.

Et Trini

635 Et Trinitatis cognitio, quali isti opinionis erro-
re sibi fingunt, somnium est et falsitas. Quare
ibi non perficietur sed destruetur. Et eius facul-
tatem nunc ipsi tantum in aenigmate vident, ibi
facie ad faciem perficient.

Sexto objeceram. Ex contrarijs idem
non cognosci; at unum et multa sunt contraria.
E. idem ex ijs cognosci non potest. Ac proinde
ex Trina Deo unum non cognosci, neque illos
recte facere qui unum Deum quid sit explica-
re volentes de tribus loquuntur.

Respondet aliam esse quaestionem, an sit
Deus unus, et an P. F. et S.S. sunt unus Deus.
Et qui non est hoc ad obiectionem respondere;
non enim ego feci mentionem quaestionis: An
sit Unus Deus, sed quid, seu quis sit unus Deus.
Ita enim scripsi et dixi: Dum enim volunt expli-
care quid sit unus Deus. Jam vero si haec
quaestio aptis explicanda proponatur, certe si
eam ad mentem suam explicare volunt, debe-
bunt necessario, nisi praevaricatores esse velint,
tum

trium personarum mentionem facere. Quod ego ab ipsis male fieri, demonstrari.

Deinde etiamsi isti dem illas quaestiones esse diversas; tamen fateri cogetur, utramque ad eiusdem problematis explicationem pertinere; nisi dicat, aliud esse unum Deum, et aliud Patrem F. et S. S.; Quod si ita est, neque unus Deus erunt haec tria, neque haec tria unus Deus.

Postremo, si sentirent de Patre, F. et S. S. ut in locis ab ipso citatis loquuntur S. Litterae, nulla inter nos de Deo esset controversia.

Septimo obiecerat: Ille est pro vero Deo habendus, cuius nomen extat in S. Litteris, non autem per solas consequentias colligitur. At Trinitatis Dei nomen non extat in S. Litteris, sed per solas consequentias colligitur. E. Trinitas Deus non est 2.

Majoris veritas inde patet, quod S. Litterae de Deo praecipue disserunt, sicut etiam Theologiae appellatio indicat. Non est autem verisimile de quo in aliqua disciplina praecipue disputatur, eius nomen ibidem clare non poni, sed per collectiones tantum suspicandum lectori relinqui.

Ad majorem

537 Ad Majorem iste respondet, dogmata quædam expresse poni, quædam per collectiones indicari in Sacris. At hæc responsio non facit ad propositum. Quod enim ego de Deo dixeram in specie, ille ad alia in genere trahit indefinitè. Non enim dixeram omnia dogmata debere expressis verbis poni, sed Dei nomen expresse debuisse poni, non per solas consequentias colligendum relinqui. Cujus ratio est, quia id de quo præcipuè disputatur expresse debet poni. At hoc nihil iste respondit sed ait Dei ipsorum nomen esse Hebraicè Jehovah, Elohim, quæ extent in Sacris

R. Si Dei ipsorum nomina hæc essent semper eum scarent. At Elohim et Jehovah etiam ipsis velint nolint assentientibus, non semper ipsorum Deum scarent. Nam Deus ipsorum est una essentia in tribus personis. At Jehovah hoc non semper scarere, clarum est, cum ex alijs tum Ps. 110. Dixit Jehovah ~ Pr. Ladoni ~ Filio secundum ipsorum interpretationem. Ecce hic Jehovah scilicet solum Prem. Sic Ps. 45 cum dicitur: Unxitte Elohim Elohekha

id est

ē Deus Pr̄. Ecce Elohim pro solo Patre
Falsum igr̄ est nomē Dei ipsorū esse Jehovah
et Elohim. Nam istæ voces unum Deum et
unicam Personā sciant. Et quorsum faceret il-
la ipsorum sophistica distinctio: istas voces
nunc accipi Essentialr̄, nunc Personalr̄, si
nomina hæc ipsi Deo essent peculiaria.

Ad Simon respondet; Trinitatis nomen
esse revera in S. lr̄is. quia scriptum sit
Pr̄ Sermo et S.S. qui sunt tres: Et ex tri-
bus Trinitatem colligere fas est.

R. Non hoc quæritē, an vocabulū Tres
in S. lr̄is inveniatē, sed an Deus hac appella-
tione designetē, verum sit scriptum. Unus De-
us ē Trinus, et Trinitas est unus Deus. Nam
scimus et numeri ternarij et rerum triū fieri
sæpe in Sacris mentionē. Ex eo autem: Tres
sunt testes: sic argtari: Ergo Deus ē Trini-
tas, tale est, ac si quis diceret: Tres sunt
ranæ Apoc 16 v 14. E. Diabolus ē Trinitas
Sed instat: Nec vos unitatis nomē Deo attri-
butum in Sacris ostendere potestis, sed ex uno
colligitis

colligitis Unitatem. E. et nobis licet ē tribus Trinitatē colligere.

R. Non eadem est rāo. Nos enim expresse scripturam legimus: DEUS ē Unus: Ipsi nunquam ostendunt: DEUS ē Trinus, vel Tres. Proinde etiamsi nos colligamus ex uno Unitatem, vertē facimus. At ipsi cum nō possint inuenire: DEUS ē Trinus vel Tres, neq; debent colligere Trinitatē.

Cum igr̄ hoc expressis verbis nō possint probare, oportet ut confugiant ad consequēdias. Quod his verbis oppugnaverā: Vera de Deo doctrina nō admodum eget syllogismis et consequentijs. Hic vero superbia diabolica ipse exarsit, et me suo more non tm̄ ex alto despexit, sed pedibus conculcavit. Si non inhumana rabie praeceps ageretur, poterat illum adhortari ad modestiorem sermonē illa limitatio: Non admodum. Quibus verbis non simplr negavi veram doctrinam syllogismis egere, sed aliquatenus: Sed audiamus subtilissimū ipsius argtm: Etiamsi manifestissimum scripturae testimonium

ad fera

adferas ad probandum quod vis; tn semp
iste Sylls subtexitē et subintelligr:
Quicquid scriptura dicit, verum est. Hoc vel
illud scriptura dicit. Er. verum est.

Pf. Atqui iste psyllogismus apud omnes qui
de religione disceptant ita notus et concessus
est, ut pro naturali lumine, nō p ratiocina-
tione hentr. Ea autē quæ consensu omniū
vel partium concessa sunt, pbatione nō indigent.
Stat autem hoc: Scripturæ esse credendum,
neq hoc confirmandum est. Nos igr ad
nostram de Deo sententiam confirmandam, non
collectiones ex Scriptura S. adducimus, sed
nudam enunciationē: Unus ē Deus, nempe Pr.
Isti nunquam hoc facere possunt, sed hinc ni-
de corrogant propositiones ex quibus contorta
et falsam eliciunt conclusionē. Hæc nos vo-
camus per consequentias probare. Nam si isti-
us Philosophi acumē valet, nihil differt
sensu aliquid cognoscere et ratione conclu-
dere. Quoniam etiam ijs quæ sensu cogno-
scuntr, hunc ipsius syllogismū extexere licet:

Quicquid

Argum Quicquid sensu cognoscitur verum est. At hoc, vel illud sensu cognoscitur; ergo hoc vel illud verum est.

Atque ita etiam ipsa Principia, quae demonstrari non possunt per Syllogismos et Consequentias, probabuntur. Imo quae in historiis legimus, per syllogismos probari affirmandum erit, non secundum istum Sapientem semper syllogizamus: Quod iste Historicus dicit, credendum est. At istud dicit. ergo credendum est.

Argum

Praeterea non nego veram doctrinam posse syllogismis probari, quod iste mendaciter mihi iniuriae: sed dico illis non admodum egere, et, per solas Consequentias Deinomen et doctrinam declarare, non esse conveniens. Cuius dicti veritatem ex eo probavi, quia sic male consuleretur idiotis. Ad quod iste duplex respondet: Primo habere idiotas Catechismum, Symbolum Apostolicum, Nicenum et Athanasium.

R. Primum cum Papistis, quorum tum hostis vult videri, sentit, qui aiunt Praelatorum esse fidem prescribere laycis, istorum tum credere, neque in illam sollicite inquisere. Ideoque etiam vitant sacra Biblia in vulgarem linguam transferri et plebeiorum manibus teri.

Deinde

Deinde Cathechismos ipsos, Symbolum Nicenum et Athanasij illis relinquimus, qui humanas traditiones pluris faciunt, quam Dei verbum: illud verò quod vocatur Apostolicum, approbamus; sed in eo nec syllabam, quod Trinitatem confirmet, ne uniri constanter affirmamus. Si enim voculam illam in Patre eandem habere vim, ut in quocunque dicatur quispiam credere ille sit verus Deus; addant ad tres Divinas Personas etiam Ecclesiam, Carnis resurrectionem, vitam aeternam &c. Nam Symbolum illud, etiam in hac credere nos jubet.

Secundo respondet, sufficere idiotis dialectica naturale. At supra negavit ex naturalibus Principijs agnosci posse Trinitatem.

Deinde ad illas collectiones: hic dixit Propheta istud, alibi illud. Et quod ibi dictum est de Patre, hic applicatur Filio et S. Sancto, non tantum opus naturali illa idiotarum dialectica, sed frequenti scripturae lectione et sollicita cura. Ergo recurrat ad Parisiensem illud axioma: oportet non esse plebeiorum de sua fide esse certos, sed credant tantum

Sacer

543 Sacerdotibus et Prelatis, hoc vel illud af-
firmantibus.

Postremo nostra de Deo sententia qui-
busdam enunciatis sacris et uno syllmo con-
firmaveram. Iste utrumque invadit.
Et primum negat me sine syllogismo et con-
sequentiis, ut pollicitus fueram nostram sententiam
confirmasse. Atque hoc dupliciter conatur ostendere.
Primum ex illis dictis a me prolatis syllogismum
contexendo
Deinde me quoque idem paulo post fecisse affir-
mando.

Ad prius iam responsum est; neque enim si-
quis nudam enunciationem adducit ad suae sen-
tentiae confirmationem, syllogismos et consequen-
tias texit. Quis enim sanus dicat, Apostolum,
cum ita loquatur: Unus est Deus Pater, syllo-
gismum formare? cum simpliciter et nude tantum
proferat, ab omnibus recepta et vulgo notam
sententiam? Quod autem ab omnibus concessum
est; quid ibi opus est consequentiis et syl-
logismis? Iam si nos eandem sententiam re-
petimus, non syllogismum formamus, sed
quae sit ipsorum sententia, ipsorum verbis explicamus.
Nam si ipsius sapientia est admittenda,
quot

quot quis testium fastiones ad suae causae confir-
mationem adducit, tot dicendus est Syllogismos
formare. Et ita nihil non erit Syllogismus.

Quod ad alteram calumniam attinet,
cum dicit me Paulo Post ex uno eorum dicta-
rum Syllogismum contexuisse: Non videt
studio contradicendi excoecatus, me in hac
priori probatione locum Deus adducere
non aliam ob causam, quam ut nomen veri
Dei indicarem, non autem ut ex eo loco so-
lum Patrem esse Deum, ostenderem; ideoque
tanquam nudam Enunciationem attulisse.
In posteriori autem probatione non ex eo
tantum dicto contexere Syllogismum, sed ex
duobus, et hoc dictum ponere me pro al-
tero tantum praemissarum. Id quod eum do-
cere potuisset in illo solo dicto non la-
tere integrum Syllogismum, atque me aliter
hic et aliter ibi locum illum consideraste,
Hic ut nomen veri Dei indicarem, ibi ut
per illud Patrem esse verum Deum concluderem.

Post haec

545 Post hæc accedit ad Syllogismum quem ex dictis à me prolatis contexuit, et in examine majoris hæc verba hēt: Affirmamus et nos Deum illis locis propositum verum Deum esse et quidem illum qui solus ē verus Deus: sed solum illum esse verum Deum, et nulli præterea personæ nomē veri Dei tribui in S. Iris non admittimus. Hæc ille, in quibus verbis si non est manifesta contradictio: ego quid sit idem nunc affirmare, nunc negare, prorsus ignoro. Nisi dicat, aut dicere velit vocabulum Solus omnia excludi, præter personas.

Sed si ita sentit, ut videtur, hoc ab illo simplr sine ulla probatione dicitur, itaque nemo ei fidem adhibere tenetur. Præsertim cum ego infra contrarium ostenderim. Nam ex collatione locorum Matt 24 ri et Marc 13 demonstravi vocabulo Solus, etiam personam (ut isti volunt) Filij excludi.

Quod vero dicit vocabulum Deus aliquando personaliter aliquando essentialiter poni: Primum quid ex hac distinctione consequatur, nō video; Nam concedit quomodocunque

Ponatur

ponatur vox Deus semper vo scari solum et
verum Deum, licet mox inconstantissime sibi
contradicat; hæc enim sunt verba istius:
Jam igitur ubi in S. litteris nomina Dei essentialiter
capiuntur ut communia sunt Patri Filio et S.
Sancto, damus Deum illis locis propositum
solum esse verum Deum, nec cuiquam nomen
veri Dei propter eum competere, ut Esa 6.
Deut 6. Ubi vero non essentialiter, sed
personaliter capiuntur, damus eum qui
Deus dicitur, verum Deum esse, et quidem illum
cui soli competit vera Deitas, sed solam
illam personam exclusis duabus aliis esse
verum Deum, non admittit Scriptura. Hæc ille.

Si ergo Deus et essentialiter et personaliter
acceptus sit verum et solum Deum, quid
opus erat ista distinctione ad hunc modum solvendum.

Deinde ista distinctio figmentum est, neque
in Scriptura fundamentum habet. Quod
enim probare ex Joan. 1 nititur, non procedit; ait
enim in illis verbis: Verbum erat apud Deum.
Vocabulum DEUS accipi personaliter. At hoc
falsum

547 Et hoc falsum est. Nam ibi Deus nō scāt
Personā, si cum scriptura loquaris, quae nunquam
Deum Personam vocat; sed Prem, interprete eo-
dem Apto et Evangelista 1 Joh. 1 & 2 Vitae
verbum et vitae aeterna erat apud Deum i.e.
Prem. Neque nos habemus Personā pro Deo, neque
Personatum Deum, ut isti.

Deinde addit in sequenti clausula: Et
verbum erat Deus, acci pi vocabulum Deus
essentialiter. Hoc quoque falsum est; ibi enim
vox Deus honorē et dignitatē, nō essentiā
verbi scāt, neque explicat Evangelista quid,
sed quale fuit illud verbum: Jam enim dixe-
rat verbum. Rem ita se hēre explicatz
Paulo post, cum dr verbum illud fuisse
plenum gratiae et veritatis.

Aliunde ergo probent Personatum Deum,
nam hic eius nihil est praesidij. Haec de Ma-
jore Syllogismi ab eo formati.

In Minore respondet singillatim ad
testimo

testimonia à me producta, et ostendere vult in illis verbis, à societate Dei unius non excludi Filium et S.S.

Ad priores duos locos Eph 4 v. 1 Cor 8 respondet, ibi quidem Patrem dici Verum Deum, sed tamen non solum. Et ego isti ostendam, quotiescunque dicitur Deus unus, etiam intelligendum esse solus. Marc 12 v 32. Tunc dixit ei Scriba ille: Praeceptor in veritate dixisti, nam unus est Deus nec alius est praeter eum. Ecce hic explicatur quid sit dicere: Unus est Deus, nempe affirmare, nullum praeterea esse alium, h. e. esse solum. Neque hic nugatoriam illam responsionem afferre potest, qua infra utitur, istum fuisse Judaeum. Nam subjicit Evangelista: Tunc Jesus cum vidisset eum bene respondisse dixit ei: Non longe es à regno Dei. Quod autem colligit iste, propterea non excludi hinc Filium et S.S. quia alibi dicuntur Dij, eadem opera affirmet, nec Reges hic sub

Apto

Apto exclusos, nam et illi ita vocantur alibi.

Ad locum Malachiae 2 respondet:

Ibi Patris nomine etiam Filium et S.S. intelligi: Si hoc ita est, ergo vocabulum Patris non erit peculiare uni personae, sed commune tribus, et licebit dicere: Pater est Filius et S.S. est Pater. Atque ita hic quoque illa futili distinctione uti debebunt: Vocabulum Pater aliquando essentialiter, aliquando personaliter accipitur.

Sed probat etiam S. Sanctum esse Creatorem, quia Job 33 dicitur, Spiritus Dei fecit me &c.

R. Si hic per Spiritum intelligit personam Divinam; etiam quod subjicitur, eodem modo interpretetur necesse est: Et spiraculum Omnipotentis vivificavit me. Et ita quarta accedat ad Deitatem Persona. Interpretationem autem loci eius discat saltem ex Vatablo, qui ibi haec annotat. Nam et me Deus Spiritu suo condidit.

Probat etiam iste, Filium vocari Patrem, et quidem aeternitatis, quod plus sit quam

Pr

Pr omnium

R. Non negamus dici Chrm Prem, sed negamus eum Prem, Creatorem omnium, qui et Pr et Deus Jesu Christi est.

Deinde apud Esaiam, Chrs vocatz Pr seculi. quod certe intellexit Vetus interpres, cum vertit: Pater futuri seculi.

Praeterea Pr accipitur saepe pro Auctore et causa alicuius, ut Diabolus dr Pr mendacij atqz ita accipi in loco quoqz hoc Esaiae, annotat Vatablus. Jam autem scimus ex ipsius Chri confessione Joh 5 quomodo ipse sit datorem auctor vitae, potestate nimirum à Pre accepta. Hoc autem non est plus quam esse Patrem omnium.

Quarto quae ad evertendum locum Deut 6 adducit; consulat saltem Calvinum et breves annotatiunculas Vatabli, et intelliget, Esa 63 de nulla Trinitate, Filio aeterno, aut S. Sto Persona ibi Prophetam loqui.

Quinto Exo 3 Deum Abrahami Isaci Jacobi vocari Filium et S.S. probatione indiget.

Sexto ea quae ad locum Joh 17 dicit, est mutatus à Beza, qui obscurius et confusius

de singu

551

de sensu huius loci est locutus, iste vero ar-
tificem se Dialecticae ostenderet sensum Bezae ex-
posuit: Locus ita se habet: ἵνα γινώσκοσι
σε τὸν μόνον ἀλήθιον θεόν: Ait iste,
hic integram esse propositionem et vocabulum
μόνον, pertinere ad praedicatum, h.e. ad γι-
νώσκοσι non autem ad subiectum σε, ut
ego puto. Ego vero in sententia praesto et
illam confirmo. Et primum hoc pro
concesso assumo, membra enunciationum saepe
tam apud prophanos, quam sacros scriptores
inverti. Quod quia notius est, quam
ut probatione egeat, pluribus non demonstra-
bo. Sed si quis indoctus hoc neget legat
saltem illa, in eodem Evangelistae loco ℣ 1.
δοξάσον σοῦ τὸν υἱόν ubi praedicatum
δοξάσον, priori loco σοῦ τὸν υἱόν subiectum
posteriori esse loco positum, nemo non videt.
Dico igitur, in eodem contextu, eandem mem-
brorum enunciati factam esse permutationem
et γινώσκοσι, quod est praedicatum, priori loco
esse

esse positum, subiectum autem posteriori, quod his verbis describitur: σε τον μονον ἀληθινον θεον. Ita ut legitimus ordo huius enunciationis sit: Te (Ὁ Ρ̃ε) qui es solus verus Deus, cognoscant. Hanc interpretationem esse huic loco convenientissimam, praeter quam quod contextus indicat, etiam conjunctio ἵνα ostendit, quae verbo γινωσκωσι est addita, ut appareat praecipuum quod spectet hic Chr̃s, tanquam finem esse cognitionem.

Neque vero articulus τὸν vocabulo μονον adjunctus, quidquam obest, quominus omnia haec verba: σε τον μονον αληθινον θεον ad eiusdem rei descriptionem pertineant. Tale enim est hoc, ac si quis hoc pacto loquatur: Scimus dixisse Vergilium illum Principem Poetarum. Hoc confirmato jam ad expositionem alteram veniamus. Dicunt isti illud μονον pertinere ad praedicatum γινωσκωσι. Ita ut sit hic ordo huius enunciationis: Εσε γινωσκωσι εἶναι τον μονον αληθινον θεον. Quam sententiam eo minus reprehendo, quod quidem

quod quidem nostrae quoque eam amplectuntur;
Sed affirmo his verbis nihil aliud scari, quam
quod ego dico et urgeo. Notum enim est
in Enunciatione affirmativa praedicatum dici
subiecto in esse. Si ergo subiectum est Sa-
Pater. Ergo illi attribuitur et in esse dicitur
hoc, quod sit solus verus Deus: Qui
itaque Patrem solum verum Deum esse dicit
recte affirmat. Quemadmodum si quis
ita loquatur: Aristoteles est solus verus
philosophus, idem dicit, ac si affirmaret,
Aristotelem solum, verum Philosophum esse.
Neque vero hic argutia Bezae quidquam
valet, ac si Christus hoc voluisset ut cognoscant
Patrem esse unicum et singularissimum.
Quis enim unquam de eo dubitaverit, Deum
Patrem esse unum, et quidem Individuum.
Praesertim cum illa vox Mosis, apud omnes
esset notissima. Audi Israel Dominus Deus
tuus, Deus unus est. Praeterea non hoc
vult Christus, ut ille solus esse cognoscatur, sed
ut cognoscatur solus verus Deus, h.e. illi soli
proprie

proprie competere nomen Veri Dei; hoc enim
verba clarissime sonant. Itaque stant in eo
sensu, quo ego produxi, omnia predicta testimonia.

Ultimo loco proposueram hunc Syllogismum.

De quocunque loquitur Moses Deut. 6. Audi Israel.
ille tantum est solus et aeternus Deus. Sed
Pater Jesu Christi est ille, de quo ibi loquitur
Moses. Ergo Pater Jesu Christi tantum est solus
et aeternus Deus.

Minorem unico testimonio scripturae con-
firmaveram. Non enim quemquam ita impudentem
posse inveniri existimaveram, ut illud in dubium
auderet revocare: Verum quia iste illud conatur
eludere, antequam ad illius cavillos respondeam,
addam alterum luculentius testimonium, ut
Minoris immota veritas clarior sit. Petrus
Judaeos sic alloquitur Act. 3. 13. Viri Israe-
litae, Deus Abraham et Deus Isaac et Deus
Jacob, Deus Patrum nostrorum glorificavit fili-
um suum Jesum etc. Hic manifestissime vo-
catur ille alius filius est Jesus, Deus Israe-
litarum. Deinde ille est Deus Israelitarum

qui glori

qui glorificavit Jesum Joh 12 v 28. et 8 v 54
E. Deus Pr est Deus Israelitarum.

Nunc veniamus ad alterum testimonium,
quod a me antea productum hic eludere co-
natur. Extant haec Joh 8 Est Pr meus qui
glorificat me, quem vos dicitis Deum esse
vestrum. Hic primum ait non additam
esse vocem Solus, ac proinde probationem
nihil valere. Atqui Dialecticus iste
qui me fungum prae se esse putat, advertat
Minoris hic probationem poni, quae illam vo-
cem Solus non habet. Sed Majori termino
addita est, ergo in Majore propositione et
conclusione tantum ponenda est. Satis est igitur
si possum probare Deum Israelitarum es-
se Patrem Christi, hoc enim tantum habet minor.

Deinde, quod illum, qui erat Pater Christi,
solum pro suo Deo agnoverint Judaei, liquet
ex testimonio Scribae Marc 12 sup. citato.

Secundo respondet, Christum istos Judaeos
damnare quod non noverint eum Deum
quem

quem suum esse dicunt. Ergo non possunt esse veritatis testes.

R. In eo in quo damnantur verum est, non posse illos esse testes. At Christus non damnat hic eo nomine Judaeos, quod vocent Patrem suum Deum, sed quod eum non noverint. Advertat igitur hic argutissimus Disputator aliud esse dicere et aliud cognoscere, et posse esse haec duo seorsim. v. gr. Athenienses colebant ignotum Deum, et quem non noverant, Deum esse suum dicebant. Nec in eo errabant, quod Deum suum vocabant, revera enim erat, ut docet Apostolus Act 17. Sed in eo peccabant quod illum non cognoscebant. Multi contra noverunt Deum, et tamen eum esse suum Deum, non dicunt: ut multi idololatrae agnoscebant verum esse Deum, et omnium Deorum Deum, Israelitarum Deum: et tamen Deum suum esse dicebant Moloch, Baal etc. Christus igitur non in eo damnat Judaeos, quod Patrem Christi dicebant suum esse Deum, in eo enim non errabant, sed quod illum non noverant, et quem verbis iactabant esse suum Deum, eum in Christo

opera

55.7

oprantē agnoscere nolebant. Satis ergo mihi est, quod Chrs dicit eum esse suum Patrem, quem Israelitae dicunt esse suum Deum, quod Chrs nō reprehendit. Hinc enim manifestissime confirmatur Deum Israelis esse Patrem Christi.

Atque ita cum Major Syllogismi mei sit concessa: Minor validissimē testimonijs sacris confirmata, Conclusio sponte et irrefragabiliter sequitur: Solum Patrem Christi esse Verum Deum et aeternum, à seipso Deum, cui honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Claudiopoli 23 Februarij 1594

Georgius Enyedinus.

Finiri describendo hoc opusculum G. E. editum contra quendam N. N. Silvasium discipulum suum, qui à nostrae religionis hominibus pecuniis munitus ad superiores partes missus fuit, et tandem serpentis instar, in sinu nostrae Ecclae enutritus, hostis nostrae ecclae evasit ac Calvinianus, Et sic (ut proverbio dicitur) Aries nutricationis mercedem solvit

Ego Basilius Salathi Karathonfalvi in Schola Vargiasiensi Maria

Anno 1653 die 16 Mar.

Laus soli Deo.

Amp. Polizon

Prolegomena elucidationi tractatûs Theologici à Clarissimo Viro Geor. Enyedino concinnati præmissa.

Præfacio.

Etsi omnes disciplinæ bono usui scopoque destinatæ possunt hominem solentque reddere perfectum, ideoque sunt diligenti studio perdiscendæ; attamen præ omnibus in universum eo nomine triumphat Theologia, quæ Latinè scientia DE DEO nominatur.

Hæc est enim vera illa sapientia, cuius Author est ipsemet Solus Sapiens Deus, cuius Professores fuerunt S. Sancto inflati Dei homines, ac perfectum ille Filius, in quo sunt omnes Thesauri Sapientiæ cœlestis reconditi. Hæc est illa doctrina quæ occupatur in elucidanda supremi Numinis verissima cognitione, qua nihil homini majus, neque melius ad perfectionem accedere potest. Hæc est illa veritas illibata, illa scientia inæstimabili utilitate affluens, quæ tenebris ignorantiæ obscuratam rationem illuminat,

quæ vota

559

Quae voluntatem Sanae rationi refragantem, moderatur;
Quae temerarios affectus carnis compescit, ac in ordinem
redigit, totumque adeo verae perfectioni reddit hominem, tan-
demque quae duxit ac perduxit ad veram felicitatem.

Quae cum ita sint, quis non videt eam votis ardentissi-
mis esse cuique expetendam, discendam et perdiscendam,
maxime cum absque illa caetera omnia vana sint futura.

Quod si vero ulla aetas huius Sanctae doctrinae sa-
luti praeque veritatis desiderio teneri studioque inardescere
debuit. Haec est equidem illa in qua Sathanas juratus
hostis generis humani, lucem hanc modis omnibus obtene-
brare contendit.

Videmus enim quam variis opinionum nubibus Dei Pa-
tris et Dni nri J. C. notitiam in S. Lris dictamine S.
Sancti expressam ille malus obscurare satagat, con-
tusque sui propter supinam hominum negligentiam, spon-
taneamque caecitatem non mediocrem profectum ferre faciat.

Quare summa ope cunctis annitendum est,
ut Theologiae desiderio teneantur, quotquot eius luce
destituuntur, ardenti studio eam quaerant, quotquot
autem sunt illuminati caveant ne tanta felicitate
astu diaboli veritatem suo opinionum obscurantis deij-
ciantur. Quae cum ita sint operae pretium non conte-
nendum faciemus si hanc doctrinam Theologicam ac-
curatius tractabimus.

Quamvis autem Theologia ad multa se extendat
cognoscenda: nos tamen de Essentia Personaque
divina tractabimus, utque caeterorum omnium ad
religionis

religionis integritatem pertinentium sit fundamentum, et quae disputationi sit maxime exposita.

Quae contemplatio De Essentia Personaque Dei licet duo complectatur: 1 Scilicet cognoscere cuiusmodi sit Deus rationem suae Essentiae et Personae. 2 Cuiusmodi non sit, licet esse credatur a multis; nos hanc posteriorem considerationem pollicemur. Quod ut expeditius fiat opus indicatum Viri perpetua memoria celebrandi dilucidandum suscipimus, quod tamen priusquam fiat, quaedam sunt praemittenda censeo. Deus autem ille Pater omnium nostras mentes Spiritu intelligentiae studioque perspicienda veritatis imbuat, conatusque benedicat in sui nominis sempiternam gloriam.

Prolegomena quaedam explicationi operis Theologici à Geor: Enyedino concinnati, Praemissa.

Antequam ad Authoris textum explicandum accedamus, quam brevissime agemus primo de Theologiae naturâ et quibusdam proprietatibus. Secundo de terminis quibusdam qui in controversiis de Deo solent usurpari. Tertio quae sit de illis Adversariorum sententia. Quarto quae sit nostra proponemus, atque ita ad opus indicatum dilucidandum transibimus.

Pro

Prolegomen Primum

De natura Theologiæ.

Theologia quasi περὶ τοῦ θεοῦ λόγος ꝛ de Deo sermo, vel tractatio, et scientia statuitur duplex.

Alia ē naturalis alia Supernaturalis.

Naturalis hic dr̄ illa, quæ lumine naturali i. e. luce rationis humanæ inventa est, qualis est Theologia Hermetis Trismegisti, Platonis et Aristotelis, quæ et Metaphysica dr̄.

Supnaatlis est ad quam cognoscendā, vel inveniendam ut sua ratio humana non potuit pervenire nisi publevaretz et adjuvaretz lumine supnaturali, quod dr̄ Lumē gratiæ, quod gratis et gratiose detz hoībus coelitus.

Talis adhuc Theologia à quibusdz dividitr̄ in Dogmaticam et Scholasticam.

Dogmatica dr̄, quæ continetz in lib. Sacris expressa.

Scholastica, quæ Dogmaticæ quasi superstructa est, sed ratiocinationes etiam et varias conclusiones deducit partim ex ꝓmissis ambabus revelatis, partim ex altera revelata, altera lumine rationis nota.

Tertio distinguitr̄ etiā, Theologia, quod alia sit simpliciter supernaturalis, qualis est Scientia Dei de seipso, et Scientia Angelorū beatorū de Deo.

Alia est Supnaatlis à parte potiori licet quæ plane

planè non respuat principia lumine rationis nota; tamen potissimum fundatur in principijs revelatis vel in Sacris lib. contentis, qualem habemus nos, et de tali hic Sermo est.

Talis Theologiæ porro Essentia ita innotescet si eius causas perpendamus, quæ sunt 4: Efficiens, Materia seu Obiectum, Forma, S. Genus, et Finis.

Causa Effi. à qua hæc scientia promanavit est supra omnia Deus Pater Dni nri J. C., quasi instrumentum immediatum est S. Sanctus Virtus Dei illuminativa quasi internunciæ causæ et instrumenta revelationis huius Doctrinæ sunt: Partim Angeli, partim hoies: Inter quos in summo gradu est Filius ille dilectissimus, qui cum esset in sinu Patris, eius cognitionem revelavit. Infra eum sunt Moses Prophetæ Evangelistæ et Apli. Quasi externe et famulanter concurrit etiam sana ratio et eruditio cum probitate juncta, revelatis veritatibus consona.

Causæ adiuvantes quibus hæc doctrina facilius acquiritur, sunt: animus bene dispositus, veri, pulchri et boni amor et Sacrar. lit. lectio, solens et pia de ijs meditatio et verbi divini fidelis auscultatio.

Causa

563 Caa Materialis seu Obiectu. (ut apriatz sententia melior) principalissimum quidz seu attributionis est Deus, quâ Deus. Aadæquatum autem seu tractationis sunt res divinæ prout per supernaturalem revelationem sunt scibiles, tum scientia speculativa cum etiam practica.

Caa Formalis s. Genus est Sapientia, tum quia est de rebus sublimibus et altissimis tum quia complectitz et principiorum primorum, et conclusionum ex illis manantium notitiam.

Sed et scientia meritò appellatz, quod evidens sit cognitio multarum conclusionum ex principijs certis manantium.

At vero quæritur, sitne speculativa an practica scientia? R. esse utramqz, quia quædam speculativè cognoscit, quædam verò practicè i.e. ad actionem ordinatè. Dices:

Quomodo una et eadz scientia est tum practica, tum speculativa? R.

Hoc non esse impossibile, præsertim de Theologia Revelata. 1 quia illa distinctio secundum plerosqz est accidentalis. 2 quia locum habet in scientijs lumine naturali inventis. At Theologia hæc ut simpliciter domina et princeps omnium disciplinarum perfectissa, consumatissa,

per seqz

per seqz sufficiens ad beatum reddendum hominem, non tamen potest, sed etiam debet esse partim speculativa, partim practica.

Finis internus partim e cognitio certa veritatum revelatarum, partim instructio et directio intellectus practici et voluntatis in agendo.

Ultimus finis est perfectio et beatitudo hominis, inchoate quidem in hac vita, consummate in futura.

Proprietates autem et conditiones Theologiae variae possunt assignari. Nos tamen unam atque alteram indicabimus.

Prima igitur est certitudo. Nam licet vel propter hominum malitiam, vel propter negligentiam quaedam ambiguitatibus sint irretita; tamen secundum se haec scientia est talis, cui omnium maximae assentiendum sit, tanquam fundatae in veritatibus a Deo revelatis.

Secunda conditio est quod Theologia principalissime nititur principijs revelatis, quae non alibi quam in verbo scripto continentur, et ex illis omnes conclusiones deducit, omniaque scripto Dei verbo repugnantia respuit, et usum sanae rationis, et argumentationum eatenus tamen admittit, quatenus ad revelata principia

commode

commodè reduci possunt.

Tertia ē quod Theologia admittat plures sensus S. Scripturæ, qui sunt duplices:

Alius ē Literalis alius Spiritualis s. Mysticus

Literalis sensus est, qui habetur ex immediata scatione vocum ut: In principio creavit Deus &c.

Spiri. seu Mysticus est qui non ex immediata scatione vocum, sed vel per aliquam similitudinem, vel occulto quodam modo scatur, ut: Jonam fuisse in ventre Ceti triduo &c. Literaliter quid scat notum est, sed Mysticè scat Messiam in gremio terræ triduo fieri debuisse

Porro literale sēsum plerique duplicem faciunt:

Alium per verba propria scatum, ut: Justus ex fide vi

Alium per Tropum qui libet (recipit enim scriptura omnes tropos) ut: Ego sum vitis vera i.e sicut vitis. Ecce agnus Dei &c. sicut agnus.

Sensus spiritu. item triplex assignatur:

Allegoricus Tropologicus et Anagogicus:

Allego. sensus est, quando vel nō id intelligitur quod verba

quod verba sonant, ut: quando dicit Johannes de Chro: Ventilabrum eius est manu &c. vel praeter literalem sensum aliud quoque intelligere, ut: bovi trituranti Nos non subligabis &c. &c. operario mercedem solvas.

Tropolo. Sensus dr, quando praeter literalem sensum aliquid ad mores informandos indesumitur. E. caa: Chrs insedit Asinae &c. exemplum dedit humilitatis. Item Simon Cirenaeus portavit crucem Christi &c. debent pij propter Chrem pati.

Anago. Sensus dr, quando ea quae de terrenis dicuntur literaliter transferimus ad coelestia. E. g. Jerusalem libera dr, et alter fidelium, quod Anagogice de regno coelestis vel Ecclesia intelligere. Item Pontifex Leviticus intrabat in Sancta Sanctorum, quod indicat Chrem intrare debuisse in Sanctuarium coelestium.

Hoc loco et illud observandum est, sensum literalem nonnunquam per aliquam accomodationem tribui alij quoque rei; quo sensu multa quae de Deo Pre dicta sunt in veteri testa:, accomodantur

accomodanti Christo in Novo Testamento.

Quarta conditio est quod Theologia in S. sacræ controversijs iudicandis et enodandis, potissimum sanæ rationis iudicio utitur, et sciendum est errare Pontificios, qui Iudicem S. Sacræ cui soli principaliter standum sit, statuunt Pontificem Romanum cum ipsis concilijs, qui negant posse errare in negotio religionis.

Neque illi carent errore, qui dicunt Iudicem Controversiarum esse S. Sanctum illuminantem iudicium fidelium; Sanam vero rationem ex officio iudicandi plane explodunt.

Quare Verior Sententia est, sanam rationem præcipue eruditione instructam, esse Iudicem scripturæ controversiarum, quæ tamen iuvatur plerumque Doctorum Interpretum sententijs, et elevatur ac perficitur S. Sancti illuminatione, præsertim in explicandis locis valde obscuris.

Norma vero, seu Lydius lapis iudicandi est Scriptum Dei Verbum, in quo interpretando tales regulas inter cætera iudex ratio servat:

, Quod

1 Quod aperte pronunciatur, itidem accipit, quod Tropice et figurate dicitur non transfert in sensum diversum.
2 Quod obscure dicitur ideo sensu accipit, quo nec absurditas nec contradictio involvitur. Unde illud: Hoc est corpus meum: Metonymice dictum intelligit, quia videt multas absurditates sequi si proprio sensu accipiat.
Ultimo locum ambiguum per clariorem, obscurum per plures evidentiores explicat.

Prolegomen Secundum
de Terminis quibusdam Controversis.

Etsi Deus seipsum plene et plane (ut ad salutem nostram requiritur) in Scripturis divinis manifestavit; tamen eiusdem notitiam salutiferam, salutis humanae iuratus hostis diabolus tam reddidit ambiguam, ut multis quid de Deo sit vel asserendum vel negandum, sit omnino incertum. Equidem id efficit, ut de essentia et unitate Dei Summi, qui se toties Unum, et solum depraedicat, in frontem pugnent Christiani:

dum alij

dum alij Deum Summum omnimoda unitate Unum
esse fatentur, teste S. Sacra: alij partim Unum cogente
scriptura, partim non unum, seu Trinum esse contendunt,
coactis in suam sententiam plerisque scripturae locis
(de quibus cum Authore agimus) Caeterum quia
veritas et simplex est et una; cumque de eadem
re duae sententiae contrariae verificari nequeant;
inde factum est quod altera quidem sententia, cui
nos subscribimus minimo negocio stabiliatur, ut-
pote firmissimo S. Sacrae fundamento nixi, quae
neque rationis humanae vel indiget vel multum
utitur adminiculis.

Altera vero, ut pote pluribus exposita
S. Litterarum illi contrariantium quasi telis, ae-
grius se tuetur, alienaque ope indigens, huma-
nae rationis acumen nihil non fingere et
formare valentis a multis iam seculis
in subsidium vocarit, multorumque insigni-
um, aliâs laude Philosophiae virorum fatigarit
ingenia. Quae sententia cum neque ter-
minis quibus Dei Spiritus per ora Sanctorum
Prophe

Prophetarum, Evangelistarum Apostolorum, et ipsi-
usmet filij dilectissimi Jesu Christi loqui voluit,
contenta esse posset, poposcit à suis defenso-
ribus ut novos quosdam excogitarent, qui-
bus sese tuerentur.

Eiusmodi verò termini multi et varij
sunt; sed inter cæteros isti præcipue numerantur:

Essentia Homousion Homoeusion Synusio
Natura Substantia Persona Suppositum
Subsistentia Subsistens Boprietas Relatio
Notio Circumcessio Generatio activa
Gene. passiva Spiratio Activa. Spiratio passiva.
Opus ad extra opus ad intra Trinitas
Unio hypostatica Incarnatio activa. Incar: passiva
Seu Terminativa. Qui termini li-
cet à nobis præteriri pro modum silentio possent;
// sive humanæ mentis figmenta, vel quod //
vel quod // ad evidentiam de Deo cognitionem
non sunt necessarij, ut pote sine quibus po-
tuit Sacer Codex eam clarissimè proponere;
vel etiam quod ab ipsis quoque inventoribus
plerique indu

plerique in dubium fuerunt vocati; tum quia jam eo-
rum usus in disputationibus increbuit, operae pre-
cium est eos breviter declarare

Primus ergo terminus est Essentia;
quae derivatur à verbo, esse, quod venit à verbo
Est vel Sum. Graece dicitur οὐσία, quod venit
à Participio ὄσα, quod à verbo εἰμι i.e.
Sum. Cuius vocis varia sunt significata: Nam
1 latissime accipitur pro cuiusque rei entitate, quae
per definitionem explicata dicitur etiam Quidditas,
quo sensu cuilibet enti reali, sive substantiae
sive Accidenti nomen Essentiae convenit.
2 Accipitur strictius pro quidditate substantiae in
communi,
3 Accipitur adhuc strictius pro substantiis completis,
quae pluribus individuis sunt communicabiles, vel
saltem apta sunt existere per modum personae,
vel suppositi, quo sensu in Theologicis disputa-
tionibus de Deo usurpatur;
Ab hac voce deducitur secundum graecum idioma
nomen τὸ ὁμοούσιος seu ὁμούσιος, quae ratione
Etymologiae denotat eum, qui alteri est Coessen-
tialis, seu qui habet cum alio eandem Essentiam.
Homoeusios vero sciat eum qui cum alio habet similem
Essentiam. συνούσιος denotat eum, qui
cum alio

cum alio (saltem secundum nomen) est omnino idem sed non secundum essentiam et rem, ut Marcus Tullius et Cicero.

Natura, græce φύσις alias accipitur proprissime pro principijs internis rerum naturalium. Secundario etiam accipitur pro inclinatione radicali consequente naturam ipsam. Sed latiori sensu accipitur, totidem modis quot essentia, et in his disputationibus eo sensu usurpatur, quo essentia.

Substantia græce οὐσία vel ἐπόστασις dicitur, sed secundum priorem Etymologiam hic usurpatur, idemque valet, quod essentia, vel natura.

Persona græce πρόσωπον prout hoc loco usurpatur duobus ab Adversarijs accipitur modis 1 in concreto 2 in abstracto.

Persona in concreto secundum Boetium definitur quod sit substantia (supple) completa individua, rationalis naturæ, vel melius, intelligens.

Persona in abstracto definitur, quod sit modus essendi ipsius substantiæ independens et incommunicabilis.

Suppositum accipitur sicut et persona tum in abstracto, tum in concreto. Differt autem à persona, quia omnis persona est suppositum, sed non omne suppositum est persona, eo quod persona est sub

est substantia tantummodo intelligentis; Suppositum vero intelligentis vel intellectu carentis, imo vel inanimatae.

Subsistentia graece ὕπαρξις vel hypostatis itidem accipitur tum concrete cum abstracte. Priori sensu denotat illam proprietatem substantialem per quam substantiae distinguuntur ab accidentibus, quibus subsistere non competit, sed in existere. Concrete subsistentia idem est, quod subsistens, graece hyphystamenon, quo sensu minus tamen usurpatur.

Proprietas communius accepta pro attributis etiam sumitur; Dicitur quoque ab ipsis in essentialem vel personalem. Pressius accepta iterum complectitur omnia quae personis seorsim competunt. Magis presse accipitur pro iis, quae singillatim sine conceptu relationis, singulis personis competunt. Cujusmodi sunt 4: Ingenerabilitas, quae dicitur proprietas Patris, Paternitas seu generare, Filiatio, ~~spiratio activa, Spiratio passiva~~ seu nasci, Produci seu Processio.

Relationes sunt Paternitas Filiatio, Spiratio activa Spiratio passiva.

Notiones sunt quasi signa quibus persona dignoscitur a persona, ut sunt: innascibilitas, Paternitas, Filiatio, Spiratio activa Spiratio passiva.

Circum-

Circumincessio graece περικώρεσις, aliàs Latine immutatio dr, sdm quam Pater est in filio, et vice versa.

Generaõ activa dr sdm quam generat Pr Passiva sdm quam gignitur filius

Spiraõ activa sdm quam spiratz ~~S. Sanctus~~ Pr. Passiva, sdm quam spiratz S. Sanctus

Opus ad extra e aliquid externe producere ut creare, ~~producere~~ conservare &c.

Opus ad intra est quod singillatim aliqua persona efficit

Trinitas accipitur pro tribus personis unius essentiae.

Unio hypostatica seu personalis dr sdm quam Divinae naturae humana natura in filio unita est.

Incar. activa est opus ad extra, quod efficit ut dicunt tota Trinitas.

Incar. passiva qua incarnatus e solus filius

His declaratis, superest tertium Prolegomenon, quae sic scilicet sententia Adversariorum circa dictos terminos. Cui quartum Prolegomenon nostra videlicet sententia de iis dem terminis ac diametro per modum quendam Antithesis facilioris perceptionis causa subiungemus.

Prolegomen. III

575

Prolegomen tertium

Sententia Adversariorum

Adversarij iam definitos terminos maxima ex parte affirmative de Deo pronunciant, veluti singillatim sequetur.

Essentia

1 Fatentur illi Essentiam maxime proprie acceptam esse in Deo, imo Deum esse ipsam Essentiam eminentissime.
2 fatentur Divinam Essentiam esse numero Unam, unicate proprijssime dictam et singularissimam.
3 fatentur eandem Essentiam esse communicabilem, imo communicatam tribus Personis seu Suppositis; non tamen cum Partitione Essentiae, vel multiplicatione; sed Idem illam individuam singularitatem
4 fatentur Essentiam Divinam eo sensu quo ipsi Deum personam esse statuunt, non esse Idem se Personam vel Suppositum; sed esse dependentiam a Personalitate formali, qua suppositatur, quae Personalitas eiusdem Essentiae sit trina. Interim asserunt ijdem nihil esse in Deo quod realiter distinctum sit ab Essentia, cum dicant, omne quod est in Deo, esse Deum.

Secundus ter

Prolegomen Quartum.

Nostra Sententia

Eosdem terminos magna ex parte negative de Deo pronunciat ut patebit.

Essentia

1 Fatemur nos improprie dici Essentiam esse in Deo, sed Deum esse ipsissimum Ens, et Essentiam ipsissimam.

2 Fatemur Essentiam Divinam simplicissimam et singularissimam.

3 Negamus eam esse communicabilem pluribus suppositis propter multas rationes et absurda quae si concederemus inde manantia. Cuiusmodi est et hoc: Si Essentia Divina est communicabilis, includit potentialitatem // dependentium et quandam particularitatem // quae divinae perfectioni repugnat: imo contradictio sic involvitur: Nam quomodo Essentia numero unica subsistens poterit communicari pluribus numero distinctis subsistentibus?

4 Fatemur Essentiam Divinam, quae est ipse Deus esse subsistentem per se propria subsistentia, esseque suppositum et personam proprissime et eminentissime sic dictam.

Negamus

677

Secundus terminus ē Homousios

quem in divinis esse fatentur, dicuntque Personas esse Homousias ē eiusdem Essentiae. Negant autem eas esse vel Synusias vel homoeusias, vel heterusias

Tertius terminus ē Natura. quartus Substantia

Qui prout idem valent quod Essentia, eodem sensu etiam ab ipsis in Deo admittuntur.

Quintus terminus est Persona

Persona, ergo ut est Substia in vidua, intelligent ipsi

Negamus vero formalem illam personalitatem numero Trinam Essentiae divinae per se subsistenti superadditam, cum talis vel sit ens rationis, vel si statuatur ens reale, tollat simplicitatem illam Dei et inducat compositionem ex actu et potentia (nam duo entia realia si uniantur unione perfecta debet alterum vicem potentiae, alterum actus sustinere) quod est absurdum in divinis statuere.

Secundus terminus est Homousios.

Terminum Homousion nos non admittimus in divinis

1 quia est humani ingenii inventum et fundatum in principiis improbatis et improbabilibus.

2 quia quicunque sunt homousi, iam sunt res praeter usian, quam habent eandem: Ergo si homousiae dicantur personae divinae, erunt tres res Homousiae et una usia communis. Similiter Synusion et Homoeusion et Heterusion nos in divinis non usurpamus; attamen bono sensu concedi posset Synusion in Deo, quatenus multa Dei nomina, ut: Jehova, Eloa, Adonai et eandem numero divinam personam denotant. Heterusion quoque Deo attribui potest, quatenus ipse est Heterusios, ab omnibus aliis praeter se.

Tertius termi. est Natura. Quartus Substantia

Qui prout idem valent quod Essentia eodem sensu nos admittimus

Quintus terminus est persona.

Quam ut definitur Substantia individua, intelligens, de Deo

Pronun-

ipsi non pronunciant de Deo, ne cogantur fateri, vel quatuor esse Personas, vel Personae uni Personas tres superadditas.

Personam ut dr. modus quidam essendi vel existendi (quem sic definivit quidam: Modus essendi est relatio accedens ad essentiam Dei unde persona dr.) Personam in quam hoc sensu in Deo seu Essentia divina fatentur esse, eamque numero trinam ~ Patrem Filium et SS, quae tres Personae eandem Essentiam ultimate actuent et suppositent.

differt ab Essentia, vel non. Si non differt. Ergo Essentia Essentia, ita identice una est Persona per Relationem in divinis erunt quatuor entia realia, distincta realiter ratio et [illegible] pro [illegible]; sed fatentur sponte, nec modos ab Essentia: Ergo Personae quoque divinae constituerentur quod est absurdum. Deinde si tres sunt in Deo totidem supposita et totidem individua, atque indebus illis individuificis Personalitatibus quomodo v. g. Patris, dicitne totam essentiam divinam individuae divina personalitate praedita. quomodo igitur eandem Essentia

Sextus

pronunciamus, ipsam convertibiliter et secundum se unam esse Personam Divinam, eo quod est una individua, intelligens substantia. Personam autem quae sit modus Essendi dicimus vel esse Ens rationis vel nihil realiter distinctum ab ea personalitate, quae est ipsa singularitas substantiae intelligentis individuae, ideoque tales modos essendi, quales ipsi asserunt de Deo non pronunciamus, propter has rationes:

1 Quia si tales modi essendi essent personalitates reales, ad singularitatem per se existentis Divinae Essentiae accedentes, sequeretur personalitatem personalitati superaddi, nec unam quidem, sed trinam uni

2 Sequeretur quod personalitas in divinis esset minus perfecta quam in creaturis; In his enim persona est substantia prima perfectissime subsistens, in Deo esset Relatio; quae est minimae entitatis, imo secundum se non Ens, quod probo ex ipsorum sententia. Si Relatio in divinis est Ens vel est Relatio identice, et per consequens sicut una est constituta. Si differt ab Essentia et est Ens, Ergo nimirum Essentia, et tres Relationes, Paternitas Filiessendi, nec relationes esse Entia realia distincta per non Entia, et distinguerentur per eadem inter se, subsistentiae seu modis subsistendi, erunt etiam tres Dij. Caeterum una individua Essentia tripotest communicari? Quaero enim, Persona prima subsistentem? Dicit utique. Ergo iam est una persona amplius communicabilis est alteri, et tertiae personalitati?

Sextus term

Sextus terminus ē Subsistentia.

Quæ ut idem valet quod Persona, eodem sensu ab illis et modo usurpatur. Subsistens, prout concretē idem sciat quod individuum seu suppositum ultimatē actuatum existens, partim ab illis statuitur unum, nimirum, divina Essentia, quam dicunt subsistere tribus subsistentijs; partim autem tria Hypostasis ÷ supposita, concedere coguntur, quia tres subsistentiæ, quas asserunt, sunt tanquam tres actus, ergo constituere debent tria subsistentia.

Septimus terminus ē Proprietas

Quam dupliciam asserunt in Deo: Essentialem et Personalem. Proprietates Essentiales ab essentia fluentes dicunt esse communes tribus personis, ut sunt: Omnipotentia, omniscientia, omnipræsentia etc. Personales proprietates vocant eas, quæ personas consequuntur, ut proprietas Patris est innascibilitas, generare, Filij nasci Spiritus Sancti spirari.

=tia. Alias, vero, quæ non ille, ut: —
=tem sententiam multis a Deo posita est —

Sextus terminus est Subsistentia.

Prout idem valet quod persona, itidem vel admittitur, vel refellitur a nobis uti persona. Subsistens nos pronunciamus de Deo, quod, id sit Deus unus et solus Pater Christi, qui per se existit et subsistit, sicut est una et sola persona. Adversarior autem sententia contradictionem involvit; nam unum tantum subsistens in divinis asserunt, unde sequitur et subsistentiam eiusdem unam esse vel solam. Vel, si plures sint, esse vel neutram perfectam et completam; vel praeter unam reliquas superfluas. Vel admittunt tria subsistentia, sicut tres personas et tres subsistentias; unde sequitur tres esse Deos.

Septimus terminus est Proprietas.

Eo modo quo ab Adversariis in essentiali et personali a nobis non distinguitur, cum quicquid essentiae divinae sit proprium et personae, ut pote cum essentia divina per suam singularitatem sit ipsamet persona una et sola. Interim concedimus proprietates divinas esse duplices. Alias, quae sunt aliquomodo cum creaturis communicabiles, ut: Sanctitas, iustitia, aeternitas, omnipotentia etc. Adversariorum autem absurditatibus. Nam si dantur communicates

Cur sunt

583

(ut sunt proprietates essentiales) et dantur pro-
reali in divinis, colletur illa simplicitas, quam
duplicibus his proprietatibus colligitur essentiam divi-
nitatis individuantes determinetur et
proprietas personalis fluat a personis, quaerendum
sola, exclusa essentia; an ab essentia sola, an
primum admittatur, sequetur, quod illae personali-
ab illis peculiariter distinguens, realis pro-
sola personalitas v. g. Patris dicatur innascibi-
neque ipsi concedunt. Si ab essentia sola
sequetur quod eadem essentia simul et semel
essentia divina sit causa personarum divinarum,
praeterea eadem essentia innascibilis, et
manaret innascibilitas Patris, et nascibilitas
tates personales a personalitate et essentia
ab utraque, vel totaliter ab utraque.
incompleta seorsim causa proprietatis.
fluum[3] esset[4] fluere[2]. Nam a causis totalibus
fertur numero non solet promanare, universa nam sup
ex parte ab essentia quoque divina fluere
ipsi tum gignere, tum gigni, tum etiam spirari.

Octavus

prietates ultimatae distinctionem inferentes
Adversarij omnes concedunt. Praeterea ex
nam esse naturam specificam, quae per pro-
quasi singularizetur. Insuper cum pro-
est, fluatne à personalitate ~~et essentia simul~~
à personalitate et essentia simul? Si
tates realiter differant ab essentia, cum
prietas emanet. Insuper sequetur quod
lis, et sola eadem dicatur gignere, quod
dicantur manere proprietates personales,
oppositas proprietates gignat. Item quod
quae per proprietates personales determinantur.
eadem nascibilis esset, cum ex ipsa pro-
tilij. Si verò dicant fluere proprie-
simul, sequetur fluere illas, vel partialiter
Si prius, utraque erit inadaequata et
Si totaliter ab utraque, ab alterutra sup-
eiusdem ordinis, non subalternatis idem ef-
vacuum fugiente. Denique sequeretur saltem
proprietates personales. Ergo proprium esset et

Octavus

Octavus terminus Relatio

Quam duplicem statuunt: Aliam Rationis, saltem ex parte Dei, quâ Deus ad creaturas refertur. Hanc vero ideo vocant Relationem Rationis, quod ex parte Dei non sit realis dependentia à Correlatis; licet à parte Creaturarum, sit relatio realis ad Creatorem. Hanc ideo statuunt realem, quia Pater à Filio, et vice versa in esse correlati dependent æquè. Huiusmodi autem relationes duas asserunt:

Unam inter Patrem et Filium, quæ à Patre, Paternitas, à Filio Filiatio dicitur.

Alteram inter Spirantes, qui sunt Pater et Filius et Spiratum, qui est S. Sanctus. Quæ relationes tria constituunt correlata personas designantia, ut sunt Generans, qui est Pater, Genitum, qui est Filius, et Spiratum, qui est S. Sanctus.

Essent tres Personæ non solis modis et Relationibus inde erunt tres Primæ Substantiæ trium Relationum contra naturam Relationis; quæ à parte Pri-

Octavus terminus ē Relāo:

Quam solam ad extra nominatam nos concedimus, qua Deus unus et solus ad suas Creaturas refertur, ut: Creator Conservator &c.

Relationes autem personales Adversariorum negamus propter varias cāas, ē quibus sunt hæ manifestæ.

1 Quia tales Relationes reales involvunt multitudinē rerū in Divinis et earum realem dependentiā, non ut correlatarū tm, ut sunt personalitates, sed et fundamenti relationis, quod est vel Actio substialis vel etiam substia. Paternitas enim fundatur in generatione activa, quæ est actio substantialis. Filiatio ē contra fundatur in generatione passiva, quæ itidem est productio, non Relationis nudæ, sed substantiæ genitæ, cui filiatio innititur. Quæ cum ita sint multitudo rerū ab invicē dependentium admittenda erit in Divinis

2 Negamus ~~in Divinis~~ Relationes personales, quia illæ vel consequuntur ex nāa rei ipsas personas correlatas, et fundantur in illis, vel antecedunt et constituunt illas. Si prius sequeretur, quod præscindendo per intellectū Relationē Paternitatis v.g. adhuc remaneret prima persona in Divinis, et per consequens tionibus distinctæ, sed sdm substiam numericē ac prohibiteta, adeoque tres Dij. Si posterius, hoc est o rē non potest personam ppriedictam constituere.

3 Negamus

ipsi non pronunciant de Deo, ne cogantur fateri, vel quatuor esse Personas, vel Personae uni Personas tres superadditas.

Personam ut dr. modus quidam essendi vel existendi (quem sic definivit quidam: Modus essendi est relatio accedens ad essentiam Dei unde persona dr.) Personam in quam hoc sensu in Deo seu Essentia divina fatentur esse, eamque numero trinam ~ Patrem Filium et S.S.; quae tres Personae eandem Essentiam ultimate actuent et suppositent.

differt ab Essentia, vel non. Si non differt. Ergo Essentia Essentia, ita identice una est Persona per Relationem in divinis erunt quatuor entia realia, distincta realiter ratio ut [illegible] passiva; sed fatentur sponte, nec modos ab Essentia: Ergo Personae quoque divinae constituerentur quod est absurdum. Deinde si tres sunt in Deo totidem supposita et totidem individua, aliquindebus illis individuificis Personalitatibus quomodo v. g. Patris, dicitne totam essentiam divinam individuae divina personalitate cpdita. quomodo igitur eandem Essentia

Sextus

pronunciamus, ipsam convertibiliter et secundum se unam esse Personam Divinam, eo quod est una individua, intelligens substantia. Personam autem quae sit modus Essendi dicimus vel esse Ens rationis vel nihil realiter distinctum ab ea personalitate, quae est ipsa singularitas substantiae intelligentis individuae, ideoque tales modos essendi, quales ipsi asserunt de Deo non pronunciamus, propter has rationes:

1 Quia si tales modi essendi essent personalitates reales, ad singularitatem per se existentis divinae Essentiae accedentes, sequeretur personalitatem personalitati superaddi, nec unam quidem, sed trinam uni

2 Sequeretur quod personalitas in divinis esset minus perfecta quam in creaturis; In his enim persona est substantia prima perfectissime subsistens, in Deo esset Relatio; quae est minimae entitatis, imo secundum se non Ens, quod probo ex ipsorum sententia. Si Relatio in divinis est Ens vel est Relatio identice, et per consequens sicut una est constituta. Si differt ab Essentia et est Ens, Ergo nimirum Essentia, et tres Relationes, Paternitas Filiestendi, nec relationes esse Entia realia distincta per non Entia, et distinguerentur per eadem inter se, subsistentiae seu modis subsistendi, erunt etiam tres Dij. Caeterum una individua Essentia tripotest communicari? Quaero enim, Persona prima subsistentem? Dicit utique. Ergo iam est una persona amplius communicabilis est alteri, et tertiae personalitati?

Sextus term

Sextus terminus ē Subsistentia.

Quæ ut idem valet quod Persona, eodem sensu ab illis et modo usurpatur. Subsistens, prout concretē idem sc̄at quod individuum seu suppositum ultimatē actuatum existens, partim ab illis statuitur unum, nimirum, divina Essentia, quam dicunt subsistere tribus subsistentijs; partim autē tria Hypostatica ÷ suppositia, concedere coguntur, quia tres subsistentiæ, quas asserunt, sunt tanquam tres actus, ergo constituere debent tria subsistentia.

Septimus terminus ē Proprietas

Quam dupliciam asserunt in Deo: Essentialem et Personalem. Proprietates Essentiales ab essentia fluentes dicunt esse communes tribus personis, ut sunt: Omnipotentia, omniscientia, omnipræsentia ÷ Personales proprietates vocant eas, quæ personas consequuntur, ut proprietas Patris est innascibilitas, generare, Filij nasci Spiritus Sancti spirari.

=tia. Alias, vero, quæ non illud, ut: —
=tem sententiam multis a Apostolica est —

Sextus terminus est Subsistentia.

Prout idem valet quod persona, itidem vel admittitur, vel refellitur a nobis uti persona. Subsistens nos pronunciamus de Deo, quod, id sit Deus unus et solus Pater Christi, qui per se existit et subsistit, sicut est una et sola persona. Adversarior autem sententia contradictionem involvit; nam vel unum tantum subsistens in divinis asserunt, unde sequitur et subsistentiam eiusdem unam esse vel solam. Vel, si plures sint, esse vel neutram perfectam et completam; vel praeter unam reliquas superfluas. Vel admittunt tria subsistentia, sicut tres personas et tres subsistentias; unde sequitur tres esse Deos.

Septimus terminus est Proprietas.

Eo modo quo ab Adversariis in Essentiale et Personale a nobis non distinguitur, cum quicquid Essentiae divinae sit proprium et personae, ut pote cum Essentia divina per suam singularitatem sit ipsamet persona una et sola. Interim concedimus proprietates divinas esse duplices. Alias, quae sunt aliquomodo cum creaturis communicabiles, ut: Sanctitas, iustitia, aeternitas, Omnipotentia etc. Adversariorum autem absurditatibus. Nam si dantur communicates

Cut sunt

583

(ut sunt proprietates essentiales) et dantur pro-
reali in divinis, colletur illa simplicitas, quam
duplicibus his proprietatibus colligitur essentiam divi-
prietates individuantes determinetur et
prietas personalis fluat à personis, quaerendum
sola, exclusa essentia; an ab essentia sola, an
primum admittatur, sequetur, quod illae personali-
ab illis peculiariter distinguens, realis pro-
sola personalitas v.g. Patris dicatur innascibi-
neque ipsi concedunt. Si ab essentia sola
sequetur quod eadem essentia simul et semel
essentia divina sit causa personarum divinarum,
Praeterea eadem essentia innascibilis, et
manaret innascibilitas Patris, et nascibilitas
tates personales à personalitate et essentia
ab utraque, vel totaliter ab utraque.
incompleta seorsim causa proprietatis.
fluum esset fluere. Nam à causis totalibus
fertur numero non solet promanare, universa nam sup
ex parte ab essentia quoque divina fluere
ipsi tum gignere, tum gigni, tum etiam spirari.

Octavus

prietates ultimatae distinctionem inferentes
Adversarij omnes concedunt. Praeterea ex
nam esse naturam specificam, quae per pro-
quasi singularizetur. Insuper cum pro-
est, fluatne à personalitate ~~et essentia simul~~
à personalitate et essentia simul? Si
tates realiter differant ab essentia, cum
prietas emanet. Insuper sequetur quod
lis, et sola eadem dicatur gignere, quod
dicantur manere proprietates personales,
oppositas proprietates gignat. Item quod
quae per proprietates personales determinantur.
eadem nascibilis esset, cum ex ipsa pro-
tilij. Si vero dicant fluere proprie-
simul, sequetur fluere illas, vel partialiter
Si prius, utraque erit inadaequata et
Si totaliter ab utraque, ab alterutra sup-
eiusdem ordinis, non subalternatis idem ef-
vacuum fugiente. Denique sequeretur saltem
proprietates personales. Ergo proprium esset et

Octavus

Octavus terminus est Relatio

Quam duplicem statuunt: Aliam Rationis, saltem ex parte Dei, quâ Deus ad creaturas refertur. Hanc vero ideo vocant Relationem Rationis, quod ex parte Dei non sit realis dependentia à Correlatis; licet à parte Creaturarum, sit relatio realis ad Creatorem. Hanc ideo statuunt realem, quia Pater à Filio, et vice versa in esse correlati dependent æquè. Huiusmodi autem relationes duas asserunt:

Unam inter Patrem et Filium, quæ à Patre, Paternitas, à Filio Filiatio dicitur.

Alteram inter Spirantes, qui sunt Pater et Filius et Spiratum, qui est S. Sanctus. Quæ relationes tria constituunt correlata personas designantia, ut sunt Generans, qui est Pater, Genitum, qui est Filius, et Spiratum, qui est S. Sanctus.

Essent tres Personæ non solis modis et Rela-
inde erunt tres Primæ Substantiæ trium Relationum
contra naturam Relationis; quæ à parte pri-

Octavus terminus ē Relatio:

Quam solam ad extra nominatam nos concedimus, qua Deus unus et solus ad suas Creaturas refertur, ut: Creator Conservator &c.

Relationes autem personales Adversariorum negamus propter varias causas, ē quibus sunt hæ manifestæ.

1 Quia tales Relationes reales involvunt multitudinem rerum in Divinis et earum realem dependentiam, non ut correlatarum tantum, ut sunt personalitates, sed et fundamenti relationis, quod est vel Actio substantialis vel etiam substantia. Paternitas enim fundatur in generatione activa, quæ est actio substantialis. Filiatio ē contra fundatur in generatione passiva, quæ itidem est productio, non Relationis nudæ, sed substantiæ genitæ, cui filiatio innititur. Quæ cum ita sint multitudo rerum ab invicem dependentium admittenda erit in Divinis

2 Negamus ~~in Divinis~~ Relationes personales, quia illæ vel consequuntur ex natura rei ipsas personas correlatas, et fundantur in illis, vel antecedunt et constituunt illas. Si prius sequeretur, quod præscindendo per intellectum Relationem Paternitatis v.g. adhuc remaneret prima persona in Divinis, et per consequens tionibus distinctæ, sed secundum substantiam numericè ac prohibiteta, adeoque tres Dij. Si posterius, hoc est o rei non potest personam propriedictam constituere.

3 Negamus

587

3 Negamus dari tales Relationes, quia generatio Activa substantialis in divinis: Nam vel quia fundatur Paternitas in generatione, eamque potius relatio generaret. Vel generat Essentia Divina, ut seu Relationem, seu personalitatem nudam. Si prius divinae. Si posterius, itidem est absurdum, quia adminatur generatio substantialis. Quod si dicant divinis, sed substantias, vel saltem actus substantiae sint substantiae tres realiter distinctae.

Nonus terminus est Notio.

Quas notiones in divinis concedunt eo fine ut personae per eas dignoscantur.

Decimus terminus Circumcessio, vel immeatio

Quam Adversarii admittunt in divinis, asserentes personas tres intime aliam esse in alia.

Aliâs proprie, ut sic non competit Deo, sed partes suas cedentibus ~~unibilibus~~, ut: V. gratia et Subiecto, vel pluribus accidentibus unibi. Aliâs Immeatio accipitur Metaphoricè prorarum et praesertim rationalium, vel etiam, ut personarum. Hoc posteriori sensu non datur

fundamenta earum dari negamus. Non enim datur generat Paternitas ipsa, et hoc non est dicendum, sequitur, quam ut efficiat. Deinde quia sic gola hoc non, quia vel generare Essentiam, vel modum dicatur, est absurdum, quia multiplicabuntur Essentiae Relationem, vel modum, vel Personalitatem non ter-modos et Personalitates illas non esse accidentia in ales, sequitur quod in Divinis praeter Essentiam

Nonus terminus est Notio.

Nos Notiones in Divinis personas discriminantes non concedimus, cum negemus dari plures personas in divinis; concedimus tamen esse nomina Dei varia, per quae ipse a reliquis omnibus creaturis dignoscitur

Decimus termi: Circumincessio vel immeatio.

Nos talem immeationem negamus, cum negemus tres personas divinas esse, quibus talis immeatio ab Adversarijs attribuitur. Praeterea, non datur immeatio in Divinis. Immeatio enim accipitur tripliciter: vel duobus, pluribusque corporibus, sibi mutuo per vino et aquae; vel Materiae et Formae, vel Accidentibus, ut: dulcedini et candori in lacte. / inhabitatione, quae Deo tribuitur respectu Creatu- hoc loco ab Adversarijs pro identificatione trium Immeatio, quia vel accipitur ipsa pro identitate Essentiae

Essentiae, secundum quam tres personae sunt idem, et tali numero Essentia tripersonata sit. Insuper talis duo vel plura entia realia denotet, quae specificatione personarum, quatenus Pater dicitur esse in Filio Angelus unus est ad tra alium; tunc sequitur substantia. 2 Quod Pater esset intimus Filius. Vel saltem se in altero. Interim nos quoque fatemur concedi posse aliquam immutationem quod Pater quidem inhabitet in Xto, Ceres vero inhabitetur a Deo; sed

II Terminus e Generatio Activa

Generatio Activa, quam Adversarii in Divinis urgent eam quae primae personae divinae propriam statuunt, secundum quam Pater proprie dicta substantiali generatione filium gignit.

Substantialis est actio in suo genere perfecta. Aut Generatio Activa provenit ab Essentia Divina. Si primum, sequitur, quod tota Trinitas quoad generans sit, alia genita. Si secundum sequitur. Si tertium, quaeritur adhuc, quaenam sit ratio ligendi, vel Essentia secundum se? Si prius, ab Essentia, ut Pater a qua fluat generatio activa actio totius Essentiae; an solius Patris? Si prius, cuius intima ratio est generare. Si posterius sit gignere: Et per consequens Filius. Si tertium, sequitur absurdum, quod supra

Immeatio nō datz, cum fieri non possit ut una
Identitas, quae potest dici Immeatio, cum Immeatio
Penetrat. Si vero immeatio accipit pro identi-
nitimē et Filius in Patre. Non vero sicut
quod Pater etiam ut distinguitz ab Essentia, esset
quod unum oppositorum intimē sit in altero, et quod personalitas una intimē sit
nem Dei et Xti. sed ratione tm mutuae cognitionis, mutui amoris, et
talis Immeatio realem et Essentialem involvit distinctionem et com-
petit Deo et omnibus fidelibus.

Terminus e Generatio Activa.

A nobis non concedit in Divinis, quia talis Generatio
in aeternis non tm imperfectionem dicit, sed et impossi-
bilitatem, competitque proprie caducis rebus, quae cum
individuo permanere nequeant, perpetuo per propagatio-
nem speciem conservant. Deinde quia generatio
Ergo provenit a supposito completo. Tum sic:
sola; Aut a personalitate Patris; aut ab Essentia, ut e Pater
Essentiam generat; vel quod Essentia Divina alia
quod, sola Personalitas Patris erit suppositum completum.
Principia gignendi: Personalitas ne, vel actus intel-
Ergo, personalitas Patris erit quid realiter distinctum
Si secundum, quaeritz. An illa intellectio sit
Ergo Filius qui gignitz, nō participat Essentia
Ergo Solius Patris erit intelligere, cum Solius Pa-
et S.S. non intelligunt, E. nō erunt personae
diximus, totam Trinitatem quoad Essentiam gignere.

Interim

Interim concedimus Deum gignere filios; sed exaltando, liberando, vel peculiari amore, vel

XII Terminus ē Generaō passiva.

Quæ ab Adversarijs Filio tribuitē stantialē involvit dependentiam a gignente se priore productus. Tum quia, quod gignitz Non enim sola personalitas, quæ modus et Reneratiōnis; sed Substia singularis, quæ

XIII Terminus ē Spiratio Activa.

Secundum quam asserunt Adversarij per mutuus amorē Patris et Filij Tertiam personā divinitatis produci

XIV Terminus ē spiratio Passiva.

Secundum quā S. Sanctus tertia divinitatis persona producitz, itidem admittitē ab Adversarijs.

XV Terminus est opus ad Intra

Cuiusmodi in Deo esse dicunt, Generationē Activā et Spirationē Activam

XVI Terminus, opera ad extra dicunt illa omnia, quæ Deus extra se operatz, quæ dicunt esse indivisa et communia totius Trinitatis. Quamquā per appropriationē

non substantiate; verum creando, conservando, providentia prosequendo.

XII Terminus ē Generāo passiva.

a nobis non admittitur, quia enim sub-
~~Interim~~ cum sit effectus realiter ab aliquo
accipit esse et existentiae et essentiae singularis:
latio ab ipsis dicitur, potest esse terminus principalis ge-
ni divinis dari nequit.

XIII Terminum et XIV in divinis locum
habere nos negamus, eo sensu, quo Adversarii vo-
lunt, propter easdem et similes rationes, propter
quas generationem dari negavimus: quibus et
hoc addi potest, quod secundum ipsos Pater et
Filius essent partiales causae, partiales Spirato-
res S. Sancti, quod absurdum iudicantes Grae-
corum plurimi, negant a Filio procedere S. Sanctum,
sed a solo Patre.

XV Terminus ē opus ad intra: a nobis
non concedere in divinis eo sensu quo illi volunt. Con-
cedimus tamen modo quodam eminentissimo Deum ipsum
operari ad intra, quatenus intelligit se et amat; Un-
de tamen substantiales productiones plurium personarum sequi
negamus propter absurda supra dicta.

XVI Terminus operatio ad extra a nobis admit-
titur bono sensu, esse nimirum opera Dei ad extra, quae
non Trinitas, sed Deus ille summus et solus Pater Xti
et Xerum

ationem (ut vocant) peculiares quibusque personis operationes tribuunt. E. gr. Patri inchoationem, Filio continuationem; S. Sancto absolutionem. Patri Creationem, Filio Redemptionem, S. Sancto sanctificationem.

XVII Terminus est Trinitas, quae vox longe post Apostolorum tempora in Concilijs et Synodis est inventa, postquam scilicet post longas contentiones conclusissent Filiumque et S. Sanctum esse personas Divinas, Patri Coessentiales; Licet ab ipsis quoque ut barbara et male sonans non adeo usurpetur; fatentur tamen in divinis locum habere

XVIII Terminus est IX et XX, ut sunt, Incarnatio Activa, Passiva et Unio Hypostatica jam sunt expendendi, quibus utuntur Adversarij in disputatione de duabus naturis Christi;

Quod igitur attinet incarnationem Activam illam Adversarij maxime urgent dari, quae est illa actio transiens, secundum quam Tota Trinitas causavit unionem hypostaticam naturae humanae et divinae effective in Christo

Incarnatio Passiva (quam tamen plerique tergiversanter admittunt ne concedere cogantur secundam personam Trinitatis passive incarnatam esse) ea est, secundum quam persona secunda divinitatis humanam naturam induit. Unionem

exercuit et exercet primario. quae opera si-
quando caeteris praeter Deum attribuuntur, ut: S. Sancto,
Angelis, Christo Dno, creaturisque aliis, attribuuntur
ut mediis causis et instrumentis.

XVII Terminus Trinitas Deo non competit,
cuius intima proprietas est unitas simplicissima
et individua; Et quod personarum Trinitas in di-
vinis infinita absurda secum trahit; Et quod
universa scriptura ea de re tacet; clamat
autem Deum illum summum, qui est Pr Christi, et
omnium, esse unum et solum.

Nostra sententia de XVIII termino 7.

Nos vero dictos terminos planè negamus in di-
vinis aut in Christo locum habere. Praesertim,
quia impossibiles res illis terminis sciantur.
Nam incarnationem Activam, quod attinet,
si tota Trinitas affective operata est, quo-
modo potuit aliqua trium personarum incarnari
passive? Nam idem in eadem Actione non
potest esse et Agens et Patiens. Incarnatio
passiva quoque solius 2dae personae qui
potest esse? Nam, vel illam incarnationem
terminabit quoad Essentiam suam, et
sic non solus Filius; sed tota Trinitas quo
ad Essentiam incarnabitur; vel

Unionem hypostaticam dicunt esse arctissimam coniunctionem Divinae naturae et humanae sub Hypostasi Filij, unde Christum Personam esse unam; sed duabus completis naturis constantem fatentur.

F II Sed unio hypostatica ~~non~~ seu Pe-
ticate Filij non admittitur a nobis propter-
1 Actus purus et infinitus non est alteri-
tum unione tam arcta ut est personalis;
2 Purus et infinitus, cum sit Deus aeternus
2 Inter unibilia esse debet aliqua proportio-
nitam nulla est proportio, Ergo
3 Persona non potest assumi ad unionem
Ergo non potuit assumi. Major con-
homo singularis, habens Essentiam sui
fuit Persona. Personalitas enim
singulari, intelligenti.
4 Quae sola ratione distinguuntur inter
dependentiam terminare; Ac per-
guntur. Ergo sola Personalitas Filij
Sed nec cum Essentia potuit, nisi
Essentia Patris; vel totam Essentiam
5 Si Personalitas Filij terminavit de
illa eminenter continet personalitates
distinguitur ab Essentia divina perfectionem;

Vel terminabit incarnationem Filijs, quo ad Personalitatem solam; et hoc non; quia Persona ~~[illegible]~~ distinguitur ab essentia, est mera Relatio et modus, cui non competit taliter incarnari. // F

Personalis humanae naturae et Divinae sub Personalis rationes:

et quidem mortalis naturae completae unibilis, praeser-

At Filius etiam secundum Adversarios est Actus secundum illos. Ergo

At inter Divinam naturam infinitam, et humanam finitam unio esse potest.

Personalem denuo; sed Christus ut homo, fuit Persona-

ceditur ab ipsis: Minor probatur: Christus fuit gularem; At hoc est esse personam realem; Ergo realis nihil positivum superaddit substantiae

se, et alterum sine altero non potest realem

sonalitas Filij et Essentia Divina sola ratione distin-

non potuit terminare dependentiam humanae naturae.

concedant, vel aliam esse Essentiam Filij ab incarnatam

Pendentiam humanae naturae, ideo factum est quod creatas; At inde sequitur, quod personalitas ut quod est contra ipsos. Haec et

697

Hæc, et alia multa absurda sequuntur hypostaticam unionem admissam. Quare nos cum scriptura S. et sana ratione eam dari planè negamus. Concedimus interim homini Jesu Xto unitam et inditam fuisse Divinitatem et donatam virtutem S. Sancti Divinam sine mensura. Concedimus etiam per inhabitationem Deum fuisse in Christo teste Apto. Atque hæc de terminis controversis, nostraque de iisdem sententia dicta sunt. Jam ad institutum accedentes ostendemus ea, quæ per dictos termines Adversarii Deo in esse contendunt, sicut neque sanæ rationis iudicio, ita neque S. sacræ testimonijs, quibus ipsi nitij videntur posse nullo pacto consistere. Finis Deo favente

Sequitur Author ad explicandum.

Compendium Theologiæ Christianæ.

Omnes artes omnesque disciplinæ hominum industriâ inventæ, et in usus bonos directæ laude et commendatione sua minimè carent; una tamen præ illis omnibus primatum optinet iure meritò Theologica. Illa etenim omni genere laudis præcipuè gloriari potest; summè utilis, iucunda necessariaque, maximè illius Authorem si spectes, non est humana sagacitas, non industria; sed Author eius est Deus ille solus Sapiens, fons inexhaustus omnis veræ Sapientiæ.

Obiectum eius si consideres primarium, est ipsemet Deus, cuius naturam, attributa, opera, consilia, decreta et quæ nulla aliâs humani ingenij acies attingeret propriis viribus, scrutatque et mani sestat.

Finis porro eiusdem Theologiæ præcipuus est gloria Dei, hominumque vera utriusque vitæ beatitudo. Quæ cum ita se habeant, quis nostrum non intelliget summopere nobis annitendum esse ut Theologiæ doctrinæ sedulam operam navemus, sine qua omnis alia scientia ad veram perfectionem conferendum

conferendam vana est et inutilis, sine qua in la-
queos Diaboli perniciosissimos incidere proclive est,
isto perfectum seculo, de quo merito illud dici potest:
Nullum eo seculum fuisse feracius opinionum,
sterilius pietatis. Agite igitur Auditores, qui
praecipuam animae curam habere debetis, cum aliis
et cum aliis Artibus ac disciplinis conatu studioque
excitato Theologicam capessite, eamque discere
perdiscereque satagite. Ego operam meam et
manuductionem prout vires erunt Deo juvante
vobis polliceor.

Caeterum ut debito ordine noster ille compen-
diosus tractatus procedat, communia quaedam no-
tatu digna praemittimus. Et primo quidem
videndum est, Quid sit Theologia et quo tu-
plex, quid item Religio et quo sensu hic
a nobis consideranda.

Theologia graeca vox est, quae resolvi
potest in haec vocabula θεοῦ λόγος, quasi
dicas περὶ θεοῦ λόγος; Latine est ergo do-
ctrina Dei vel doctrina seu potius ratio et
de Deo scientia. Ea Doctrina prout est
nostri instituti, duobus modis accipitur:
1. Theologia accipitur pro nuda contemplati-
one Dei, rerumque divinarum, quo sensu Aristoteles
Metaphysica

Metaphysicam suam vocat Theologiam. Eodem sensu Diabolus et plurimi Sapientes huius seculi Theologi, vel Theosophi dici possunt, quatenus habent Scientiam de Deo.

Alio modo Theologia accipitur pro Scientia rerum divinarum, non Theoretica tantum, sed et Practica, impellente et dirigente hominem ad Deum secundum ipsius voluntatem rite colendum.

Religio latina vox est derivata à relegendo ut Cicero asserit, eo quod ritus Sacrorum et modus colendi Deos apud Ethnicos identidem relegerentur; Aut à religando ut Lactantius affirmat, eo quod religione obstringerentur et quasi religarentur homines ad Deo obediendum; Aut à Reeligendo ut Augustinus putat. Porro ipsa quoque Religio variis scationibus usurpatur, ex quibus duas praecipue hic observemus: 1. Reli. accipitur pro norma et regula cultus divini.

2. Latiore sensu accipitur pro notitia sive doctrina de Deo rebusque divinis, et pro ratione Deum colendi. Jam Theologia 2da acceptione, et Religio ijdem 2da acceptione re ipsa idem sunt, et vos de Theologia et religione hoc ipso sensu tractaturi sumus. Sed Theologia

601.

Sed Theologia sive Religio duplex ē:
Alia Falsa, quæ improprie Theologia vel Religio vocatur,
Cuiusmodi est Ethnica, Mahumetana et Hæretica,
quæ nec notitiam Dei, nec cultum eius vrē tradit, quia
ab aperto Dei verbo longissimē recedit
Alia vero est Religio vera, cuiusmodi iam nūc ē
sola Christiana.

Cæterum et hæc distinctio religionis hic
observanda est, quod Theologia seu religio suo modo vera,
quibusdam gradibus à mundo condito ad ultima
usque hæc mundi tempora progressa ad complemen-
tum, et tandem consummatē perfecta sit. Nam pri-
mus gradus vræ religionis fuit obscurior, qua-
lis erat Religio primi mundi; Secundus gradus
fuit clarior et perfectior, qualis fuit Religio ipsi-
us Nōe et reliquorum piorum à diluvio usque
ad Abraham; Tertius gradus adhuc fuit per-
fectior, qualis fuit Abrahamitica Religio; 4tus
adhuc perfectior, ut ea, quæ per Mosen Judæis
data fuit; 5us Et ultimus est gradus perfectis-
simus, et est ipsa consummata Christiana Theo-
logia seu Religio, de qua in posterum tractabimus.

Theologia ergo sive Religio Christiana
describē hoc pacto: Quod sit Doctrina S. Lrā
comprehensa de Deo et eius operibus, præcipuē
vero de

vero de Foedere gratiae, quod ipse per Mediatorem J. C. pepigit cum hominibus, impellens atque dirigens ipsos homines ad verum Dei cultum sub spe premiorum in eodem Foedere promissorum.

Religio item vera seu Christiana est ratio colendi Deum, vera ac perfectissima, eiusdem veram notitiam prequirens in verbo Dei, et perfectam in Scriptis Novi Foederis expressa sub spe divinae remunerationis.

Ex his ergo definitionibus tractatus nostri ordinem et capita non erit difficile deducere.

Diximus Theologiam veram esse doctrinam sacris literis comprehensam, inde ergo colligitur Sacram Scripturam esse normam et fundamentum Theologiae, ac proinde omnium sententiarum, nominum, assertionum, conclusionum, quae in Theologia tractantur veritates, tanquam Lydio Lapide sacra Scriptura sunt probandae.

Quare T. de ipsamet Sacra Scriptura quaedam tractabimus.

2 Diximus Theologiam esse Doctrinam, signanter de Foedere gratiae, inter Deum et homines per Mediatorem J. C. initio. Ac illud foedus ne perfecte cognoscatur, ista sunt nobis explicanda:

T. agendum est de personis Foedus contrahentibus quae sunt

quæ sunt Deus et homo, et persona intermedia
Mediator J. C. 2 Cognoscendus est modus quo
Christus hoc Foedus et reconciliationem Dei et hominum
prezerit. 3 Cognoscendæ sunt Foederis conditio-
nes, quæ præsertim duæ sunt: 1 Promissiones
de beatitudine et alijs bonis, a Deo per
Christum hominibus factæ. 2 Præcepta eo-
rumque observatio, sub qua conditione ho-
mines promissorum divinorum participes esse possunt.

Hinc ergo patet quem ordinem sequuturi simus.

Dividimus ergo tractatum compendij causa in tres
libros: 1. agimus de norma fidei s. religi-
onis ÷ de S. scriptura breviter et de Foede-
ris Novi causis et contrahendi medijs.
2 De Conditionibus Foederis ÷ præceptis et promissis
3 Occasione ex prioribus sumpta, agendum
de Eccla i. e. Societate, eandem religionem
observantium.

De vera Christiana religione

LIBER PRIMUS

Istum Librum dividimus in 3 partes: 1 pars e-
rit de verbo Dei et Scri. Sacra. 2 de causis Foe-
deris novi. 3 de medijs et modo quo illud foe. confirmatum est

Sic ergo
Libri

Libri primi pars I
caput I.

In hoc Capite ante omnia considerandum est, An sit et Si est, quod nam sit Verbum Dei et Scris. 1

Verbum Dei itaque multis accipitur, aliàs enim (ne plures sectiones hinc annotem) accipitur Verbum Dei pro verbo mentali, quod vel Sapientiam, vel Decretum, vel voluntatis Divinae imperium denotat: aliàs Verbum Dei accipitur pro virtute 2
et potentia Dei: 3 Magis proprie accipitur pro 3.
eloquio divino quo ille usus est revelando se suamque voluntatem hominibus.

Prima ergo et 2da acceptione dari Verbum Dei, nemo nisi plane stultissimus Atheus negaverit; tertia vero acceptione dari Verbum Dei fortassis Ethnicorum nequissimi, et hoc tempore homines plane Epicurei dubitaverint, qui omnem Providentiam Dei negant, ijdem negabunt etiam aliquando Deum cum hominibus locutum esse.

Sed talibus neglectis firmiter asserendum est, esse Verbum Dei quo ipse suam voluntatem declarat. Illud autem proprie non aliud est quam quod libris Veteris et Novi Test. continetur.

Deus enim pro sua bonitate, providentia et Sapientia

ea quae

ea quae ab initio scitu necessaria hominibus operatus est, quaeque ad suiptius notitiam et hominum salutem pertinent non tantum revelavit certis hominibus, sed per eosdem eadem primum quidem viva voce praedicavit, postea etiam scriptis mandari curavit, consulere volens hac quoque ratione humanae fragilitati

Hinc ergo illud quoque certum est dari Scripturam Divinam, quae sit externum signum et Character verbi Divini, eamque esse libris Veteris et Novi Testamenti comprehensam. Quam scripturam etsi Anabaptistae parvi faciunt, cum dicunt illud tantum esse vere verbum Dei quod cuique Deus per Spiritum suum internè suggerit: Libertini vero etsi eandem pro fabulis habeant, inter quos quidam non modo Scripturam S. ~~[illegible]~~ sed et eius Scriptores derisit, vocando Paulum Vas fractum, Joannem Juvenem stolidum, Petrum Abnegatorem, Matthaeum Foeneratorem &c. omnes tamen Sanioris judicii assentiunt haec Scripta Prophetarum et Apostolorum, aliorumque divinorum virorum esse Sacra et divina.

Cuius rei certitudo his etiam testimoniis elucescit:

1 Ex Doctrinae majestate quae ista Scriptura comprehensa est.

2 Colligitur Scripturam Prophetarum et Apostolorum esse Sacram ex orationis sive styli simplicitate et Puritate

3 Ex

3 Ex antiquitate et ipsius Scripturae et praecipue rerum scriptarum
4 Ex Oraculis et Vaticinijs quae continet haec scriptura, quae longo post tempore completa fuerunt
5 Ex ~~Vocabulis~~ miraculis quae in illa conscripta sunt.
6 Ex Divina custodia, quod à tot persecutoribus ipsa defensa et custodita est.
7 Ex Martyrum plurimorum testimonio qui pro doctrina hac Scriptura comprehensa occubuerunt.
8 Idem ex iudicio sanae rationis colligi potest
9 Idem probatur ex eo quod huius Scripturae autores ut plurimum miraculose facti sunt idonei ad scribendum et docendum.

Ultimo Pontificij idem volunt probare constanti testimonio Ecclae, cui tamen ipsi plurimum tribuunt..

Asserunt enim magna pars Pontificiorum Scripta Prophetica et Apostolica ideo potissimum esse recipienda pro Sacris et Divinis, quod Eccla (intelligunt Ecclam Romanam) ita censeat et iudicet. Sed haec opinio falsa est. Nam Ecclae testimonium non efficit Scripturam esse Sacram, quia etiamsi (dato) nulla esset Eccla; tamen ipsa Scriptura, de qua loquimur esset Sacra. Eccla itaque praesertim vera testatur

tamen

tm̄ et suadet Scripturā, cū per se sit sancta, fidem ei esse habendam.

Caput 2
De sufficientia S. Sacræ.

Quæstio ista duplr̄ considerari potest: 1 Communissimè et scāto amplissimo, et sic idem est, ac si quis quærat. An expressè omnia etiam indifferentia et minoris momenti quæ in Eccla quoquo pacto usurpari possunt, vel quæ ab ijs quorū res gestæ in Biblijs conscriptæ sunt facta fuerunt, reperiantur in Scriptura. Et tunc concedendū est hoc sensu, scripturā nō esse ꝑ oīa sufficientē; Non enim oīa ἄδιάφορα et non necessaria in ipsa continentur quod vel ex 20 c. Joannis patet.

2 Quæstio accipi potest, et debet, magis propriè hoc sensu: An scilt S. sacra vel expressè, vel saltem virtute, verè tn̄ contineat oīa, quæ ad ipsius met finē consequendū requiruntur, ita ut quicquid ipsi addatur

addatz id sit vel ἄδιάφορον vel su-
perfluum vel etiā falsū et periculosū ~~sit~~.

Atq3 sic asserimus S. Sacra esse per
se sufficientē, quod sic probatz:

1 S. Sacra à Deo ordinata est ad homines
in via salutis erudiendos et perficiendos; ergo
ipsa debet esse sufficiens.

Antecedens probatz multis scripturæ testimo-
niis: Deut 31. Josuæ 21. Joan 5 et 7. Rom 4 Deut 25.
et 15. 1 Cor 10 et alibi. Consequentia probatz 2 Tim 3.
ab absurdo: Nam absurdum esset Deum omni-
um sapientissimū de se suaq3 voluntate insuf-
ficientē doctrinam hominibus tradidisse.

2 Probatz sufficientia scripturæ sic: quæcunq3
ad salutē æternā consequendā necessaria sunt
hominibus illa omnia expresse continet scri-
ptura sacra. E. est sufficiens.

Antecedens verum est et manifestū scri-
pturam scrutanti. Hinc est quod Deus per
Mosen et alios, denique per Joannē in fine
Apocalyp. prohibet ne quid verbo ipsis addatz
aut dematz.

Quid

Quid vero contra hanc sufficientiam Pontificij obijciunt nullius est momenti. Inter alia enim scripturae insufficientiam hinc volunt probare.

1 Quod Joannes Evangelista testatur se plurima non scriptisse quae Jesus dixit aut fecit, c. ult.

2. Quod Christus dicat Apostolis: Adhuc multa habeo &c. Unde colligere volunt multa ab Evangelistis et Apostolis esse omissa.

Ad ista tamen facile est respondere:

Ad prius dicendum, Joannem multa quidem omisisse, ea tamen prescriptisse quae necessaria sunt, et sufficiunt ad fidem Christo habendam.

Ad alterum dicendum, quae Dominus (Jesus) C. ante mortem vel non dixit, vel non omnia declaravit, ea postea S. Sanctus Apostolis datus suggessit, quae illi sufficienter scriptis expressere, ut in eorundem Actis et Epistolis patet.

Obijciens adhuc: Paulus ait se vidisse multa in tertio coelo, quo raptus fuit, quae non liceat hominibus eloqui (multo minus scriptis mandare) E. non omnia prescripsit quae scire de mysterijs fidei.

R. Etiamsi fuissent talia quaedam arcana (sicut et fuerunt) illa tamen non fuerunt contraria scriptis

scriptis Apostolis, et illa si prescripta non sunt, utique nec viva voce cuiquam aperta, proinde hæc obiectio nec nos lædit, nec Adversarios iuvat.

Præterea dicendum Paulum ea omnia quæ ad Salutem necessaria sunt, et viva voce prædicavisse ut testatur Act. 20. et scriptis manifestavisse. Cor. 2. Hinc est quod suam in scribendo Solertiam ita commendat Phil. 3. Gal. ultimo: 2.

His ergo non obstantibus patet scripturam S. à Deo hominibus Doctrinam Salutis summi thesauri loco datam esse perfectam et sufficientem, nec opus esse, ut ad vivas, ut vocant traditiones in negocio fidei declinemus. Quia illæ traditiones vel sunt scripturæ conformes, vel illi adversæ et contrariæ. Si posterioris modi sint, respuendæ sunt, quia Deo displicent. Si dicantur esse prioris modi, vel continentur in scriptura, si non expressè saltem virtute, verè tamen. Et sic sub nomine scripturæ comprehendi debent. Si verò in scriptura non continentur, vel habentur ἀδιαφωρίς, vel ἀνεπαρκεῖς ad Salutem. At hoc posterius non datur cum ostensum sit scripturam esse divinam Doctrinam Salutis ac proindè sufficientem; Si sint prioris modi

obser

observari libere possunt, licet quandoque et omitti, et summatim sive observentur sive non, simpliciter nec conferre nec impedire salutem possunt.

Caput III.

De perspicuitate Scripturae Sa.

Accusant nonnulli Scripturam obscuritatis, idque probare volunt his rationibus.

I Quod enim dicta scripturae tam variè torqueri possunt, unde illam plumbeae virgae, vel regulae, isti comparant.

2 Quod ipsa Scriptura variis idiotismis, tropis Allegoriis, imò et Aenigmatibus statet, quod scriptis Propheticis praecipuè constitutum est.

III Quia multa loca sunt inter se pugnantia

IV Probant testimoniis, et inter alia Oseae ultimo Cap. ubi sic ait: Quis est Sapiens et intelligit ista? Et Pet Epi. 2 c 3, ubi ait Paulum Apostolum scripsisse multa quorum quaedam sunt ita obscura ut à multis et ignavis in perniciem suam detorqueri possint.

His tamen non obstantibus asserendum est scripturam

scripturam esse in tm perspicuam ut perfecta et absoluta norma doctrinae salutis aeternae dici debeat. Quod ut clarius innotescat distinctionibus quibusdam utendum est:

I Ergo Perspicuitas scripturae considerari potest vel respectu totius quantae scripturae, vel respectu eorum quae ibi plura praecipua et ad salutem magis necessaria sunt.

Nos ergo dicimus hoc 2do modo scripturam esse perspicuam, quia etsi quaedam sunt obscuriora; tn ea quae ad salutem sufficiunt satis clara, et sanae rationi, perfectum pietatis studiosae scitu facilia

II Considerari potest S. Sacrae Perspicuitas, vel promiscue respectu omnium hominum, vel respectu eorum qui majore diligentia, attentione, ingenij luce, et intelligentiae dono sunt praediti. Nos ergo scripturam etsi fdm pcipua capita fidei omnibus esse sat perspicuam, vel ipsis idiotis intelligere volentibus asseramus; dicimus tn perspicuam magis

illis

illis, qui majore sunt eruditione, et majoribus
donis sunt perditi. Unde tamen non sequitur Ecclesiam
et hominum eruditorum etiam eorum qui veritatis
studiosi sunt, iudicium de rebus fidei esse ma-
joris Authoritatis quam sit scriptura, quia
non illorum cognitio dat scripturae aut certitu-
dinem aut perfectionem, sed eam apud alios tamen
declarat et testatur; imo ipsa scriptura
intellecta dat eorum ingenijs lumen et sapi-
entiam veram, ut David canit: Itaque ho-
minum interpretationi eatenus est standum,
quatenus apertis scripturae testimonijs
congruentia tradunt, non ultra.

Ad objectiones autem supra tactas facile est respondere.

Ad primam. Tanta est vis ingenij humani,
ut illud si sit curiosum, si praeveris opinionibus
imbutum, et per concepta falsa opinione, quam
contumaciter retinere vult, possit etiam per-
spicua vaporis non tam interpretari quidem
quam torquere, sicut facit ut in S. Sacra,

quam

quā plerique cum esset satis perspicua, non elucidant sed obscurant.

Ad 2dam Tropi et Allegoriæ partim partim nō continent ea, quæ sunt omnino ad salutē simplr necessaria, partim alibi aliis verbis declarantur. Ut scripta Prophetica v. gr. quorū multa res futuras ~~res futuras~~ adumbrarunt, in N. T. clare explicantur.

Ad 3tiam. Illa loco pugnantia esse videntur, non sunt tn revera, sed analogia scripturæ servata, antecedentibus consequentibus obiecto et scopo, cæterisque circumstantiis bene consideratis conciliari possunt, et sunt è contra clarissima scripturæ testimonia, quæ normæ loco esse possunt.

Ad 4tam. Oseæ verba possunt accipi adhortatiōne, quasi adhortetur ad veram sapientiam, quæ est verbum Dei.

Præterea dicendum, quod uterque locus accipi debet de iis præsertim quæ pauca sunt

Sunt obscuriora, nō verō de omnibus, praeci-
puè fidei capitibus; illa enim satis sunt perspi-
cua; obscuriora verō etiam ipsa pijs precibus
Spēs Sancti ductu verè pius et studiosus animus
haud difficulter percipiet in tantum, quantum
ad Salutē consequendā satis est.

Hoc loco et illud perpendēdū est:
An Sacra S. admittat et requirat expositionē,
Etsi requirit, cui incumbat expositio scripturae,
qualiterque fieri debeat.

Ad primum dicimus breviter: Scripturā,
profectum quoad simpliciores et ineruditos, et
quidem potissimū quoad loca difficiliora,
admittere et requirere expositionē, quod et
exemplo Christi et Apostolorū patet.

Ad secundum, quid dicendū sit, in controversia
est. Pontificij enim munus exponendi et in-
pretandi Scripturā cum firma authoritate
adstringunt tm et attribuunt Papae Romano,
ipsique Eccle Papisticae, ita ut ea sola sit
vera Scripturae sententia putanda, quam
Papa et Eccla Papistica veram esse censuerunt.

Quod nō

quod inde pbant, quia asserunt Papã et Eccle-
siam errare nõ posse in doctrina fidei.

Sed hæc sententia falsa est, vt omnibus notum
est. Nam et Papa et Ecclesia Pastorum errare,
errat, errarq; potest in expositione
Scripturæ; ideo non est illis ad stringendam
necessario scripturæ iudicio vel expositio-
nem scripturæ indicio vel expositio-
nem necessario scripturæ iudicio vel expositio-
nem scripturæ iud

2 ut non repugnet charitati Dei et hominum

III Ut fiat expoo p attetam consideratione antecedentiu, consequentiu, circumstiar, collationem locorum.

IV Ut diligenter ppendatz quae scriptura quo sensu accipi debeat. Nam S. sacra admittit varios sensus; alius enim e sensus literalis, qui effertz vel proprijs verbis, ut: Deus e unus, vel figuratis, ut: Herodes e vulpes.

Alius e Sensus Allegoricus, qui adhuc e dup: Alius e Parabolicus, cuiusmodi e sensus parabolarum in Scripturis; Alius e Mysticus, qui ite est duplex. Alius e Typicus, quando id, quod de typo scriptu est, transfertz ad Antitypu scandz. Alius e Analogicus, quando id quod externe de rebus corporalibus aut terrenis dictu est, transfertz ad scanda spiritualia et coelestia.

Observandz est hoc loco ut illud, candz scripturam nonnunquam plures sensus admittere i. e. tum literalem, tum mysticum,

ut hunc

et tunc uterque secundum Analogiam scripturae elicitur.
Observandum 2. Sensum literalem habere locum et dignitatem praecipuam in articulis fidei constituendis et confirmandis. Et haec de scripturae perspicuitate atque expositione.
Ex dictis colligitur etiam veritas et perfectio scripturae S.; colligitur etiam dignitas et Authoritas; de qua tamen alibi plenius dicemus.

Cap. IV.

DE Authoritate S. SACRAE

Contra S. Sacrae Authoritatem ab initio homines perversi multa objecerunt, inter quae sunt ista:
Primum, quod quaedam scripta N. Testamenti non ita citent scripta V. T. sicut sunt et Matth. 27 Jeremias citatur pro Zacharia; item plurima tum verbis variatis, tum etiam sensu diverso citantur.
II Contra Authoritatem Evangelicam objiciunt discordantiam Evangelistarum; Contra Epistolas vero plerasque objiciunt illas ad privatos homines vel privatas Ecclesias et aliqua

aliqua eius temporis occasione scriptas esse
proinde non esse tantae Authoritatis ut in illis
fundetur Catholica ÷ Vera Religio ad omnes o-
mnium seculorum homines spectans.

His tamen non obstantibus asserendum est S.
Sacram esse summae Authoritatis, cum sit divina,
divinitus custodita cum de maxime sublimibus
evidenter agat, cumque perfectissimae beatitudinis
regulam contineat. Quare tanto in precio
scriptura S. habenda est ut plus ipsi credamus
quam omnibus traditionibus Pontificibus, Concilijs
Patribusque, ipsa contentissimus, eam pro norma
veritatis habeamus, et vel Angelus e coelo
ut Apost. Gal. 1. nobis praescribit contra illam a-
liquid, dicat vel doceat pro anathemate habeamus.

Ad objectiones dicendum, quod

Matthaeus Jeremiam nominat pro Zacharia non-
nulli dicunt id S. Sancti instinctu factum esse
ut ostenderetur omnes Prophetas eodem spiritu lo-
cutos esse, nec obesse si alter alterius nomine
citetur. Et sane si memoriae vitio hoc ita scriptum
fuisset vel ab ipso Matthaeo postea corrigi potuisset.

Praeterea

Praeterea etiamsi lapsus illic fuerit Matth.
at in alijs omnibus verissime cuncta perscripsit.

Ad alteram partem Objectionis dicendum est,
quod quando Paulo aliter citant Scriptores
N. T. Scripta V. T. id faciunt, vel quod non
tam verba, quam sensum considerarunt; vel quod
ad praesentem scopum accommodare voluerunt omis-
sis omittendis; vel denique quia plerumque non
tam citant antiqua scripta, quam loquendi
formulam usurpant in re simili.

Ad 2dam, etsi videantur discrepare Evan-
gelistae in plerisque, ea tamen discrepantia est
in rebus levioris momenti; praeterea bene con-
sideratis circumstijs conciliari possunt.

Ad alteram partem Objectionis dicendum est,
quod licet quaedam Epistolae ad singulos homines
scriptae sint, quaedam autem ad privatas Ecclesias;
tamen in illis ea continentur quae ad communem veram
religionis et salutaris doctrinae Essentiam per-
tinent, atque ad omnia secula et omnes Ecclesias eo-
rum Authoritas et dignitas se extendit.

Ex dictis manifesta est iam divinitas, sufficien-
tia et Authoritas S. Sacra. Caeterum

Cæterum hoc loco notandum est et hoc, non omnes libros Bibliorum volumine comprehensos esse æqualis Sanctitatis et Authoritatis; ideoque quæ ante hac determinata sunt pertinent ad omnes præcipuè libros sacros qui Canonici appellantur. Dividitur enim tota scriptura Biblijs comprehensa in Canonicam et Non Canonicam, quæ vocatur Apocrypha.

Canonica scriptura seu Regularis est de cuius certitudine nulla dubitatio unquam apud pios fuit, quæ à Prophetis alijsque sanctis viris divini Spiritus afflatu scripta est. Diciturque Canonica eo quod sit certissima regula credendorum et sufficiens norma religionis veræ.

Comprehenditur à scriptura Canonica Idem meliorem sententiam his libris, ut sunt ex V. Test. Pentatheucus, quinque libri Mosis, Josuæ liber Judicum, Ruth, Samuelis lib. duo, Reg. duo lib. Cronicon duo, qui tamen apud Hebræos pro uno libro sunt, Esdræ liber unus, Nehemiæ unus, Esther unus, Job, Psalmi Prov. Ecclesiastes Canticum Prophetæ omnes.

Ex N. T. Sunt hi: Quatuor Evangelia, Act. Apost. Epist. Pauli omnes excepta Epist. ad Hebræos Epist. T

Epist. I Petri, Prima Joannis, excepta illa particula cap. primi: Tres sunt in coelo, de cuius authoritate dubitatum est. Consule Erasmum annot. in Novum Test.

Reliqui libri in Biblijs contenti à plurimis in dubium vocati fuerunt et minoris authoritatis habiti sunt, qui sunt ex V. T. hi: Liber Tobiae, Orão Manassis, Liber Judith Baruch, Epistola Jeremiae, Adiectiones in Danielem Aesdrae liber 3 et 4tus. Adiectiones in librum Hester, Libri Machabaeorum, Liber Sapientiae, Ecclesiasticus, quibus addi potest Psal CLI, qui in graeco psalterio extat.

Ex N. T. sunt.

Epist. ad Hebraeos, Epist. Jacobi, Petri 2 Joannis 2 et 3. Judae Epist. Apocalypsis. quos à Sanctis quidem et Pijs hominibus non tamen à Prophetis aut Apostolis conscriptos esse plurimi putant.

Caeterum illud est observandum, quod hi libri qui e canone primario exclusi sunt non omnes eiusdem sunt authoritatis, sed alij majoris alij minoris. Illi vocantur vulgo

Apocryphi primi ordinis, de quibus olim quidem dubitatum est, nunc autem communiter in canonem admittuntur: Hi sunt Apocryphi 2di ordinis, qui etiam nunc dubia authoritatis habentur, ut est oratio Manassis, Tertius et 4tus Esdrae Libri Machab. praecipue tertius, et Psal. CLI.

2 Observandum in religionis negotio et fidei articulis constituendis omni no primario canonicis scriptis esse innitendum.

Dividitur Scriptura aliis quoque modis:

1 In libros Veteris et Novi Test.

2 Dividitur in Legem et Evangelium quae tamen divisio non est adaequata.

III Lib. V. T. dividuntur aliquando in Legem et Prophetas, Matt. 22.

Aliquando in Legem, Prophetas, et ~~Apostolos~~ Psalmos Luc. 24

Sed idem V. T. Ecclesiastici Scriptores plenius dividunt duobus modis:

Priori modo Hebraei dividunt in 3 Species, In Legem Prophetas et Hagiographa.

Lex continet libros Mosis

Prophetae sunt duplices Idem Hebraeos: Priores et posteriores. Priores Prophetae sunt Historici quibus ab

quibus assignantur hi libri: Jos. Jud. Sam. Reg.
Posteriores Prophetae sunt, ut pote legis inter-
pretes et futurorum Vates, qui dividuntur
in Majores et Minores. Illi sunt: Esa
Jer. Eze. Hi duodecim Minores Prophe. ut Jo. Amos Ze.
Hagiographa sunt, Paral. Psal. Prover.
Eccle. Cant. Ruth Job. Tob. Esther, Dan.
Esdras, sub quo et liber Nehemiae continetur.

Alij dividunt V. T. in libros Lega-
les, Historicos, Poeticos et Propheticos.
Primi sunt, libri Mosis. 2di ordinis sunt
Josue, Jud. Ruth. Sam, Reg. Cron. Esdr.
Nehemiae Esther. 3tij ordinis sunt
Job, Psal, Prover. Eccle Cant. His addi pos-
sunt Threni Jeremiae. 4ti sunt scripta
omnium 16 Prophetarum, Daniele quoque in
numerum Prophetarum assignato.

Apocryphi V. T. dividuntur in Histo-
ricos et Doctrinales. Hi sunt libri Sap
et Eccli. Reliqui omnes communi nomine Histori-
ci vocantur.

Libri N. T.

Libri N. T. omnes in communi dividi possunt in tres ordines, in Historicos, Didacticos et Propheticum.

Illi sunt Evangelia et Acta, quatenus continent Evangelia quidem Historiam Chri; Acta vero historiam Apostolorum.

Didactici sunt omnia scripta Epistolica

Propheticus autem dici potest Apocalypsis.

Ex hactenus dictis ista corollarie deducimus.

I Fidem seu religionem Christianam revelaci divinae inniti.

II Eam revelationem principie esse factam Prophetis et Apostolis.

III Prophetas et Apostolos eam revelationem scriptis mandasse.

IV Ea scripta in Canone Biblico continere.

V Soli ergo illi Scripturae esse innitendum tanquam perfectae normae religionis

LIBRI PRIMI PARS Altera.

Postquam de norma vrae religionis i.e. Scriptura sacra breviter egimus, iam in hac altera parte libri primi de foedere gratiae aggredimur agere, in cuius explicata notitia comprehendere religio Christiana. Caeterum foederis gratiae nomine intelligimus illud pactum, illam confoederationem, qua Deus ex misericordia sua per J.C. sitimet genus humanum reconciliavit.

Dividimus

Dividimus autem hunc tractatum clarioris ordinis gratia in Sectiones eas, item in capita.

Sectiones erunt tres: Prima de Deo primaria causa Foederis et Authore. 2da de homine cum quo Deus foedus iniit. 3tia de Mediatore J. C. per quem Foedus est contractum. Ubi et de Mediis contrahendi, quibus Deus per Christum usus est, tractabimus.

SECTIO I

CAPUT I DE DEO

Maximopere ab homine requiritur ut Dei sui notitiam habeat, sine qua vanus esse dicitur à Sapiente omnis homo. et qua meritò gloriari quisque potest teste Hieremia c. 9. Itaque quo plenior fermior ac certior omnis nostra cognitio sit de Deo, quantum captus noster ~~de Deo~~ et ipsius methodus patitur, sunt quaedam de ipso exactius perscrutanda.

Agemus ergo in hac Sectione potissimum de Attributis et operibus Dei. Attributorum autem nomine sancto communissimo intelligimus quicquid in Deo, et de Deo meritò hic considerari debet. E quorum numero in statim occurrit Existentia Dei, cuius notitia primum est fundamentum totius Religionis teste Apostolo Heb. 11.

cubi ait

ubi ait: oportet accedentem credere ad Deum quod sit.

Consideramus igitur in hoc c. I An Deus sit?

Dubitarunt Ethnicorum plerique, an esset Deus, ut Pythagoras, et alii. Quidam autem esse negarunt, ut Diagoras, Medius, et Theodorus Cyrenaicus, et fortassis etiam hodie nonnulli, vel fraude diaboli fascinati, vel stupiditate carnali oppressi, qui ea tantum existere putant quae sensibus comprehendi possunt, dubitant esse Deum illum videlicet, de quo quaerimus.

Ostendamus itaque breviter Deum esse, quod quod variis modis fieri potest, praecipue tamen 4 assignantur

I Ergo cognoscitur Deum esse ex peculiari reo elatione quae plerisque contingit.

II Ex Scripturis, qui duo modi sunt peculiares, neque de iis nunc sufficiens dicendum.

III Modus est instinctus naturae humanae

IV Est consideratio effectuum Deo attributorum, de quibus duobus modis plenius hic agendum est.

I Ergo Deum esse cognoscitur ex ipso naturae humanae instinctu. Nam quisque sanae mentis et judicii quasi quodam sensu occulto percipit, et conscientiae attestatione ita afficitur plus minus, ut arbitretur esse aliquid

aliquid in mundo Constantissimum quod caeteris omnibus Constat ac dominetur, quod est Deus.

Nec mirum; cum enim anima humana sit quasi quaedam superioris et perfectioris divinitatis particula, seu radius, vi talis cognationis merito instigatur ad credendum esse numen aliquod seu Deum. Hoc comprobat etiam Ethnicorum fere omnium consensus; Nulla enim fuit gens tam barbara, quae et si nesciret, quem et qualem, aliquem tamen Deum esse non putaret.

Huc accedit quod cuique hominum insitus est quidam horror Poenae ob peccata commissa et conscientiae quidam remorsus, etiam tunc quando crimina sunt occulta.

4 Deum esse cognoscitur ex consideratione huius Machinae mundanae, qui cognoscendi modum Divus quoque Paulus comprobat Rom. 1.

Idque fieri potest variis modis:

I Ex Effectione mundi.

II Ex dispositione partium eius tum majorum tum minorum.

III Ex subordinatione causarum et praecipue agentium.

IV Ex Motu et Actionibus.

V Ex Conservatione rerum omnium creatarum.

VI Ex Gubernatione earundem.

Pri-

629

Primum quod attinet, priusquam de illo quicquam dicamus praesupponendum nunc est mundum istum non extitisse ab aeterno, sed in tempore esse conditum, quod non Christiani tantum et Judaei et Turcae; sed et antiquorum Ethnicorum quam plurimi et excepto Aristotele fere omnes asseruerunt. Hoc ergo posito facile est ex mundi effectione colligere esse Deum illius Conditorem; Nihil enim a seipso sit proprie loquendo; sed quicquid sit, sit ab alio: Ergo et mundus cum factus sit, ab alio factus est.

Illud autem non fuit causa per Accidens, nec fuit aliquod accidens, ut Lis vel amicitia (sicut putat Empedocles) sed fuit causa per se et quidem substantia, ut pote quae omnes substantias creare potuerit.

At ille est quem dicimus Deum.

Quod ad secundum attinet, Deum esse cognoscitur etiam ex ipsa pulcherrima et ordinatissima partium Universi collocatione et compositione, quae primum in coordinatione coelorum et elementorum, deinde etiam in dispositione et conformatione reliquarum creaturarum.

3 Deum esse cognoscitur ex subordinatione

causar

causarum, præcipuè agentium. Subordi-
natio enim illa deducit nos ad aliquid supremum
unum, et simpliciter primum, à quo cætera et sub-
ordinata sint et pendeant. Quia in subordi-
natis non datur processus in infinitum; In-
finitum enim subordinationi et ordini repugnat;
At verò illud supremum Deus est.

4 Cognoscitur ex motu, quâ via Aristoteles
devenit ad primi moventis notitiam, qui est Deus.

Huc pertinet, si consideres moventia et a-
gentia, naturalia etiam ratione destituta,
mirabiliter in certos fines et per ordinata me-
dia tendere, quod supremum eorum Moderatorem,
et primarium Authorem esse arguit, qui
est Deus.

5 Ex Conservatione totius Universi in Esse et
~~Conservatio~~ operari, ex qua conservatione
Ethnici aliqui asseruerunt Deum esse animam totius
Universi. Et quidam ideo mundum hunc per-
manere ait, quia arctissimè adhæret, depen-
det et sustentatur à causa conservante et im-
mutabili, qui est Deus.

6 Ex Gubernatione et Providentia quâ
constanti lege, nexu et societate partes
mundi ad totius salutem conspirant, et omnia

631 suo munere sedulo funguntz, quod arguit
esse sapientissimum aliquem Rectorem, et Provi-
dum Moderatorem omnium, qui est Deus.

Quandoquidem vero constat ex dictis esse unum
aliquod supremum i.e. Deum summum, conside-
randum iam sequitur, quid et quis nam ille Deus sit;
sed quia propter illius eminentiam summam id
cognoscere perdifficile est, et non nisi ex eius
nominibus, attributis, et operibus fieri possit,
de iis agemus in posterum. Interim breviter
hic illud asserendum est, idque certo certius, De-
um, de quo hic tractamus esse substantiam incor-
poream atque spiritualem, quod cum Ethnicorum
sapientiores et Anaxagoras, Plato et Aristo-
teles firmiter asseruerunt, quinimo Aristoteles
certis rationibus comprobavit, tum sana ra-
tio idem dictat, tum etiam S. sacra aperte
testatur, et Christi Dni Assertio comprobat, dicentis:
Deus spiritus est. Quod vero nomina corpo-
ram quiddam denotantia Deo tribuuntur in Scri-
ptura (ut cum Deus vocatur ignis, petra, arx,
Clypeus, cumque eidem tribuuntur oculi, manus ri
id fit locutione figurata per Antropopathiam
ad faciliorem

ad faciliorem captum humanae imbecillitatis.
Sed ut clariorem de Deo cognitionem habeamus, iam agendum est de nominibus Dei, de eiusdem attributis atque operibus sit ergo

CAPVT II

De divinis nominibus.

Nomina Dei sunt duplicia:
Alia simplici vocabulo designata.
Alia sunt Periphrastica, ut sunt: qui est, erat et venturus, vel futurus est; qui sedet super Cherubin, qui in coelis habitat lucem inaccessibilem; Hoc loco de talibus periphrasticis non agimus.

Nomina simplicia rursus duplicia sunt:
Alia Tropica, ut, cum dicimus: Deus est ignis, lux, charitas, rupes, de quibus item hic non agimus
Alia verò propriè attributa nomina.

Ea item duplicia sunt:
Ut sunt, Sanctus, bonus, altissimus, potens sapiens, et neque de his hoc loco tractandum.
Alia vero Dei nomina sunt Substantiva

vel saltem

vel saltem substantivè usurpata, de quibus hoc capite breviter tractabimus.

Eiusmodi autem nomina Supremi Numinis praecipua sunt partim Hebraica, partim graeca. Hebraica sunt 5 El, Eloah, cuius plurale est Elohim, Adon, cuius plurale est Adonai, Jehovah, cuius contractum est Jad, et Schaddai. Graeca sunt 3 θεος Κυριος δεσποτης Herus.

De nomine EL

Hoc vocabulum consensu plurimorum Hebraeae linguae peritorum denotat Robustum, fortem, potentem. Inde est quod a 70 interpretibus vertitur frequenter graece ἰσχυρὸς ÷ Robustus. Quamquam plerumque transfertur modo θεος i.e. Deus, modo Χύριος ÷ Dominus.

Est vero nomen EL per se Appellationem, tamen per excellentiam Deo summo ~~[illegible]~~ appropriatur, quia ipse est per se et à se summè potens, atque omnipotens et si quis alij habent potentiam, ab illo acceperunt.

De nomine ELOAH

nomen El

Nomen Eloah eodem sensu à plerisque usurpatur, quo EL; Doctiores tamen et plures ipsam vocem ELOAH scribere asserunt, Judicem, Vindicem et imperio praeditum. Eo sensu per excellentiam Deo attribuitur, cum ipse sit Rex Regum et Deus Deorum, et Supremus Judex universae terrae ut Abrahamus fatetur Gen 18.

Sed hic illud est peculiariter observandum, quod Nomen Eloah in plurali numero fecit Elohim, et istud plurale longe frequentiorem habet in S. Sacra usu, et ut plurimum sensum habet singularem. Ita Moses vocatur Elohim Pharaonis. Signanter autem observandum est quod Deus unus est Solus aeternus, Pater Christi, creator omnium frequentissime vocatur Elohim; inde tamen male Adversarii colligunt pluralitatem Personarum, in Deo judicari; nam non ideo vox pluralis nostri Elohim Deo singularissimo tribuitur, ut ipsi Personae peram arbitrantur; sed ad indicandam illius dignitatem et summum imperium, et quod licet ipse sit unicus; tamen multo est potentior, quam omnes alii quantavis potestate praediti.

De nomine Adon et Adonai

Adon nostri

635

Adon numeri singularis latine sonat idem quod Dominus, eius plurale simplex Adonim, quae duo vocabula non usque adeo adhibentur ad Deum scandendum, tribuuntur potius personis creatis. Adonai vero quod est plurale sed compositum cum Pronomine affixo I. Quod adjunctum voci singulari scilicet Meus ut Elij, Deus meus, junctum vero voci plurali scilicet mei, ita ut Adonai sonet idem quod Domini mei. Adonai, inquam plurali voci, sed acceptum singulari scilicet ut usurpatum pro simplici Nomine fere simpliciter, idque per excellentiam Deo aeterno tribuitur, alijs vero aeternus tantum quatenus Dei personam sustinent, adhibetur.

Quod itidem fit ad declarandam majestatem Divinam, ne scilicet Deus, Dominus Dominorum eodem modo appelletur, quo alij Domini praeter ipsum, sed peculiari vocis formâ, et ut indicetur Deum, licet sit solus; tum pluriter, imo omnium Dominorum instar esse, quia omnes Dominos superavit.

De nomine Jehovah

Nomen hoc tetragrammaticum 4 literis constans (quam Hebraeis affari licitum non fuit) formatum est

est à verbo futuri temporis, quod scat
idem quod erit, quod verbum futurum quia est
vulgaris scatis ne origo divini nominis pro
miscuo quasi usu prophanaretur, pro illo futuro
posuerunt Hebraei originem vocis Jehovah vel
Jehoveh, quod itidem scat erit, unde muta-
tione vocalium formatum est nomen Jehovah
De hac vocis origine legatur Moses Exo 4

Caeterum nomen hoc Jehovah Deus sibi
assumit tum quia ipse est, qui est à seipso,
et extitit ab ab aeterno independenter, datque
omnibus esse et vivere, tum quia ipse est qui
promissa sua potentissime et fidelissime in ef-
fectum perducere solet et potest.

Estque hoc nomen maxime proprium dei aeterni,
neque alijs praeter ipsum proprie loquendo in S. Sacra
tribuitur; tribuitur tamen figurata locutione nomen
Jehovah et creaturis; Angeli enim legati dei
ipsiusque personam sustinentes Jehova nomine
appellati sunt. Praeterea nomen Jehovah
iunctum cum alijs vocibus ut efficiat, cum
illis ~~primum~~ unum quoddam nomen periphrasticum etiam
inanimatis rebus tribuitur. Ita Gen 22

Abrahamus montem vocabit Jehovah vi-
debit. Ita Moses Exo 17 altare nominat
Jehovah exaltatio mea. Simili loquen-
di formula dictum est illud Jer 33 In diebus il-
lis servabitur Juda et Jerusalem habitabit con-
fidenter, et hoc est nomen quo vocabit eam
(scilicet Deus) Jehova justitia nostra.

Ibidem c. 23 eodem sensu idem dicit, tum
quod loco pronominis eam ibi est eum, quod
pronomen germen Davidis Regem, vel ut alij
volunt Israelem. Nomen Jah contractum
est per syncopem ex voce Jehovah, eiusdemque
est scationis.

De nomine Scaddai.

Quae sit huius vocis ex Hebraeo Etymologia
non est opus ut hic scriptis mandemus, sed
tum eius indicanda. Alij itaque vertunt hanc
vocem Graece ἱκανος quod Latine est suf-
ficiens et ideo tribuitur Deo per excellentiam,
quia ipse sit solus ad omnia sufficientissimus, et
ipse est inexhaustus fons omnium bonorum.

Alij vero

Alij verò vertunt vocē Schaddai vastator quatenus Deo nomē illud competit, nō quod delectetur vastando et perdendo, quia ipse est bonus, sed quia est potentissimus omnia sibi subijcere, impedimenta superare, hostesque suos perdere.

Alij vertunt παντοκρατος i.e. Omni potens. Summa hoc nomine indicatur supremi numinis sufficientia, bonorum eius ubertas robur et potentia.

De nomine ΘΕΟΣ

Nomē Θεος Græci olim imposuerunt ijs viris bonis aut rebus, qui aliquam peculiarem præstantiam pro cæteris hominibus, aut rebus habuerunt.

Deducere autē solent hanc vocē à verbo Θεω i.e. curro, quod Plato ipse asserit dicens: Uidentur mihi Græcorum prisci Θεος solos putasse eos quos etiam hodiē barbarorum multi adjurant admirantur Solem, Lunam, stellas. Quæ cum ~~omnia~~ perpetuo Θεον i.e. currere, cernerent, Θεος nominarunt.

Alij deducunt hanc vocem à verbo Θιτω id est

i. e. ardeo vel incendor quod illi Ethnici
coelestia ignea esse putarunt, quae pro Diis colue-
runt.

Alij deducunt à nomine θεος in timore fa-
cta mutatione.

Alij à verbo θεασαι in videre, quod stel-
las et praecipue Solem, quem venerabantur et invocarent
omnia vi-
dere et videre credebantur.

Postea vero Ethnici etiam alia quae loco numi-
nis coluerunt, recepto nomine θεος vocarunt.
Caeterum ut ad nostrum institutum propius accedamus,
nomen θεος jam S. Sacra recipit, et pro
Hebraeis vocibus El Eloah usurpatur iam
graeca dictio θεος.

Est autem et haec vox per se appellativa
rebusque et personis inter se paulo distinctis suo modo
tribuitur

I Tribuitur factitiis quasi Numinibus, ut ido-
lis, sed valde improprie.

II Tribuitur alicui rei, quae aliquid instar Dei
habet, ita Venter Deus est.

III Tribuitur etiam malis spiritibus ut Ps. 90
Dij gentium Daemonia sunt. Ita et Paulus Sa-
tanam vocat huius seculi Deum. Pro tribuitur

IV Tribuitz omnibus in Potestate et imperio constitutis ut Ps. 82. Ego dixi Dij estis &c. Eodem sensu tribuitz Angelis bonis, et Chro Dno magis quam Angelis.

Postremo per excellentiam tribuitz uni vero et aeterno Deo Pri Christi; ipse enim est qui providentia sua, semper quasi currit spiritus sui aestu corda pijs incendit, et igne amoris quasi ardet, et ipse oia perspicacissime intuetz, ipse est qui a se habet omne imperium, dignitatem, ipse est omni cultu et veneratione super omnia dignissimus.

De nomine Chyrios.

Κυριος, quod Hebraice est Adon, vel Adonai, Latine effertz Dominus. Est etiam ipsum nomen Appellativum per se, quod vel ex assertione Divi Pauli 1 Cor 8 manifestissimum est.

Interim Jesu Chro in S. Sacra ipsum nomen Dominus prae omnibus alijs Dominis signanter tribuitz, uno excepto Deo aeterno, qui supra omnes omnino, imo et supra Dominum Chrm.

Christus Deus et Dominus est. Ille enim solus a seipso Dominium habet et aeternum et illimitatum, ille alijs omnibus, qui et ipsi Christo, prout voluit Dominium est largitus.

De nomine ΔΕΣΠΟΤΟΣ

ΔΕΣΠΟΤΟΣ a Dominus vel Pater familias vel Herus nomen est commune; tamen excellentissime Deo soli competit cui universus mundus est quasi Domus, et quae in ijs sunt quasi familia cuiusque peculiariter, Domus Eccla, familia eius membra, ipse domum suam omnemque familiam super omnia herili dominio curam, tutelam regimineque certo gubernat.

Haec de pleris que nominibus divinis dicta sunto, iam agendum breviter de Attributis.

De Attributis.

Attributa Divina in communi illa omnia dicuntur, quae ipso Deo insunt, vel adsunt, ita ut de ipso secundum veritatem denominativa praedicatione afferantur. Ea vero attributa varijs modis distinguuntur, nos hic erimus paucis contenti:

Itaque T distinguunt attributa Dei

assertoria

assertoris Trinitatis personarum Divinarum in attributa Essentialia et Personalia.

Illa vocant ea, quae immediate Divinae Essentiae attribuuntur, ut sunt unitas aeternitas.

Haec illa esse volunt quae personis divinis distinctim, quae uni tantum et soli personae Divinae attribuuntur, ut esse Gignens et esse ingenitum attribuuntur soli Patri, esse genitum soli Filio, esse Spirans soli Patri et Filio, esse Spiratum soli Sp. Sancto. Sed quia haec distinctio innititur illi assertioni Deum esse unum essentia, trinum personis, sicut haec assertio nec probata est, nec probari potest, praesertim verbi Divini testimonio, ita ut dicta distinctio veritatem nullam habeat, sitque negligenda.

Aliter ergo Attributa Dei distingui possunt

In Naturalia et voluntaria.

Haec sunt quae Deo tribuuntur propter opera, quae ipse libera voluntate operatus est, et operatur, ut esse Creatorem, Conservatorem, Redemptorem.

Illa sunt, quae ipsius Dei Essentiae insunt, in se parabiliter ab aeterno et in aeternum, ut esse aeternum immortalem.

Rursus attributa naturalia vel Essentialia

alia sunt com

alia sunt communia cum creaturis, saltem per Analogiam, Alia sunt propria solius Dei, ut aeternitas immensitas.

Rursus alia sunt quae respiciunt ipsum esse, ut unitas aeternitas. Alia respiciunt ipsum vivere ut esse intelligentem, volentem sapientem.

Rursus alia attributa sunt affirmativa ut, esse potentem, bonum. Alia negativa vel privativa ut esse immortalem, infinitum immensum. Possunt et aliae addi distinctiones, sed nos his contenti accedamus ad eorundem tractationem. Sit ergo titulus. Caput 4

DE VNITATE DEI

Deum Numen videlicet illud cui supra explicatae appellationes summe et quasi proprie competunt esse unum, non tantum Judaei, Christiani, Turcae asserunt, sed etiam veterum Ethnicorum sapientiores confessi sunt.

Nam licet Polytheam etiam admiserunt, multos et prope infinitos Deos Deasque colentes; tamen supremum Numen et ipsi venerati sunt; nisi rati

imo rationibus etiam unum esse probare conati sunt.

Sed quia Unitatis ille modus diversae rationis et modi vel est, vel certe esse putatur, illud nobis hoc loco est accuratius perpendendum, qualis nam Unitas Deo summo competit, tribuatur.

Unum ergo varijs modis accipitur, sed prout huius praesentis considerationis est, his modis usurpatur et dividitur:

Unum aliud est communiter sumptum seu indeterminatum, aliud est determinatum.

Illud vocatur unum transcendentale, quod omni enti competit certa quadam ratione, imo omni etiam multitudini inest, non quidem ut multitudo est, sed ut habet quandam sui determinationem.

Unum determinatum iterum duplex est:

Aliud est abstractum seu Arithmeticum, quod est principium numeri, et quod alicui numero appositum vel detractum illud specie distinctum reddit, potiusque vocari debet Unitas.

Aliud est unum concretum, hoc iterum duplex:

Aliud

Aliud est unum indivisum et indivisibile simul
Aliud est indivisum Actu sed potentia divisibile.
Unum prioris modi communi nomine vocatur Totum. Quot ergo modis totum dicitur, tot idem modis dicitur Unum. Divisibile totum autem seu unum divisibile ut nostro huic instituto inserit dicitur hoc pacto:
Aliud est Totum seu unum divisibile
~~Aliud est~~ Unum per Accidens et per aggregationem, cuiusmodi unum est subiectum cum suis accidentibus comprehensum; item cumulus arena, granorum etc.
Aliud autem est Totum, seu unum per se. Estque iterum dupl:
Aliud est unum pure Reale. Aliud unum seu Totum Rationis, quod est unum Universale.
Unum seu Totum pure Reale est triplex:
Aliud est unum Essentiale, quod potentia et Actu ÷ ex Esse et Essentia constat, in rebus incorporeis, ex Materia et Forma in rebus corporeis.
Aliud est unum totum integrale, quod ex
Partibus

partibus conquantitativis constat, quod iterum vel ex partibus constat continuis, vel ex partibus contiguis, cuiusmodi totum est corpus humanum, tota domus &c.

Aliud unum est totum potentiale, quod licet quoad essentiam est unum quid, tamen quoad facultates et potentias se habet instar plurium, et quod habet plures facultates sibi unitas.

Unum autem in diversum et indivisibile dupl. est:

Aliud proprijstime sic dictum, quod nonnulli et unum seu totum perfectionale vocant.

Aliud est minus proprie dictum et secundum quid cuiusmodi est unum numero seu individuum in serie praedicamentorum, quod alias vocatur singulare. Et si sit completum ratione carens vocatur suppositum; si vero sit rationale vocatur persona.

Hic est praecipui unitatis modi. Iam sequitur quaenam eorum Deus ille Summus Unus sit dicendus et credendus, designandum est.

Primo itaque

647 Primò itaq; Deum esse Unum unitate tran-
scendentali certum est. Nam si quaeris de-
terminata quoq; multitudo una dr̄ sdm illam
unitatem, quanto magis Deus, ut pote Actus Pu-
rissimus.

Secundò si loquamur de Unitate seu uno
p accidens, illud sdm crassum humani ingenij
conceptum et sdm convenientiam S. Sacrae Deo
competit. Praedicat enim eum S. Sacra ut Essenti-
am varijs qualitatibus et affectionibus praeditam.
Quamquam cogitandum non est ita in Deo eiusmodi
accidentia reperiri sicut in creaturis.

Tertiò Unitate Universali Deus non est Unus,
quia non est specifica nec generica natura, nec
pluribus inferioribus communicari, nec potest,
licet nostri Adversarij, velint, nolint, fateri,
aliter hac de re sentiant, ut infra patebit.

Quartò Unitas seu Totalitas Essentialis
quae consurgit ex partium Essentialium conjunctione
Deo non convenit, quia Deus neq; ex Actu et
Potentia, neq; ex Esse et Essentia realiter
distinctis, neq; multo magis ex Materia et forma
constat. Interim tamen si per unum Essentiale
intelli

intelligi una incomposita Essentia; Deus utique
eatenus est Unus essentia

Quintò Unitas integralis Deo non competit, quia
est purissimus Spiritus, neque ex partibus corpo-
reis constat, licet per Antropopathiam ita de
Deo Scriptura loquatur quasi membra corporis
humani haberet.

Sextò Unitas Potentialis seu Unum potenti-
ale si accipiatur pro eo quod cum sit realiter
unum, tamen ministrat plurium virtualiter et
eminenter, Deus est eatenus unum potentiale,
quia cum sit unicus et solus, tamen omnia
per se et à se potest. Si verò uni-
tas potentialis accipiatur pro aliquo prin-
cipio cum suis facultatibus principiis unito, unitas tamen
in eadem pronunciandum est de Deo, sicuti supra
de Unitate 2di modi diximus.

Septimò Unitas illa omnium perfectissima quae
excludit tum Actualem, tum Aptitudinem, divisionem
multiplicationem et Communicationem Essen-
tiae, illa in qua unitas uni et soli Deo,
primò per se et proprie competit, quod infra probabitur

Denique Octavo. Deus unus numero et
unitate

Unitate individuali, licet perfectiori modo quam creaturae, quia Deus est unum Suppositum seu subsistens, seu potius Persona intellectualis, individua essentia, nulla alia aut simile sibi aut parem habens.

Haec est ergo vera, quae est nostra de Unitate Dei Summi Assertio et fidei Sacrosanctae Articulus, quem priusquam certis rationibus et Scripturae testimonijs confirmemus proponenda est et refellenda Adversariorum hac de re opinio.

Ea vero est haec: Confitentur ipsi veritatis luce et aperto Divino Scripto coacti Deum summum numero esse Unum, sed hanc Unitatem novi modi et inusitati esse aiunt assertionemque suam miris modis statuere satagunt.

Dicunt Deum esse unum essentia, sed personis trinum. i.e. Deum esse unam individuam et singularissimam essentiam, sed tribus personis et hypostasibus existentem. Quae assertio quod erronea sit multis modis probari potest, praecipue vero tribus hic:

Primo Affirmativis Scripturae pronunciatis

Sententiae

Sententiae Adversariorum repugnantibus.
Tota enim S. Sacra simplicissime unum Deum
Summum Edicat, eumque in N. T. definite no-
minat Patrem, et signanter Patrem Christi.

Secundo Sententia Adversariorum de Tri-
nitate refellitur alto silentio S. Sacrae, imo vero
Pronunciatis eam negantibus. Scriptura enim
nunquam omnino asserit neque agnoscit illam Per-
sonarum Trinitatem in una Divinitate. Jam
vero in talibus cum sit Theologica Scientia
perfecta, licet negative sit, argumentetur non dicit
neque docet S. Sacra illam Trinitatem in Di-
vinis. Ergo illa non est, neque credi debet.

Huc accedit, quod videmus summo
studio in tota Scriptura caveri, ne ulla Po-
lytheae supremi numinis credatur.

Tertio Adversariorum dogma refellitur
argumentis ab Absurdo et impossibili peti-
tis. Quae plurima sunt, sed hoc loco non
omnia recensenda. Inter quae ista sunt
notabilia:

Primo Absurdum quod scilicet ex assertione
Adver

Adversariorum de Trinitate sequitur) est quod Divina Essentia, esset natura specifica pluribus individuis communicabilis, ac proinde esset per ulteriorem actum determinabilis et perfectibilis, unde sequeretur illam esse secundum se imperfectam, dependentem ab ultimatis actibus perficientem. Deinde sequeretur Naturam divinam posse infinitis suppositis communicari. Universalis enim natura, ut talis, potest multiplicari per suppositam in ~~per~~ infinitum: non in tot, quin etiam in plures ut scholastici loquuntur, quod est de divina Essentia dicere absurdum.

Secundo absurdum est quia essent tres Dij summi. Nam si sunt tres divinae personae per se singillatim subsistentes, et inter se realiter distinctae (id quod Adversarij fatentur) et si quaevis illarum personarum est Deus summus, totamque Deitatem, et quidem completem quaevis earum habet, procul dubio erunt tres Dij summi.

Ex quo iterum multa alia surgunt absurda.

Tertium absurdum sequetur idem seipsum gignere; Nam si Pater genuit Filium, et Filius est idem numero Deus qui Pater, sequetur Patrem se

et suam esse

et suam essentiam genuisse.

Quod si dicatur Personam tantum Patris genuisse et Personam tantum Filij non etiam Essentiam esse genitam tum aliud sequitur absurdum.

Erit enim Pater aliud quid ab Essentia Divina, cum ille gignat Filium non gignente Essentia. Sic et ipse Filius non erit Essentia Divina, ideoque nec ipse Deus, cum Filius gignatur, Essentia vero et Deitas non gignatur

Quartum absurdum. Sequeretur Filium et S. Sanctum vel non intelligere nec amare, vel non tam efficaciter intelligere et amare, quam Pater ex cuius intellectione et amatione S. Sanctus producitur ut ipsi dicunt: Vel vero aliter sequeretur posse et Filium et Spiritum S. sua intellectione et amore alium adhuc Filium et alium S. S. producere

Cum igitur haec, et his similes impossibilitates ex illorum assertione profluant, sequitur et ipsam assertionem esse impossibilem.

Quarto refellitur Adversarior opinione, refutatione earum rationum, quibus illa ab illis fulcitur.

Ea vero

Ea vero sunt duplicis generis, quædam ex ratione seu Philosophia petitæ, quædam ex ipsa Scriptura detumptæ.

Rationes Philosophicæ quas usurpant sunt præcipuè istæ:

Bonum est communicativum sui et summè bonum est summe communicativum; sed Deus est summè bonus. E. se summe communicavit. At vero creaturis se summè non communicavit, ergo communicavit se generando et producendo sibi simile.

Secunda. Perfecta beatitudo cõprehendit oia bona. At summè bonum est plurimorum consortium. E. Deus solus esse noluit, sed produxit alios sibi similes.

Tertia rão Perfectio.

Perfectio est Substantiæ gignere sibi simile. Ergo et Deus utpote Perfectissimus sibi simile genuit et produxit.

Quarta. Melius est Deum ab æterno aliquid produxisse: At mundum visibilem in tempore produxit. Ergo, Antea ab æterno produxit aliquid. Filium et S. S.

Quinta. Invenitur una nãa in una hypostasi, ut in uno Angelo; Plures in plures Angelis et ut in multis plures

plures in uno homine, natura scilicet corporea et spiritualis. Ergo reperiri debet una natura in pluribus Hypostasibus, id quod in solo Deo reperiri potest. Ergo una natura Divina plures habet hypostases.

Sexto arguunt Trinitatem in Divinis vestigia Ternarii numeri creaturis impressa.

Septi. Pater intelligit idque ab aeterno vult etiam se ab aeterno: At per intellectionem sui producit verbum, qui vocatur Filius, per voluntatem producit Amorem ~ S. Sanctum.

Sed ad haec argumenta non est difficile respondere.

Ad Primum enim respondetur;

Summum bonum esse summe communicativum sui, sed eatenus tantum, quatenus communicatio non repugnat perfectioni eius et unitati, et quatenus contradictionem et absurditatem non implicat.

Deinde Deus est quidem summum bonum, sed et libere agens, seque prout vult communicans; imo retorqueri posset hoc argumentum ad illos hoc pacto:

Summum bonum est Deus: At Deus est unus solus etiam Deus

etiam secundum ipsos est essentia divina. Ergo essentia divina se communicasset summe et genuisset Filium, quod est contra ipsos.

Insuper secundum illos tota Trinitas est summum bonum. Ergo tota Trinitas se communicasset summe et genuisset Filium, imo quia est infinitae potentiae genuisset etiam plures filios, quod est contra ipsos.

Ad 2dum. Perfectio duplex est, sicut et beatitudo. Alia absolute dicta, Alia vero secundum quid. Habere ergo consortium plurimorum est perfectio, sed creaturis finitis societate indigentibus conveniens. Quae in Deo immenso, infinito, et ubique et per se sufficientissimo locum non habent.

Deinde si daretur in Divinis vera plurimorum aequalium societas, essent utique plures Dij distinctis, numero intellectibus, voluntatibus et decretis praediti, quod est absurdum.

Hoc opus imperfectum, est Ca. viri Mich. Dalnotti perpetua memoria dignissimi Rectoris Scholae Majoris Claudi: mors enim praematura propositum interveniens An. D. 1648 die 22 Aprilis. Ut autem Deus suo divino afflatu aliquem instiget ad opus hoc perficiendum, precandus est. Scripsi in Sch. Varjasi Anno 1653, die 26 Martij finivi.

Basi S. Karitas

Hagy az Egeret es Parkanyat
el Tessed.

Vegy meser, kenkövér, galinzkö-
vel rörd östre mosarban, es ele-
gyirs listrer közibén, vesd ödw az
tol az Egeret es parkanyat jarnat

50 led

Adsibe operam
Pone mensuram
Dites eris.

Commede parum
Serta te calidum
Sanus eris

Time Deum
Fac bonum
Salvus eris.

~~Adhibe~~

Adhibe operam
Pone mensuram
Divus eris

Comede parum
Severa te Calidum
Sanus eris

Time Deum
Fac bonum
Salvus eris

[illegible] a vegh hurkad le eresskedik, igy
ortsold.

Edgy nehány ki holtor pislen tynk
hayat heres, es asst akron mig sörtt
hiralta, az hurkat mizzel elsöb mig
kentt, hincz be a tynkmony hajal sugy
nyomd sol az hurkat. sanabitz, probeck

Köszöny ellen valt hulalt orvossag

Lay egy files baglyot es asst tisbe
mind addig fösd mig le sorvad a
zontyarol ki cevén az hidegre, a mi
kiryafen mig fagy, szedle, si azza
lentt, hasznal, de elsöb hidegen
nilly szd mig es vid ki a belit,
s igy fözd mig.

Sum Samuelis Bezic
Ivanij De Gaffalvaquis
Anno Dni 1737 Die 12
Martij [illegible]

Ad solidam veritatis ac Theologiae rupem
[illegible] sic, tanquam in aqua bullae, franguntur
[illegible] dissolvunt

Hoc fulmine adversariorum sententia tanquam lutea
omnes molitiones ictae, ac solo aequatae, corruunt

Thesis

Unam trium personarum ~~[illegible]~~ divinarum esse
substantiam ostendatur:

Thesis

Item generationem aeternitati non esse adversam:
Cum generationis propria ratio in eo consistit ut sit
origo unius ab altero, quod in omnium creaturarum
rerum propagatione cernitur, [illegible] existendi initium habeat quod
gignitur, & antequam gigneretur nihil omnino fuit.

Quaestio. An aliqua duarum in Christo naturarum possit
aliquid facere vel pati sine persona: Haec vero quaestio
manet ex eorum opinione: Nam illi dicunt duas in eo naturas
arctissimo nexu inter se colligatas efficere unam personam, a-
gantque singulae quae propria & sibi consentanea sunt
sine ulla confusione ac permixtione, ita ut Christus qua
homo multa [illegible] ac passus [illegible] quae in se natura divi-
na non recepit, & [illegible] in humanam quaedam
efficientiae profluunt


VÉGE